Smithsonian
Institution
Libraries

Gift of

an Anonymous Friend

of the Smithsonian

COMMENTARII
DE REBVS
IN
SCIENTIA NATVRALI
ET
MEDICINA
GESTIS.



VOLVMINIS XX PARS I.

LIPSIAE MDCCLXXIV.

APVD IOH. FRIDERICVM GLEDITSCH.

Venduntur etiam

Amſtelodami apud I. Schreuder, Londini apud Io. Nourſe, Pariſiis apud Briaſſon, Venetiis apud I. B. Paſcali, Pataurii apud Io. Manfré, Holmiae apud L. Saluium.

I.

Noui Commentarii academiae ſcientiarum imperialis Petropolitanae. Tom. XIV. pro anno 1769 *. Pars prior continens claſſem mathematicam, phyſico-mathematicam et phyſicam. Petropoli 1770. 4 mai. 3 alph. 14 pl. 25 tab. aen. Eiusdem tomi pars poſterior, continens claſſem aſtronomicam. ibid. eod. 3 alph. 14 pl. 7 tab. aen. Tomus XV. pro anno 1770. ibid. eod. 3 alph. 21 pl. 31 tab. aen. Tomus XVI. pro anno 1771. ibid. eod. 4 alph. 20 tab. aen.

Claſſis phyſico-mathematica commentariorum, ad annum ſexageſimum nonum pertinentium, continet ſequentes commentationes: T.XIV. P.I.

Cl. DAN. BERNOVLLI *Commentarius de frictionibus, variis illuſtratus exemplis.* p. 249.

Cl. L. EVLERI *Commentarius II. de principiis motus fluidorum.* p. 270.

In claſſe phyſica legitur: p. 389.

1) Cl. A. I. GÜLDENSTAEDT *deſcriptio Muris Suſlicae* (Suslick). Cl. Auctor, qui inter eos eruditos

A 2

*) Ex errore typographico in titulo annus 1759 legitur.

ditos eſt, quos Imperatrix Ruſſorum auguſtiſſima CATHARINA ſecunda, ad diſquirendam hiſtoriam naturalem in varias terrarum ſuarum regiones miſit, animal hic deſcribit, minus adhuc cognitum, quod in campis deſertis auſtralis orientalisque Ruſſiae habitat. Incolae earum regionum illud *Suslick* vocant. Character vero ſpecificus eiusdem eſt: *Mus corpore fuſco flaueſcente, dorſo maculis rotundis albidis variegato; cauda pedum longitudine, depreſſa, piloſa; palmis tetradactylis, plantis pentadactylis.* Sub terra ea cauernas fodit, quas, autumno appropinquante, petit et alto ſomno ſepulta ibidem, vt alia eiusmodi animalia, hybernat. A *Marmota* differt buccis protuberantibus plane non ſaccatis; trunco laxiſſimo, ventricoſo, immaculato, magnitudine vel decies maiori. Cum vero tanta ſit horum animalium affinitas et nomen ſpecificum *M. Marmotae*, ab Ill. LINNAEO propoſitum, etiam M. *Suslicae* reſpondeat, marmotae characterem ita nunc deſcribit Cl. GÜLDENSTAEDT, vt ea ſit: M. *corpore fuſco flaveſcente, immaculato; cauda pedum longitudine, depreſſa, piloſa; palmis tetradactylis; plantis pentadactylis.* Inter *Cricetum* et *Suslicam* minor eſt affinitas. Quamquam enim pedibus et ſtatura conueniunt; ſacci tamen buccalis muſculus alio loco in *Criceto* inſeritur, qui etiam dentibus molaribus, cauda abrupta breuiſſima, mammarum numero et genitalium ſtructura a *Suslica* differt. Auctor ſummarii, commentariis praemiſſi *Suslicam*, *Citillum* eſſe AGRICOLAE ſuſpicatur.

p. 403. 2) *Anatis Nyrocae deſcriptio*, Auctore EODEM. Nomen triuiale, quod Cl. Auctor ſpeciei huic minus cognitae impoſuit in lingua Ruſſica vrinatorem indicat. Character eius ſpecificus eſt: *Anas*

rufo-

rufo-nigricans, *abdomine*, *ſpeculo alarum*, *criſſoque albis*. Affinis eſt *Anati fuligulae*, multifaria tamen obſeruatio Cl. GÜLDENSTAEDT docuit, ſpecies has duas omnino a ſe inuicem differre: maior autem feminarum ſimilitudo eſt, quam marium.

3. *Sphalax*, *nouum Glirium genus*. Auctore EODEM. Cum ſpecies quaedam, quae ad glirium ordinem pertinet, ad nullum ex Linnaeanis generibus apte referri poſſit, nouum quoddam genus conſtituendum eſſe Noſter iudicauit. Ad muris genus ſenſu latiſſimo cum LINNAEO Ill. ſumtum propius accedit, ſed dentes inferiores primores minime ſubulati ſunt. Character vero huius noui generis, cui nomen *Sphalax* Noſter ob affinitatem cum *Talpa* impoſuit, ponit Noſter in *dentibus primoribus in vtraque maxilla cuneiformibus planis; roſtro proboſcideo; pedibus pentadactylis; auriculis caudaque nullis*. Corporis ſtructura et moribus cum talpa conuenit, hinc idem forte animalculum eſt, quod SEBAE *Talpa Sibirica verſicolor*, LINNAEO vero *Talpa ecaudata palmis tridactylis* dicitur. Interna vero canalis cibarii genitaliumque ſtructura et diaeta a *Talpa Europaea* LINN. differt ſpecies hic deſcripta, quae Noſtro ob oculorum minutiem *Sphalax microphthalmus* audit. Nulli enim oculi, vt accuratiſſima diſſectio Auctorem Cl. docuit, per cutem apparent, nec vllum foramen in cute capitis detegitur. Spatium tamen inter apophyſin zygomaticam oſſis maxillaris et inter muſculum temporalem occupat conglomeratum aliquod glanduloſum, liquidum puriforme in cellulis continens, cuius centro oculus, vix ſemine papauerino maior, adhaeret anomalus, qui vero, cum muſculo ſubcutaneo valido et cute integra tegatur, non videre poteſt. Hinc animal hoc viſu plane carere videtur,

p. 409.

tur, auditu vero et olfactu pollet. Vegetabilibus tantum veſcitur et frequentiſſime in campis apricis vaſtiſſimisque deſertis Tanaïcenſibus reperitur.

p. 441. 4. IDEM *de Peregusna, noua Muſtelae ſpecie.* In iisdem campis Tanaicenſibus, quas *Sphalax* inhabitat, muſtelae etiam ſpecies inuenitur, quam Auctor Cl. nouam eſſe putat. *Muſtelae Putorio* aliquantum minor et, vt congeneres, omnes carniuora eſt *Peregusna*, quae nomine ſpecifico *Muſtelae pedibus fiſſis, capite et corpore ſubtus aterrimis; corpore ſupra bruneo luteoque vario, ore, faſcia frontali, auriculisque albis* a Cl. Auctore inſignitur.

p. 456. 5. *Ouum ſimplex gemelliferum.* Auctore Cl. C. F. WOLF. Deſcriptionem oui vno vitello ac duobus embryonibus inſtructi et ſex dies incubati Cl. Auctor hic tradit, qui, vt ex praecedentibus commentariorum academiae voluminibus patet, in oui et pulli in ouo incluſi anatome plurimum laboris impendit. A nemine hactenus eiusmodi ouum obſeruatum fuiſſe Cl. Auctor aſſerit. Plurimi enim ſcriptorum, qui ſimilium ouorum mentionem faciunt, eiusmodi tantum gemellifera deſcripſerunt, quibus duplex vitellus inerat, quorum vterque proprium embryonem continebat: et quae gemella potius, quam gemellifera oua vocanda ſunt, cum ex duplici vitello compoſita ſint. Gemella vero oriuntur oua, dum in gallina nimium fecunda duo praeter naturam vitelli ſimul in vterum ingeruntur, vbi albumina eorum confunduntur, vel in vnam molem compinguntur, quae materia teſtacea obducta vnicum tantum ouum praebet. Quamquam vero eiusmodi oua gemella non adeo rara ſunt, mirum tamen eſt, nullum Auctorem pullos inde productos vidiſſe: ſuſpica-

ſuſpicatur tamen Cl. Auctor cum ARISTOTELE nonniſi gemellos ex iis prodire.

Praemiſſa deſcriptione conditionis oui, ſex dies incubati, et naturaliter conſtituti, ouum gemelliferum, vti illud eodem incubationis die obſeruauit, verbis depingit. Vnum erat in hoc ouo albumen commune, vnus vitellus communis, vna area vaſculoſa communis, quae tamen iam incipiebat aliquas duplicitatis notas in diſtributione vaſorum oſtendere; vna porro, ſed maior et quaſi ex duabus confluens areola pellucida; denique amnium ſpurium, et, quod loco veri eſt, duplex, ſed tamen adhuc cohaerens. Embryo tandem duplex, ſed perfecte ſeparatus erat. Tandem Cl. Auctor de partu vel excluſione eiusmodi gemellorum diſſerit et oſtendit; eos vix hunc terminum ſuperuivere poſſe. Monſtra bicorporea non ex gemellis compreſſis et concreſcentibus; ſed ex vegetatione, quam in formatione fetus Noſter aſſumit, luxuriante oriri demonſtrat. p. 461.

6. Cl. I. T. KOELREVTER *deſcriptio piſcis e Gadorum genere Ruſſis* Nawaga *dicti hiſtorico-anatomica.* Eſt piſcis hic *Gadus* (Callarias) *tripterygius cirratus varius, cauda integra, maxilla ſuperiore longiore*, LINN. p. 484.

7. Cl. I. LEPECHIN *deſcriptio quorundam animalium.* Quinque aues et vnum mammale Cl. Auctor deſcribit et depingit. Aues ſunt 1) *Parus dorſo dilute coeruleo, inferne albus, capite albo, taenia ad oculos, et medio abdomine macula oblonga ex atro coeruleis, faſcia alarum media alba.* Copioſiſſime in montibus hyperboreis habitat. An *Parus Indicus* ALDROV. et WILLVGB.? 2) *Sterna ſuperne ex albo cana, inferne niuea, capillitio nigro al-* p. 408.

 bedine

bedine irrorato, *roſtro coccineo*, *pedibus nigris*. Ad mare Caſpium frequens eſt et voce riſum aemulatur. 3) *Tringa inferne alba*, *ſupra nigra*, *lituris longitudinalibus flaueſcentibus*, *faſcia alarum alba*, *pedibus lobatis*. 4) *Ardea* (pumila) *capite et collo flauicante caſtaneo alboque variis*, *dorſo caſtaneo*, *inferne albicans*, *rectricibus niueis*, quae etiam ad mare Caſpium habitat. 5) *Motacilla* (pleſchanka) *dorſo pectoreque nigris*, *capillitio abdomineque albis*. Mammale vero, quod a Cl. Auctore *Mus oculis minutiſſimis*, *auriculis*, *caudaque nullis*, *corpore rufo cinereo* vocatur, eſt idem animal, quod Cl. GÜLDENSTAEDT *Sphalax* nominauit, et cuius deſcriptio iam ſuperius (p. 5) data eſt.

p. 512. 8. Cl. S. G. GMELIN *diſſertatio de Capra* Saiga *et Erinaceo aurito*. Capram iam olim b. GMELIN, patruus noſtri Auctoris, nomine *Ibicis imberbis* in actis Petropolitanis deſcripſit *). Ill. LINNAEVS eam *Capram* (Tataricam) *cornubus rectiuſculis*, *teretibus*, *perfecte annulatis*, *apice diaphanis*, *gula imberbi* vocat. Cum vero omnes hae deſcriptiones adhuc mancae ſint, vberiorem hic Cl. Auctor com-
p. 519. municat. De *Erinaceo aurito* autem notandum eſt, nouam hanc *Erinacei* ſpeciem in regione Aſtrachanenſi frequenter reperiri, et a vulgari, magnitudine longe minore et auriculis admodum extantibus differre.

p. 525. 9) *Lychnanthos volubilis et Limnanthemum peltatum*, *noua plantarum genera*, Auctore EODEM. Prioris noui generis character eſt. *Cal.* Per. monophyllum, quinquefidum, perſiſtens. *Cor.* Petala quinque, bifida, fauce dentibus coronata. *Stam.* Filamenta decem, alterna. Antherae ſimplices. *Pi-*

ſtil.

*) vid. comm. T. V. p. 345. et Tom. VII. p. 39.

ſtil. Germen globoſum. Styli tres, ſubulati. Stigmata contra ſolem verſa. *Pericarp.* Bacca globoſa, vnilocularis, apice dehiſcens. *Sem.* plura, reniformia. Planta ipſa a *Cucubalo* fauce coronata, ab eodem et *Silene* bacca globoſa, vniloculari, et a *Saponaria* ſtylo trifido differt. Maxime tamen cum *Cucubalo baccifero* LINN. conuenit et forte eadem planta eſt.

Alterius generis characterem ſequentem Cl. p. 527.
Auctor proponit: *Cal.* Per. pentaphyllum, foliolis lanceolato oblongis, diſtantibus. *Cor.* Pet. quinque, vnguiculata; vnguibus piloſis. *Stam.* Fil. quinque, baſi petalorum inſerta, incuruata. Antherae longiſſimae, arcuatae, lateri filamentorum inſertae. *Piſt.* Germen ſphaerico - cylindricum. Stylus nullus. Stigma quadrifidum. *Peric.* Capſula cordato oblonga, acuminata, bilocularis. *Sem.* plura, longitudinaliter affixa, ciliata. Creſcit haec nymphaeae in modum, quam foliis, creſcendi modo et florum colore refert, in aquis ſtagnantibus.

10. *Obſeruationes et deſcriptiones botanicae,* Au- p. 531.
ctore I. GAERTNERO. Prima eſt: *Veronica* (grandiflora) *racemis lateralibus laxis; foliis oppoſitis, crenatis, hirſutis; caule adſcendente ſtolonifero,* quae in Kamſchatka habitat. Secunda eſt *Veronica foliis inferioribus ouatis, crenatis; ſuperioribus rotundis mucronatis, caule ſpica terminata. Flor. Sibir.* T. III. p. 219. Haec ad nouum genus a Cl. Auctore conſtitutum pertinet, quod calycem monophyllum, in latere altero fiſſum, corollam monopetalam ringentem, ſtamina duo, filamentis breuiſſimis fauci corollae inſertis, germen ouato - acuminatum, ſtylum filiformem, capſulam ouato acuminatam bilocularem, ſemen in ſingulo loculamento vnicum cet. habet. Species vero hic deſcripta ei dicitur: *Lagotis* (glauca) *foliis radicalibus petiolatis, cauli-*

nis et ſpica terminali ſeſſilibus. Duo deinde noua gramina: *Bromum* ſcilicet *ouatum* et aliud deſcribit Noſter, ex quo nouum genus *Agropyri* facit, quod medium quaſi inter Bromum et Triticum locum occupat: tandemque *Rubiae cordifoliae*, *Anemones puſillae* et *Digitalis glutinoſae* deſcriptiones addit.

p. 548. 11) *Deſcriptiones quadrupedum et auium* a. 1769 *obſeruatarum*, Auctore P. S. PALLAS. Primum animal eſt *Mus citillus* ſeu *ſuslick*, quod Cl. GÜLDENSTAEDT etiam deſcripſit (p. 389 vid. ſupra p. 4) cuius animalis mores, cum facile manſueſcat, copioſe Cl. Auctor hic tradit et duas quoque varietates addit. Secundum eſt *Mus talpinus*, qui etiam in Germania teſte Auctore Cel. reperitur et *Räutmauß* vocatur; quem tamen nullus zoologus ad huc deſcripſit. Tertia deſcriptio eſt *Erinacei auriti* a Cl. GMELIN etiam communicata (vid. ſupra p. 8) Haec mammalia excipiunt: *Anas rutila*, *Sterna Caſpia* (vid. Cl. LEPECHIN ſup. p. 7); *Motacilla leucomela*; *Loxia erythrina* et *Parus cyanus*.

p. 593. 12) *Nouae inſectorum ſpecies*, Auctore Cl. E. LAXMANN. Cum Ruſſica et Sibirica inſecta nondum cognita ſint, tredecim eorum hic Cl. Auctor nouas ſpecies deſcribit. Speciosiſſimae ex his ſunt quatuor vltimae: *Myrmeleon* ſcilicet *Kolywanenſe*, *Ichneumon gigas*, *Conops petiolatus* et *Aranea Singorienſis*.

T.XVI. In claſſe phyſico-mathematica tomi decimi quinti, qui ad annum ſeptuageſimum huius ſeculi pertinet, reperiuntur:

p. 219. L. EVLERI *Comment.* III. *de motu fluidorum lineari potiſſimum aquae.*

D. BER-

D. BERNOVLLI *examen phyſico-mechanicum, de motu mixto, qui laminis elaſticis a percuſſione ſimul imprimitur.* p. 361.

L. EVLERI *genuina principia doctrinae de ſtatu aequilibrii et motu corporum tam perfecte flexibilium, quam elaſticorum.* p. 381.

IDEM *de ictu glandium contra tabulam exploſarum.* p. 414.

In claſſe phyſica occurrit:

1) Cl. S. G. GMELIN *rariorum auium expoſitio.* Aues ſunt, quas Cl. Auctor in itinere ſuo obſeruauit, quae vero non omnes plane nouae, ſed tantum nondum accurate deſcriptae ſunt. Praecipuae ex iis ſunt: *Accipiter macrourus;* cuius femina, vt in hoc genere ſaepius ſit, maxime à mare differt; *Accipiter ferox; Accipiter korſchun; Aquila mogilnick; Noctua minor; Perdix ruſa; Phaſianus colchicus; Ardeae* porro quatuor ſpecies; *Numenius igneus*, qui, dum per aerem volitat et a ſole illuſtratur, totus aureus reſplendet; *Numenius viridis;* duae *Anatum* ſpecies et *Onocrotalus.* p. 426.

2) Cl. LEPECHIN *deſcriptiones auium.* Omnes fere minores ſunt et ad *Emberizas* et *Motacillas* pertinent. Addita tamen eſt *Strigis* etiam minoris et *Cyprini* noui deſcriptio. p. 485.

3 et 4) Cl. KOELREVTER *deſcriptio hiſtorico-anatomica Cyprini rutili* LINN. et *alius e Coregonorum genere.* Prior Ruſſis *Halawell*, poſterior *Sig* vocatur, et hic quidem idem piſcis eſt, quem LINNAEVS *Salmonem Lauaretum* nominat. In poſteriori lien ex tribus quaſi lienibus compoſitus eſt. p. 494 et 504.

Hac

Hac occaſione quoque *Lerneae* quaedam ſpecies, quae pinnis C. *rutili* inhaeret et nouum vermium genus, quod in inteſtinis horum piſcium reperitur, Cl. Auctor deſcribit, cui nomen *Acanthocephali* imponit.

p. 517. 5) Cl. C. F. WOLF *obſeruationes anatomicae de leone.* Viſcera non modo, ſed et praecipuos muſculos et neruos extremitatum anteriorum huius animalis Cl. Auctor deſcribit, ſingularumque partium ſtructuram cum ſtructura hominis et felis comparat. In hoc commentario muſculorum et neruorum tantum deſcriptio traditur, ex qua apparet muſculos omnes validiſſimos eſſe et ita oſſibus adhaerere, vt magnum inde robur acquirant. Contra vero in hoc animali motuum varietatem non tantam, quanta in homine eſſe ſolet, exiſtere poſſe, eadem anatomica disquiſitio docet. Duo muſculi reſpectu magnitudinis inter omnes in corpore leonis eminent, erector ſcilicet magnus ceruicis, qui proprius leoni muſculus eſt, et anconeus magnus. Illud vero maxima attentione dignum eſt, quod nerui pro ratione magnitudinis huius animalis longe minores ſint, quam in homine aeque ac fele. Hinc Cl. Auctor concludit: neruos animae quidem ad determinandos motus, quos vult in muſculis excitari, minime vero muſculis ad efficiendos hos motus inſeruire. Hinc ea tantum animalia maiori neruorum copia pro muſculis indigent, in quibus maior motuum varietas obtinet. In iis contra, quae non tantam motuum varietatem praeſtant, minor neruorum copia ſufficit.

p. 533. 6) Cl. LAXMANN *deſcriptio nouarum ſpecierum plantarum.* Quinque hae plantae omnes in Sibiria habitant. Sunt vero 1) *Veronica pinnata* LINN.

2) *Spi-*

2) *Spiraea Altaienſis;* 3) *Dracocephalum Altaienſe;* 4) *Robinia ſpinoſiſſima,* quam GMELINVS, STELLERVS cet. pro *Robinia pygmaea* AMMANNI, a qua tamen differt, habuerunt. 5) *Trifolium Dauricum.*

Accedimus iam ad ea, quae in tomo decimo ſexto reperiuntur, qui commentarios continet ad annum huius ſeculi ſeptuageſimum primum pertinentes. T.XVI.

Ex his in *claſſe mathematico-phyſica* repe늄riuntur:

Cl. D. BERNOVLLI *Commentatio de vibrationibus chordarum, ex duabus partibus tam longitudine, quam craſſitie ab inuicem diuerſis, compoſitarum.* p. 257.

L. EVLER *de motu aeris in tubis.* p. 281.

IDEM *de perturbatione motus terrae ab actione Veneris oriunda.* p. 426.

Claſſis autem *phyſicae* commentarii ſunt:

1) Cl. C. F. WOLF *de corde leonis.* Pergit nunc Cl. Auctor in explicandis iis obſeruationibus, quae in leone inſtituit, et quarum priorem partem, in qua de muſculis leonis cet. agitur, iam ſuperius (p. 12) ex tomo decimo ſexto commentariorum academiae Petropolitanae (p. 517) indicauimus. Deſcribit vero Cl. Auctor cor leonis copioſe, tum quoad figuram et ſitum, tum ratione internae ſtructurae et fabricae. Leonis cor paruum quidem, ſed ventriculis praegrandibus inſtructum eſt, vt parietes et ſeptum eius minorem, quam in aliis animalibus magnitudinem habeant. Trunci vero arteriarum cum ventriculis comparati iterum iis minores ſunt, ramique earum arteriarum ſimili quoque modo decreſcunt; vt itaque celeritas, qua ſan- p. 482.

guis

guis in leone mouetur, neceſſario celeritatem eiusdem in aliis animalibus multo ſuperet. Ex hac autem inſigni ſanguinis in hoc animali celeritate, non modo ex parte robur corporis et inſignis agilitas eius, ſed etiam audacia et ferocitas eius pendere videntur.

p. 511. 2) Cl. I. F. KOELREVTERI *obſeruationes ſplanchnologicae ad* Acipenſeris Rutheni LINN. *anatomen ſpectantes.* Zoologicam deſcriptionem viſcerum abdominalium huius piſcis Cl. Auctor tradit, nullis tamen de oeconomia vel phyſiologia eiusdem obſeruationibus additis. Hepar in duodecim lobos diuiditur. Ventriculus craſſus et durus eſt ac ventriculo auium graniuorarum ſimilis. Pancreas renum figuram et ſimilem fere ſtructuram habet, cum ex corticali et medullari ſubſtantia, vt renes, compoſitum ſit. Addita quoque eſt cordis huius animalis anatome et delineatio.

p. 525. 3) Cl. I. LEPECHIN *de hermaphrodito ad ſexum virilem pertinente.* Scrotum in duos ſacculos oblongos profunda aliqua rima diuiſum erat, quorum quisque teſtem continebat, qui extremitate ſua anteriori ſupra baſin penis coniungebantur, vt ſacculi et rima vuluam, et penis ſolito breuior clitoridem elongatam referrent. Ipſe quoque penis imperforatus et, loco vrethrae, non, niſi ſulco longitudinali inſtructus erat, cum vrethra iam ſub radice penis intra labia terminaretur. His accedebat vox feminea, facies imberbis et mammae muliebres turgidae, papillis craſſioribus areola cinctis inſtructae. Duo quoque fratres huius hominis ſimilem ſtructuram in genitalibus, ſimilemque muliebrem habitum oſtendebant. Interim, quod mirum omnino dictu, ſenior eorum vxorem duxit

xit et liberos procreauit, cum in erectione penis etiam apertura vrethrae elongetur et turgeſcat.

4) *Salmo leucichthys et Cyprinus chalcoides deſcripti.* Auctore Cl. GÜLDENSTAEDT. Mare Caſpium quamquam piſcibus abundat, vix tamen quadraginta eorum ſpecies continet, quarum plurimae aquis dulcibus Europae communes ſunt. Duas tamen nouas Cl. Auctor hic determinat, ex quibus prior cum *Salmone Albula* LINN. confundi poteſt. Hinc Auctor Cl. *Salmonem Albulam* ita determinat, vt eam *S. maxillis edentulis, inferiore longiore, radiis membranae branchioſtegae ſeptem* vocet, cum *S. leucichthys* decem in hac membrana radios oſtendat. *Cyprinus* vero *chalcoides, pedalis, radiis pinnae ani* 19, *maxilla inferiore longiore incurua* Cl. Auctori vocatur. Variae quoque ſpecies Acipenſerum, in Caſpio mari obuiae, determinantur. p. 531.

5) *Kraſchenninikoua, nouum plantarum genus.* Auctore EODEM. Plantam a TOVRNEFORTIO inventam, quam vltimo loco LINNAEVS *Axiridem* appellauit, Cl. Auctor ad nouum genus retulit, quod inter *Vrticam, Ceratocarpum* et *Atriplicem* quaſi medium tenet. Additur ſpeciei, quam KOELREVTER *Ceratoidem* vocat, et *Ceratocarpi* characteris deſcriptio. p. 548.

6. *Koelreuteria, nouum plantarum genus.* Auctore Cl. LAXMANN. Nouam plantam, cuius flores diu in horto academico Petropolitano expectati fuerunt, Cl. Auctor deſcribit et nomine *Koelreuteriae paniculatae* inſignit. Character eius genericus conſiſtit in calyce pentaphyllo, infero, foliolis inaequalibus; corolla tetrapetala, petalis aequalibus; nectariis petaloideis et corpuſculo receptaculo analogo, genitalia tantum ſuſtinente. p. 561.

II. AN-

II.

ANTON. GOUAN Reg. Conſil. et Medici, Prof. Reg. Monſpélienſ. etc. illuſtrationes et obſeruationes botanicae, ad ſpecierum hiſtoriam facientes; ſeu rariorum plantarum indigenarum, pyrenaicarum, exoticarum adumbrationes, ſynonymorum reformationes, deſcriptionum caſtigationes, varietatum ad ſpecies genuinas redactarum determinationes; cum iconibus, ex naturae typo et magnitudine naturali ab Auctore delineatis. Tiguri, apud Orell, Geſſner et ſociis 1773. Fol. alph. 1. tab. aen. 28.

Dudum inter principes botanicos locum obtinuit Cl. Auctor, ideoque Eius obſeruationes, nunc in lucem emiſſas, ad rem herbariam augendam perficiendamque multum conferre poſſe, quilibet facile intelliget. Et cum ex titulo ſatis cognoſcamus, quantum in hoc faſciculo Ill. Auctor praeſtiterit, nihil, niſi id in genere praemoneamus, Illum plantarum dubiarum ſpecimina cum Celeb. Viris, LINNAEO, IVSSIAEO, SEGVIERIO et HALLERO communicaſſe, atque ex hoc litterario commercio de ſpeciebus, varietatibus, et ſynonymis prius ambiguis, certiorem factum fuiſſe. Praecipue Lectoribus intereſt, ſcire, quasnam plantas delineatas Cl. Auctor dedit, hinc earum indicem exhibeamus:

Veronica Ponae.
— numularia.
Agroſtis bromoides.
Galium pyrenaeum.
Poa diuaricata.
Gentiana pyrenaica.
Paſtinaca lucida.
— Opopanax.
Pimpinella orientalis.
Allium monſpeſſulanum.
Daphne dioica.
Ranunculus pyrenaicus.

Bupleurum

Bupleurum ſpinoſum.
Statice echioides.
Eryngium Bourgati.
Bupleurum pyrenaeum.
Selinum pyrenaeum.
Angelica Razulii.
Bupleurum ſemicompoſitum.
Seſeli elatum.
Oenanthe globuloſa.
Thapſia garganica.
Hieracium prunellaefolium.
— cerinthoides.
Onopordon graecum.
Saxifraga retuſa.
— geranioides.
— petrea.
Aquilegia viſcoſa.
Roſa pyrenaica.
Siſymbrium cracaſtrum.
Braſſica Tournefortii.
Bunias balearica.
Geranium petraeum.
Lauatera maritima.
Leontodon pyrenaicum.
Carduus carlinoides.
— medius.
Athamanta, quae Libanotis maior Huſſ.

Vel ex his allatis nominibus patet, plures novas, antea vix cognitas, aut inſufficienter determinatas, occurrere plantas, ex quibus aliquas, ſpeciminis gratia, commemoremus.

Veronica nummularia, a TOVRNEFORTIO memorata, ad *Serpillifoliam* a LINNAEO reducta, euidenter ab eadem, nec non a *fruticuloſa* differt. Flores habet axillares, ſubſeſſiles, ſolitarios, folia ſuborbiculata integerrima, et caulem proſtratum fruticoſum. *Eryngium Bourgati*, quod in itineribus comes D. BOVRGAT inuenit, proxime ad *tricuſpidatum* accedit; aſt differt, foliis digitatis, biternatis, non vero palmatis, et paleis integerrimis, non tricuſpidatis. *Artediam muricatam* et *Caucalidem pumilam* in *Dauco muricato* coniunxit LINNAEVS, diuerſiſſimas vero eſſe, Ill. Auctor voluit, dixitque: *Artediae* caulis erectus hiſpidus, folia tripinnata, vmbellae aliae ſeſſiles oppoſitifoliae, aliae terminales radiis 20 ad 30; praeterea *Carotae* faciem belle repraeſentat, inquirendum ergo, an non ſit Daucus degener. *Caucalidis pumilae* vero caulis ſub-

p. 1.
p. 7.
p. 9.

ſubprorumbens, pubeſcens, pedunculi umbelliferi
ſemper oppoſitifolii, radii 5 raro 6 inaequales, fru-
ctus aculeati hiſpidi facie *Caucalidis platycarpos*. In
vtraque planta flores radiatos ſemper vidit, quos
absque radio eſſe, LINNAEVS notauerat.

p. 10. *Bunium bulbocaſtanum* magnitudine differre du-
dum cognouerunt, hinc et *maius* et *minus* ſepara-
runt veteres, vtrumque vero coniunxerunt recen-
tiores; genuinum et ſpecialem cuiuslibet characte-
rem inuenit Cl. Auctor, et *maius* foliis caulinis an-
guſtiſſimis, inuolucro vniuerſali nullo, fructibus
ouatis acuminatis, ſtylisque perſiſtentibus differt
a *minori*, quod folia vniformia, inuolucrum poly-
phyllum, fructus ſubcylindricos apice craſſiores,
et ſtylos reflexos deciduos oſtendit.

p. 11. In *Haſſelquiſtia* vmbellas nudas rariſſime, po-
tius inuolucrum vniuerſale dimidiatum, foliolis ſe-
taceo ſubulatis 3—4 inaequalibus conſtans, et
quandoque ex centro receptaculi pedunculum co-
loratum ſterilem, apice tumidum, carnoſum et fere
p. 13. peltatum vidit. *Angelicam* nouam, foliis bipinna-
tis, foliolis lanceolatis ſerratis decurrentibus, prae-
ditam, pharmacopola Perpiricanenſis Dn. RA-
SOVLS, qui in Pyrenaicis itineribus ſocius fuit,
p. 19. cum aliis plantis inuenit. *Paſtinaca lucida*, quam
LINNAEVS in Mantiſſa recenſuit, diuerſa gerit fo-
lia, radicalia ſunt lobata cordata, caulina ternata
quinataque, ramea cuneiformia. Ex vmbellis nu-
meroſiſſimis terminalibus vna, quae princeps eſt,
et ſummo cauli inſidet, ad baſin emittit ramos duos,
tres vel quatuor, vnde ſummus caulis quaſi proli-
fer euadit. *Paſtinacam Opopanax*, et *Laſerpitium
chironium* vnam modo conſtituere ſpeciem ex mul-
torum ſpeciminum collatione intellexit, hinc poſte-
riorem ad priorem reduxit plantam, et *Paſtinacam*
foliis

foliis bipinnatis, foliolis oblique cordatis, petiolis paleaceo-ſtrigoſis appellauit.

Pimpinella orientalis, foliis radicalibus quinatis, p. 21.
foliolo intermedio baſi auriculato, caulinis pinnatis, foliolis palmato-pinnatifidis a reliquis differt ſpeciebus; *Pimpinellae ſaxifragae* etiam varietatem Linnaeanam *maiorem* ſeparauit, dixitque *Pimpinellam maiorem*, foliis pinnatis, foliolis petiolatis, ouato acuminatis, duplicato dentatis, intimis duobus, imparique trilobis, ceteris deorſum auriculatis.

Narciſſi tres adduxit ſpecies, a LINNAEO non p. 22.
commemoratas. Prior eſt *Narciſſus dubius*, *ſpatha multiflora, petalis ouatis, nectario campanulato integerrimo*, *petalis triplo breuiore;* alter, quem *Bulbocodium Hiſpanicum* I. BAVHINVS dixerat, eſt *Narciſſus Hiſpanicus*, *ſcapo ancipiti exſtriato vnifloro, nectario petalis aequali*, *ſexfido*, *patulo*, *lobulis dentatis.* Tertius, qui multum variare ſolet, et ex ſynonymis difficile cognoſcitur, dicitur: *Narciſſus odorus*, *ſcapo ancipiti vnifloro exſtriato*, *nectario petalis duplo breuiore erecto ſexfido crenulato*, *antheris reflexis.*

In *Tulipa ſylueſtri* ſtamina tria longiora ad p. 25.
plana latera germinis inſident, breuiora vero angulos germinis reſpiciunt; omnia baſi ſunt barbata; ſcapus a latere bulbi oritur. *Bulbus eriophorus* p. 26.
Orient. C. BAVH. dubiae ſedis planta fuit, florentem Cl. Auctor vidit, dixitque *Scillam hyacinthoidem*, *racemo longiſſimo*, *floribus ſubuerticillatis*, *pedunculis patentibus;* et obſeruationem DODONAEI, quod, niſi ſaepius a bulbo principe auellantur bulbilli, per annos ſaepe viginti non floreat planta, propria experientia confirmauit.

Adonides, *apenninam et vernalem*, non adeo ſibi p. 33.
ſimiles eſſe, ſicut LINNAEVS voluit, Cl. Auctor

 docuit,

docuit, et, omiſſis aliis differentiis, inprimis ſeminum figura differre tradidit. *Apennina* habet ſemina angulata, acuminato-mucronata glabra, *vernalis* vero ſemina aequalia, apice craſſiora, infra apicem ſtylata et hirſuta.

p. 39. De *Ruellia clandeſtina* monuerat LINNAEVS H. Vpſ. 179, eandem primis annis non florere, fructum tamen ferre, ſequentibus annis pulchre florere. In Cl. Auctoris horto autem non ſolum primo anno, ſed duobus aetatis ſuae prioribus menſibus diuerſo ſe praebuit modo: flores nempe primordiales intra calicem floruere, corollis eodem concluſis, ceteri vero flores extra calicem prominebant. In noſtro horto obſeruatio Linnaeana confirmata fuit; floruit, per duos annos, nulla apparente corolla, tertio demum eadem coerulea et magna apparuit.

p. 52. *Tragopogon aſperum* et *picroides*, multum quidem inter ſe conueniunt, calices in vtroque pilis hiſpidis aculeati ſunt; *Picroides* etiam in vmbroſis variat foliis modo integris, modo runcinatis, radicalibus ſaepe obouatis integris, caule vix ramoſo, humili, vt hinc facile pro *aſpero* haberi poſſet; aſt differt manifeſte foliis caulinis baſi ſemper dilatatis, quae in *aſpero* ſunt apice latiora, baſi anguſtata.

p. 64. Nonnullae *Carlinae* ſpecies difficile diſtinguuntur, quas ſedulo conſiderauit et inter ſe comparauit Auctor. In *lanata* caulis albus, primum lanatus, dein caluus vt plurimum, folia ad flores minus integra, calices duplo maiores, quam in ceteris, radius vtrinque purpureus. *Corymboſa* habet caulem apice purpuraſcentem, vix hirſutie pubeſcentem, folia etiam ad flores ſubpinnata, calices duplo fere minores, radium flauum, ſed foliola extus, et ad baſin tantum purpuraſcentia. *Vulgaris* priori omnino ſimilis eſt, aſt corollae centrales

trales atro purpureae, et capitula ſpinis atris obvallata. *Racemoſa* denique habitu proxima eſt tertiae et quartae; caulis albidus, radii calicina foliola a baſi ad apicem ſubtus atro purpuraſcentia, a parte ſuperiori magis flaua. Affinis ſpeciei ſecundae ob flores ſeſſiles, qui tamen multo minores ſunt, quam in tertia et quarta.

Cacaliae alpinae varietatem, a LINNAEO aſſumtam, in ſpeciem peculiarem mutauit, eamque *Cacaliam Alliariae*, *calicibus trifloris*, *foliis cordatis petiolatis dentato angulatis*, *caulinis ſubhaſtatis*, *vaginis ſtipularibus cordato amplexicaulibus* appellauit. Manifeſte igitur ab *alpina* differt, cuius folia orbiculato cordata, dentibus aequalibus, ſinubus armatis, ſtipulis petiolorum vaginalibus nullis; calix duplo maior, conſtans foliolis 4 — 5, vno ceteris duplo maiore, emarginatoque, corymbi denique laxiores. p. 65.

Buphthalmum ſalicifolium et *grandiflorum*, affines nimis ſpecies, aegre diſtinguendae; in vtraque folia anguſta, caulis hirſutus, qui in horto calueſcit, non ſecus ac calices, corollae etiam ſimiles, differunt tamen: *ſalicifolium* habet folia radicalia longe petiolata, obtuſiuſcula, leuiſſima, denticulata; caulina fere vncialia, longiora, non raro integerrima, ſeſſilia, vix ſemiamplexicaulia, auriculis amplexicaulibus, vix ac ne vix quidem deorſum productis, corollulas radiantes trifidas, trineruias. In *grandiflora* autem folia omnia ſunt anguſtiora, acutiora, bi-et triuncialia, denticulis breuioribus, amplexicaulia magis, lobisque amplexantibus deorſum valde prominentibus rotundatis. Corollulae radiantes ſaepe quadri - vel quinquefidae, neruis plurimis, parallelis. Plura repetere nolumus, cum ex his abunde pateat, quam accurate plantas disquiſiuerit, et inter ſe comparauerit Cl. Auctor, p. 71.

 hinc

hinc libellum botanicis gratiſſimum vtiliſſimumque fore, omnes facile concedent.

III.

IOANNIS ANTONII SCOPOLI principia mineralogiae ſyſtematicae et practicae, ſuccincte exhibentia ſtructuram telluris, ſyſtemata mineralogica, lapidum claſſes, genera, ſpecies, cum praecipuis varietatibus, eorumque characteribus et vſu, nec non regulis nonnullis generalibus, ad docimaſiam et pyrotechniam pertinentibus. Pragae 1772. apud Wolfgangum Gerle. 8. plagg. 15½.

Vtiliſſimum atque acceptiſſimum hunc Clariſſimi in hiſtoria naturali Auctoris fore librum omnibus, qui vtilia quaerunt, ſperamus atque praeuidemus, cum breuitate ſuccincta atque definita certaque dictione omnia corpora mineralia denuo deſcribat *), omittat ea, quae non proprie ad mineralia pertinent, petrefacta nimirum, atque varia addat ex propriis obſeruatis, quae in fuſione metallorum requirantur. Paucas cognoſcit ſpecies mineralium, e. g. *Calcarei* duas tantum ſpecies, *vulgarem*, et *Marmor* conſtituit; reliquas, quae ab aliis dicuntur, vel vt varietates, vel vt metamorphoſes aſpicit, et ſic de reliquis, cum vnum easdem definiendi fontem e partium componentium diuerſitate hauriendum iudicet: ea igitur, quae a figura, habitu, colore aliisque externis ſignis deſumuntur, criteria varietatibus diſcernendis tribuit. Vbique vero ad ideam mineraliſationis, ex habitu metallorum ad ſulphur et acida deſumendam, diligenter attendit.

*) Edidit Cl. Auctor anno 1769 *Einleitung zur Erkenntniß und Gebrauch der Foſſilien.*

Structura telluris, inſigniter a primaeua facie mutata, expoſita, ac ſyſtematibus eo ordine enarratis, vt eos coniungat Auctores, qui mineralia in easdem numero claſſes diuiſerunt, atque de quibusdam breviter iudicium ſuum apponat: Ipſe duas mineralium claſſes *Terras* et *Mineras* agnoſcit, cum natura vim patiatur, quoties lapides a terris totis claſſibus ſeparentur. Diuidit *Terras* in *puriores*, vel *calcareas*, vel *argilloſas*, vel *ſiliceas;* et *impuras.* Prioris ordinis ſunt *Calcareus*, *Gypſum*, *Argilla*, *Mica*, *Amiantus*, *Gemma*, *Cryſtallus*, *Quarzum*, *Silex* atque *Cos;* poſterioris *Zeolites*, *Lazulus*, *Marga*, *Bolus*, *Baſaltes* et *Magneſia.* Claſſis *minerarum* continet *Salia*, vel *acida*, vt *Vitriolum*, *Alumen*, *Halotrichum*, *Nitrum*, *Muriam*, *Ammoniacum*, *Sal mirabile* et *Boracem;* vel *alcalina*, *Natrum;* deinde *Bitumina*, *Ambram*, *Succinum*, *Picem montanam* et *Sulphur;* denique *Metalla* vel *inductilia*, *Hydrargyrum*, *Stibium*, *Arſenicum* et *Wiſmutum*, vel *ductilia*, *Zincum*, *Platinam*, *Stannum*, *Ferrum*, *Cuprum*, *Plumbum*, *Argentum* et *Aurum.* Appendicis loco *Cobaltum* et *Niccolum* proponit, cum illa vnanimi doctorum conſenſu nondum ſint recepta. Nunc quaedam ſigillatim deligamus.

Metamorphoſes calcarei lapidis eſſe putat Cl. p. 23.
Auctor cretam, tophum, ſtalactitem atque ſpatum, quod ſit purior pars calcarei, a peculiari acido in rhombos ſolidata, qui ob immixta heterogenea vel acidi alienam indolem varias aſſumant figuras. Neque MEYERI; neque Blackiana hypotheſis *) Noſtro facit ſatis; neque tamen ſuam aperit ſententiam. Ad *Argillam* lapideam refert Noſter lapidem p. 35.
Serpentinum, Nephriticum, Steatitem alioſque ſimiles

*) vid. comm. noſtr. Vol. XII. p. 468. Vol. XVIII. p. 481 ſeqq.

p. 38. miles torno aptos. *Molybdaena* eſt *Micae* ſpecies.
p. 47. Colorem *gemmarum* eſſe a volatili ſubſtantia, intro-
p. 50. ducta a metallo, putat. Terram, quae *cryſtallos* fo-
vet, argilloſam, martialem, micaceam ac ſabuloſam
iudicat: easdemque in fluido et ex eo natas affir-
mat, atque, cum glaciei cryſtalli ſint hexagonae,
quaerit, pendeatne ſimilis terrearum cryſtallorum
figura, a ſingulari hac aquae proprietate? Proba-
p. 57. bile Noſtro videtur *Silicem* natum eſſe ab indurato
glutine vermium marinorum; cum Ipſe Cl. Auctor
inuenerit lapidem corneum ex variis ſtratis compo-
ſitum, et coralliorum ramenta fouentem. *Zeolitis*
fuſibilitatem et intumeſcentiam deriuat a terra al-
calina acido quodam ſaturata. *Lazulum* differre a
Zeolite ait, quod fuſus non intumeſcat, atque pyri-
p. 69. tem ſpatumque foueat. *Baſaltes* compoſitus eſt e
terra ſilicea, ac martiali, alia metallica irreducibili,
p. 70. et alcalina ſpecifica aluminoſae proxima: *Magneſia*
vitro violaceum colorem tribuit, ineſtque ei, prae-
ter martem, terra aluminis, et ſubinde inflammabi-
lis quidquam.

p. 75. Terram metallicam, igneo ſulphuris principio
auolante animatam, ab acido eiusdem diluto ſolui
atque *Vitriolum* producere affirmat Cl. Auctor: *Alu-
minis* terram, cum variis ſalibus tractauit, atque
ſemper aliquid metallici obtinuit, vt ideo certus
ſit, hanc ei proxime accedere, quae firmam prae-
beat metallis baſin. Monet, vt, qui *Alumen* con-
ficiunt, caueant, ne illud momentum temporis
praeteruideant, quod id ipſum intra terras aut mi-
neras ad debitam maturitatem perduxit; atque ne
ſemper id inutile putent, ex quo *Alumen* ſemel ex-
p. 80. coctum fuit. Per *Halotrichum* ſal intelligit, capil-
lorum ad inſtar efflorescens, cryſtallis priſmaticis,
ſubpentagonis apice vtroque truncatis; quod in igne
fere

fere vt vitriolum ſe habeat *). *Nitrum* conſtat ex alcali vegetabili, ſubſtantia inflammabili et acido ſpecifico, quod, cum Cl. Auctor viderit, acidum muriaticum, certa methodo tractatum, in forma rubentium vaporum in excipulum tranſiiſſe, non certe acidum vitriolicum habendum eſt. Etſi *Natrum* non facile cryſtalliſatur; vidit tamen Cl. Auctor cryſtallos alcalinas, rhombeas, in aere deliqueſcentes. Atque putat, nec *Natrum* fixum, nec volatile nudum eſſe in rerum natura, idque ſolum putredinis, fermentationis, aut ignis ope produci, decompoſitis ſuccis ſaponaceis, et ſic alcali euoluto aut producto ex intima vnione terreae ſubſtantiae cum oleo attenuato **). Praeter acidum vitriolicum et inflammabile terram vitreſcentem *Sulphuri* ineſſe affirmat; hoc quoque ab alumine deſtrui, vt et alumen ex parte aliqua a ſulphure.

p. 84.
p. 97.
p. 99.
p. 112.

In metallorum geneſin inquirens Cl. Auctor, experimentis edoctus contra Cl. WALLERIVM ***) affirmat, eorum principia eſſe 1. terram ſpecificam, alcalinam, aluminoſae proximam, tum demum vitreſcentem, cum ab acido ſoluta ac cum eo intime coniuncta fuerit; 2. ſalinum quid, acidum volatile, muriatico proximum, nunquam a terreo principio ſeparabile; 3. inflammabile. Metalla igitur ſola partium proportione ac forte puritate inter ſe differre. Coniungi vero haec principia, cum terra ab acido ſoluatur, huic adhaereat phlogiſton, quae igne moueantur; aqua vero ſolutiones motusque promoueantur: atque praeterea materies adſit,

p. 115.
p. 118.
p. 121.

*) cf. Cl. Auctoris *tent. de vitriolo Idrienſi.*

**) vid. STAHL *opuſc. phyſ. chym. Zymotech.* c. 7. p. 96 97.

***) vid EIVSD. *elementa metallurg. ſect.* 2. c. 1. p. 145. comm. noſtr. Vol. XVI. p. 31.

adſit, huic operi idonea. Opinioni de venarum metallicarum origine, eas olim vacuas fuiſſe fiſſuras, et mineris poſtea repletas, repugnare earundem
p. 122. ſtructuram, ſitus, ac directionem. Fiſſuras, quas *fibras* dicit, ab eodem terreo, quod maiores venas
p. 124. conſtituat, effectas eſſe *). Metallica corpora occurrere ait 1. *nuda;* 2. *laruata*, perfecta, impura, fuſione ſeparanda; 3. *mineraliſata*, quae, expulſo corpore mineraliſante, calcem metallicum relinquunt. Mineraliſans corpus, ex mente Cl. Auctoris, eſt *Sulphur*, non *Arſenicum*. 4. *Calciformia*. His
p: 130. expoſitis theoriam de praeparatione minerarum ad fuſionem, regulasque generales, circa eandem obſeruandas, eximie exponit. Cum *Hydrargyrum*, *Platina*, *Aurum*, *Argentum*, neque igne, nec ſalibus ſuo inflammabili ſpolientur; ea, ex ſuis ſoluentibus praecipitata male calces metallicas appellari
p. 136. monet. Reducuntur calces metallicae addito phlogiſto; neque vlla Cl. Auctori nota calx metallica, quae, vt ait WALLERIVS, ſine illo reſtitui poſ-
p. 140. ſit. Tabularis conſpectus menſtruorum, cum iis, quae quodque ſoluit, corporibus, curata eſt nobisque maxime placet.

p. 156. Reperitur in Hungaricis *Folſöbanyae* fodinis, praeter alias notas varietates, *Stibium mineraliſatum capillare*, quod cryſtallis quarzoſis vel *Stibio cryſtalliſato* inhaeret, atque inſtar capillorum biuncialium et triuncialium, coloris atro fuſci, inde ef-
p. 160. floreſcit. Principia arſenici, etſi ab acido et forte muriatico, genitum videatur, etiamnum ignorari
p. 163. ait. Wiſmutum, non mineraliſatum, ſed ſemper nudum eſſe.

p. 166. Zincum non nudum, ſed calciforme reperitur; huc pertinet *lapis calaminaris* et *Pſeudogalena*.
De

*) Aliter ſentit WALLERIVS l. c. p. 93. vid. ib. p. 37.

De praeſentia *Stanni nudi* *) et *mineraliſati* dubitat. p. 173.
Ferrum nudum dubitanter admittit, atque vix percipi poſſe ait, adeo rarum eſſe metallum natiuum, cuius terra vbique ſit diſperſa. De *ferrariis* lapi- p. 183.
dibus dicit, ſpecies legitimas difficile detegendas eſſe, eandem varietatem eſſe retractoriam et intractabilem; terram metallicam in omnibus vnam, originem alius ex alia, limites nullos. Docima- p. 184.
ſiam *Ferri* hanc Noſter optimam expertus, ſi minerae, prius cum oleo lini toſtae, centenario vni adderentur boracis calcinati centenarii duo, nitri centenarius vnus et calcis viuae librae ſeptem. Vel ſi eiusdem minerae centenarius miſceretur, cum centenariis quatuor fluxus nigri, pollinis carbonum libris 24, tantundem arſenici, et parua quantitate vitri pulueriſati; quod tamen malleo non cederet. Docet poſtea Cl. Auctor modum, quo copia *Lechi*, vel maſſae metallicae, in pyrite primum liquando inuenienda exploretur; varias ferri pro diuerſitate terrarum adhaerentium dotes, atque, quae ſint obſeruanda, vt ferrum bonae notae obtineatur.

Cuprum natiuum aſſumit Cl. Auctor, cum ex p. 189.
aquis caementariis vitrum cupri naſcatur, ex cuius ſolutione cum acidis metallum praecipitetur. Vidit etiam *Cuprum mineraliſatum* cinereum, cryſtalliſatum, cryſtallis ſubtrigonis nitidis. Vt ſepara- p. 194.
tio cupri ab heterogeneis facile ſuccedat, cuprum a ferro ope ſulphuris ſuperflua huius quantitate, et maxima arſenici ſtibiique parte vſtulatione diſſipatis tum ſeparandum, cum quantitas cupri docimaſia indicata eſt: quod, quo modo fiat, egregie docetur.

Plumbum

*) vid. LINN. ſyſt. nat. III. p. 256. v. comm. noſtr. Vol. XVI. p. 341.

p. 202. *Plumbum nudum* in dubium vocat. Cum calx plumbi natiua ſolo phlogiſto, cannula applicata *) reducatur; non adſentitur WALLERIO, qui docuit plumbum a ſulphure non calcinari, neque reducente materie opus habere **).

p. 208. Calx *Argenti* nulla poſſibilis. Docet poſtea Cl. Auctor copiam argenti, quae vnicuique minerae inſit, atque modum, illud e mineris et docimaſtice, et in operibus fuſoriis educendi. Poſteriorem in tres claſſes diuidit, quarum prima praeparationem minerarum, ſecunda extractionem argenti, et tertia ſeparationem eiusdem reſpicit.

p. 221. *Aurum laruatum* nunc ſtatuit, quod *imperfectum* olim ***) dixit Cl. Auctor. Id vt obtineatur purum, ſeparetur a terris, mineris et metallis. Vſum eiusdem maximum quis ignorat? Igitur rectiſſime colligit Noſter, *cum chemia et matheſis ſint duo cardines, quibus tota voluitur fodinarum oeconomia; patere reipublicae intereſſe plurimum, vt illi, quibus rei metallicae cura committatur, his ſcientiis ſint probe initiati, neque arbitrium aut beneuolentia; ſed merita ac virtus ſtipendia diſtribuant.*

IV.

Des Ritters CARL VON LINNE' *vollſtändiges Naturſyſtem, nach der zwölften lateiniſchen Ausgabe und nach Anleitung des Holländiſchen Houttuyniſchen Werks mit einer ausführlichen Erklärung ausgefertiget von* PHILIPP LVDWIG STATIVS MÜLLER, *Prof. der Naturgeſchichte zu Erlang und Mitglied der römiſch kaiſerl. Akademie*

*) vid. STAHL *fund. chym.* P. III. p. 456.
**) in *Metallurg.* p. 337. comm. noſtr. Vol. XVI. p. 50.
***) vid. EIVSD. *ann. hiſt. nat.* III. p. 107. comm. noſtr. decad. ſecund. ſuppl. II. p. 251.

Akademie der Naturforſcher u. ſ. w. Erſter Theil. Von den ſäugenden Thieren. Mit 32 Kupfern. Zweyter Theil. Von den Vögeln; nebſt 28 Kupfertafeln. Nürnberg, bey Gabriel Nicolaus Raſpe, 1773. 8. 3 *Alph.* 8 *Bog. Dritter Theil. Von den Amphibien. Nebſt* 12 *Kupfertafeln. ebend.* 1774. 1 *Alph.* 4 *Bog.*

i. e.

Syſtema naturae CAROLI LINNAEI ad editionem XII. ductu Belgici Houttuyniani libri explicatum ac reformatum a PHILIPPO LVDOVICO STATIO MÜLLERO. Pars I. II. III. *Mammalia, Aues* et *Amphibia.*

Cum hic liber non ſola ſit ſicca verſio, verum opera Cl. MÜLLERI aliam faciem obtinuerit, atque additione iconum, aliarumque illuſtrationum ratione noſtratium praeſertim plurimam attentionem mereatur: non potuimus, quin eiusdem faceremus breuem mentionem, atque inſtitutum legesque, quas ſibi conſtituerit Cl. Editor, cum Lectoribus communicaremus. Eſt igitur neque LINNAEI, neque Houttuyniani operis verſio; ſed omne LINNAEI ſyſtema, vti in editione duodecima reperitur, continet, retentis omnibus characteribus, ab Illo rebus naturalibus tributis, neglectis verbis, ac deſcriptionibus, additis illuſtrationibus nominibusque Germanicis: quae Cl. MÜLLER vel ex Linnaeanis transtulit, vel ex indole, vel patria animalis formauit, vel retinuit nomen triuiale: qua in re plerumque felicem fuiſſe MÜLLERVM omnino eſt fatendum. Ex HOVTTVYNI vero opere nihil retinuit, niſi vtilia, neceſſaria atque notatu digna, atque omnes ab Eo datas icones, quae paſſim ex EDWARDI et IOHNSTONI libris ſunt

ſumtae,

ſumtae, paſſim ad viuum exemplar delineatae; atque ſic vtplurimum bonae et naturae conuenientes, de quibus vero ſingulis, ne longius immoremur, Lectori rei naturalis perito iudicium relinquimus. Addidit praeterea Cl. Auctor varia neceſſaria in libris ad naturalem hiſtoriam reperiunda, ſynonyma vſu trita plurima linguarum, anatomicamque disquiſitionem, aliaque ex ſua Ipſius experientia deſumta. Optaremus modo, vt in vtiliſſimo hoc libro, addita eſſent nomina Ill. BVFFONII, quem facile, praeſertim in animalibus mammalibus, reliquis excellere cenſemus. Ceterum Cl. MÜLLER pollicitus eſt, ſe ea, quae vel LINNAEVS poſt editionem XII. mutauit, vel nouiter detecta ſunt, proprio volumine, finita hiſtoria animalium, collecta eſſe editurum.

His in vniuerſum dictis, quaedam etiam ex illis, quae vel in Houttuyniano opere, cum illius nullam fecerimus mentionem, vel a Cl. MÜLLERO adiecta eſſe videmus, breuiter afferamus. In introductione de oeconomia naturaque animalium generatim diſſeritur aliaque aliorum ſyſtemata enarrantur. In hominis naturam etiam Cl. MÜLLER vberius inquirit, atque de generatione agens BVFFONII hypotheſin reliquis opinionibus, etiam ei, quae ex ouis omnia nata eſſe exiſtimat, praeferre videtur. De varietatibus etiam hominis multa praeclara leguntur: ſicuti quoque cum ex veterum, tum ex recentiorum hiſtoria veram et diſtinctiſſimam eſſe ſpeciem *Hominem trogloditem* oſtenditur.

De *Simia Syluano* putat IOHNSTONVM *Simias* communes intellexiſſe, cum tamen *Cercopithecum* nominet: praeterea ſuſpicatur ex icone IOHNSTONI, quae abruptam caudam oſtendit, hanc

ſpeciem

ſpeciem ſibi caudam deroſiſſe. *Simia Oedipus* ſonum edit ſimilem cantui *Fringillae Canariae* LINN. atque caudam inſtar *Leonis* fert. *Simia Midas* non manubus rite vti poteſt. Addit ſuccinctam oeconomiae atque anatomiae in *Simiis* hiſtoriam, atque lapidem ſimiarum ex *S. Iaccho* ſolum venire exiſtimat. De *Daſypo* notat, alios ab Americanis venenatos haberi, alios comedi; quod tamen Noſter non probat. Fodiunt terram *Daſypi*, ſubque ea viuunt, veſcuntur formicis ac inſectis. Ex teſta Americani puluerem parant contra Siphylitidem.

Canis domeſtici genealogiam ex BVFFONIO et DAVBENTONO illuſtrat; atque inprimis cum poſteriori ſentit, vt quasdam ſpecies primogeneas fuiſſe aſſerat. *Felis Leonis* attributa, magnanimitas, exemplis illuſtrantur, eumque adeo cicurem fieri, vt hominis caput, in gulam eius immiſſum, non laeſerit, Cl. MÜLLER vidit. p. 206. p. 230.

Ad *Viuerram Ichneumonem* tres refert varietates, *Ceylonenſem*, nempe *Quil* dictam, maiorem, quam cum *Memphitide* LINN. ed. X. quae nobis tamen ad *V. Putorium* magis pertinere videtur, depictam ſiſtit, et *Mungonem*. Ad *Viuerram Putorium* ſimile addit animal, ex auſtrali America allatum, quod deſcriptione nomineque nobis idem videtur, quod BVFFONIVS *Chinche* nominat *). p. 244. p. 252.

Muſtelam Martem, efractis dentibus laniariis domari refert. *Vrſus luſcus* veſcitur cetaceis. p. 265. p. 286.

Hyſtricem criſtatam ſetis abiectis ſe defendere ſuo ipſius confirmat Cl. MÜLLER viſu: ceterum quouis anno nouae creſcunt ſetae. Breuis etiam hic legitur *Caſtoris fibri* viuendi rationis, modi domos aedificandi, atque caſtorei hiſtoria. p. 313. p. 327.

Ad

*) vid. *l'Hiſtoire natur.* Tom. XIII. t. 39. comm. noſtr. Vol. XV. p. 403.

p. 345. Ad *Murem Cricetum* refert varietatem, cauda breui, auribus nullis, quae ab aliis, quos tamen non nominat, ad muſtelam ablegatur, et in Venetia et Croatia habitat. *Sciuri ſtriati* plures dari va-
p. 358. rietates oſtendit. Quod gibberem *Camelorum* at-
p. 370. tinet, Noſter cauſſam vel in oſſe, vel in callo cutis ponit, cum viderit gibberem in *Camelo Bactriano* mobilem. Praeterea erant ei nares quatuor. Sic etiam vidit alium ex Perſia nullo gibbere praeditum. Suſpicatur poſtea plures de *Camelo*, *Glama* et *Paca* in exteris terris reperiri varietates.
p. 374. In recenſione *Caprae Antiloparum* PALL. mentionem iniicit; non tamen mutat LINNAEI ſpecies.
p. 383. *Ceruum Alcem* fatuum fieri, vel epilepſia laborare Cl. MÜLLER in Ruſſia non potuit experiri: eius vero plures recenſet varietates: quas etiam de *Ceruo Elapho* aſſumit et depingit. Simul deſcribit vſum *Cerui Tarandi* apud Lappones, eumque *Oeſtro* laedi addit, cui non, niſi pix liquida, mederi poteſt. Etſi Cl. PALLAS in *Capra Gazella* LINN. lapidem Bezoar ſe inueniſſe dicat; attamen et LINNAEVM et illum recte dicere poſſe exiſtimat, cum lapis, tamquam morbi effectum in pluribus ſpeciebus reperiatur: ceterum etiam hic aliarum vel varietatum, vel ſpecierum; non certe tamen ſatis definitarum facit mentionem.

p. 424. Praeter Linnaeanas varietates de *Oue Ariete*, affert alias variarum regionum et *Ouem ſylueſtrem*, a KANTEMIRO dictam, et in Moldauia reperiundam, quae tamen, cum non ſatis ſit deſcripta, etiam ad *Ceruum* vel *Camelum* pertinere poſſit. Monſtrorum morborumque ouium additur deſcriptio, atque hiſtoria anatomica ouis hermaphroditi. HOVTTVYNVS affirmat ex boue et
p. 455. aſino vel equo etiam generari animal hybridum quod vocetur *Iumarra Bif* et *Baf*. *Sus Porcus* vmbilico

vmbilico praeditum eſt veſiculari, in quo ſuc- p. 465.
cus coit. Coniicit Cl. MÜLLER *Suem Barbyruſ-* p. 472.
ſam eſſe ſuem cornutam Romanorum. *Rhinocerotem unicornem* et *bicornem* ſexu tantum differre affirmat; ſimulque ſententiam ſuam, alibi iam declaratam, defendit, eſſe nempe cornua apophyſes oſſis naſalis.

Monodonis monocerotis dentes vel ſunt contorti, p. 479
vel laeues, vel alio modo diuerſi; nondum tamen conſtat, ſintne exinde variae conſtituendae ſpecies.
Praeter *Balaenas* Linnaeanas affert tres alias, qua- p. 493.
rum duae priores varietates *Balaenae Boopis* videntur, tertia eſt KLEINII *Balaena glacialis.* Ex p. 500.
Phyſetere macrocephalo, praeter ſperma ceti, etiam ambram gryſeam ortum trahere refert; in quo corpora rotunda, libera, ſacco, cum vrethra communicante, incluſa, quae ambram offerant, reperiantur; quid vero in *Phyſetere* praeſtet, ignoratur.
In *Delphino Delphi* mammae, mammalium tere- p. 506.
ſtrium mammis ſimiles ſunt, reſpirationisque idem modus obſeruatus eſt. Addit huic ordini *Delphinum enſiferum* (*Säbelfiſch*), *percuſſorem* (*Mörder*), qui Balaenas interimat; *flatorem* (*Blaſer*); ipſe tamen dubitat, an ad hanc claſſem, vel ad piſces ſint referendi.

In ſecundae partis introductione itidem gene- Pars II.
ralis hiſtoria auium, atque aliae methodi, praeſertim BRISSONII leguntur, vti quoque frequenter Linnaeanis deſcriptionibus Briſſonianae aliorumque ſubnectuntur. Sic de *Vulture Grypho* amplam curatamque FEVILLEI deſcriptionem invenimus; ab HOVTTVYNIO ad *Falconem ruſticolum* refertur alius, ab Eo *ferox* (*hald*) dictus, et depingitur: quem BRISSONIVS etiam deſcri-

 bit

bit *); vti quoque *Falconis Gentilis* plures varietates, vel potius ſpecies, a LINNAEO omiſſas, addit. Ad *Striges* quoque nouas refert *Canadenſem*, atque *picoideam* (*Sperbereule*). *Pici varii* Americanas deſcribit varietates, easque depictas ſiſtit. — *Alcedo Dea* diuerſa eſt vel Ternatenſis, vel Surinamenſis: hanc LINNAEVS deſcribit, illam Noſter definit colore diuerſam, *dorſo fuſco, abdomine roſeo albo, capite, collo, alis coeruleis, rectricibus elongatis albis, pedibus vnguibusque rubeſcentibus.* *Pelecanum Americanum* et *Indicum* non cum LINNAEO ex pedibus et roſtro diſtinguit, ſed maxime differre ait magnitudine ac colore. *Struthio Camelus* bene depingitur ex Reaumuriano muſeo. Ex *Columba tabellaria* et *gutturoſa* enata eſt hybrida, quam Angli leuem equitem (*light Horſeman*) nominent.

Vol.III. Ad tertiam tranſimus partem, in qua Cl. MÜLLER praemittit generalem introductionem *de multiplici rerum creatarum vita.* Vita igitur, ex ſententia Cl. Auctoris nihil eſt generatim, niſi motus: quo ſenſu, omne, quidquid ſit, viuit. Motus vero hic, cum ex differentibus cauſſis mouentibus proueniat, triplex deprehenditur: vel enim cauſſa motus in alio praecedente corporeo motu ponenda eſt; vel in ipſo, quod mouetur, corpore quaerenda; vel denique ab alia diuerſiſſimaque cauſſa proficiſcitur. Prior eſt vita *mechanica*, cuius cauſſa eſt *pondus*; alter *organicam*, ab organo irritabili pendentem, atque tertius *animatam* a ſpiritu dirigendam conſtituit. Intelligit vero per pondus corpoream vim, quae in alia corpora agat, eorumque quietem turbet: quae ſemper grauitatem corporum ſuperet oportet, et in aere reſideat, qui igni et aquae nectatur et ab iis impellatur. *Organum*

(Margin notes: p. 17. — p. 22. — p. 23. — p. 25. — p. 29. — p. 34.)

*) vid. comm. noſtr. Vol. XI. p. 595.

ganum dicit primas et ſolas elementarias moleculas, quae omnium formatorum formandorumque corporum ſint rudimenta. Eſſe igitur cum in ouo muliebri, tum in ſemine maſculo et vegetabilium et animalium haec puncta organica, quae mechanicis legibus connexa, organica vi creſcant et augeantur, hinc *organice viuant.* Ad animatam vitam accedens, de ſpiritibus agit: ad quae legenda ipſos Lectores relegamus. p. 41.

Iam ad ipſam amphibiorum hiſtoriam accedimus. *Teſtudinis Mydae* hiſtoria a Cl. MÜLLERO p. 19. plenius narratur, interque alia ex FEVILLEO, p. 26. eſſe ei *cor triloculare*, *biauritum*, nullum omentum, neque coecum inteſtinum; collum veſicae vrinariae cum orificio inteſtini recti vnum eſſe; lienem ouatum ac renes planos, compoſitos deprehendi. *Teſtudinem Carettam* eandem forte cum *imbricata* p. 30. eſſe coniicit; carne praeditam dici purgante, vrinam ſudoremque inde tingi. Anatomiam *Teſtudinis ſcabrae* ex Cl. DU VERNEY obſeruatis refert. *Draconis volantis* duae depictae dantur varietates, p. 75. altera *Indica*, altera *Americana*, quae alis praedita eſt ambitu rectioribus, fimbriatis. *Lacertam Gecko*, quam LINNAEVS muticis dicit digitis, Cl. p. 99. MÜLLER vnguibus praeditam breuibus vidit, (quod noſtra etiam confirmant exempla). *Lacertae* p. 112. *chalcidis* pullos iam intra matris corpus oua relinquere, eſſeque ideo quaſi viuiparam dicendam refert. Egregia de hiſtoria *Serpentum* ſunt, quae p. 122. praemittuntur; non quidem noua. *Colubrum Viperam* ſquamis 22 praeditam, etſi alii quadraginta indicent: LINNAEVM enim ſeries tantum numerare, quarum eae, quae ad baſin caudae deprehenduntur, duas ſquamas habent. Et *Berum* et *Viperam* eſſe officinales; ex hac tamen *Sal vipera-*

rum eſſe parandum; illius iuſculo aegros ſanari, atque aethiopes vino vel ſpiritu oryzae (*arac*) eam
p. 165. infundere, ſicque ea veſci. Cor *C. Bero* eſt trilo-
p. 172. culare. Dubitat etiam Noſter cum HOVTTVYNO, quod omnibus vnius ſpeciei indiuiduis ex ſerpentum ordine idem ſit ſcutarum ſquamarumque numerus.

p. 242. *Raiae Batis* nonnullae deprehenduntur varietates: quidam enim mares in margine aduncis acu-
p. 254. leis armati ſunt; quibus alii carent. *Squali Acanthiae* cor formam burſae paſtorum referre dicitur.
p. 263. In *Squalo Canicula* arteria aorta aſcendit, in quatuor ramos, ſuperiore iterum duplici, diuiditur, qui in propria organa aerea decedant; ſicque quodli-
p. 270. bet ſpiraculum ramum aortae accipiat. *Squalum Muſtelum* feminam vtero duplici praeditum eſſe, atque vel ſimul oua, fetusque parere viuos, vel, quod alii ſe vidiſſe aiunt, iuniores fetus vtero ite-
p. 281. rum ſuſcipere. *Lophium Piſcatorium* capeſſendi ratio, et de anatomia quaedam: corde eſt cylindrico, inferius latiore, auricula triplo maiore, quam
p. 288. ipſum cor. De *Acipenſeris Sturionis* robore inſigni, quo piſcatores peſſumdantur, narratur, atque, quod gregatim natent, ita, vt ſequens antenantis cau-
p. 291. dam ore prehendat. In Italiae fluuio Pado (*Poſluſs*) deprehendi ſpeciem *A. Rutheno* ſimilem, quam *Attilum* vel *Adellam* nominent, cuius ſpina dorſi ſale condita, nomine *Moronuae*, ad exteros mittatur.
p. 319. *Tetrodonis Molae* multae ſunt varietates, quarum Noſter ex BVRMANNO duas depictas deſcriptasque tradit; atque putat eam proprium genus con-
p. 325. ſtituere. *Diodonis Atringae* var. ad *Hyſtricem* re-
p 344. ferendam exiſtimat. In *Syngnatho Hippocampo* laminae trunci numero Noſtro ſemper ſunt viſae variantes; accepitque feminam, quae, ſacco amplo iuxta caudam praedita, coniecturae locum dedit,

eſſe

eſſe et hanc ſpeciem viuiparam. Vbique vtiles interſpergit Cl. MÜLLER obſeruationes, et icones dat characteriſticas.

V.

Deſcriptio anatomica neruorum cardiacorum. Sectio prima, de neruo intercoſtali ceruicali dextri inprimis lateris. Auctore IOANNE ERNESTO NEVBAVER, M. D. anat. et chir. in acad. Ien. P. P. O. acad. caeſ. nat. cur. vt et ſociet. princ. Haſſ. ſodali. Adiectae ſunt icones neruorum a dextro corporis latere ad cor tendentium. cIↄ Iↄ CCLXXII. proſtat Francof. et Lipſ. in off. Fleiſcheriana, Lipſ. et Ien. apud Io. Guil. Hartung; quart. mai. pag. 230. tab. aen. III.

Rerum genera, quae Lectorem iuuabunt, et in nerui intercoſtalis radicibus ex ſexto pare neruorum cerebralium perueſtigandis; et in ortu, decurſu, nec non diuiſione *quinti*, eiusdemque *rami ſecundi*, qui ſolus *radiculas*, per MECKELIVM inuentorem demonſtratas, praebet *alteras*; et in aliorum de ſcaturigine nerui ſui opinionibus verſantur. His adiungitur quaeſtio, vtrum ipſius radices in ſinu carotico obueniant, nec ne? Proponitur dein de eiusdem trunculo ex foramine carotico progrediente, et in ganglion ceruicale ſuperius mutato, et huius figura ramuliſque confluentibus; de *genere neruorum mollium*, ad ſex deinde cadauera deſcripto, et quae inde colligenda putentur; de neruo intercoſtali inter ganglion ceruicale ſuperius et inferius ſito; de ramulis ipſius gangliis ambobus inſertis, et ipſa transeuntibus; de ganglio ceruicali medio; de gangliorum ceruicalis inferioris, lateralis, et thoracici

 figura,

ſigura, magnitudine et ſitu, ramuliſue, quibus augeantur, vel quos emittant.

Variis vero ex cadaueribus, de quibus ſubinde ratio redditur, depicti explicantur, *Tab. I.* nerui, in dextro corporis humani latere, ad cor tendentes, eorumque plexus, inter arteriam pulmonalem et aſperam, a dextris praecipue neruis contortus. Quae res vt melius conſpiciantur, diſciſſa eſt *arteria ſubclauia;* ablatae ſunt *carotis communis*, *externa et interna*, aliaque vaſa ſanguifera; ſiniſtrorſum quoque diductam videmus *aortam*, capitis faciem cum *larynge*, *pharynge*, *aſpera arteria* et *oeſophago;* quae poſteriora, celluloſitate nectente orbata, hoc magis a corporibus vertebrarum ſeceſſerunt. *Par* vero *vagum*, cum neruo recurrente, aliisque ipſius ramulis, vt et vena caua ſuperior, dextrorſum remota ſunt. Collum totum, ligneo cylindro ſuppoſito extenditur. *Tab. II. fig.* 1. accedunt ſupertexti rami *arteriae aortae;* ipſaque cum *ſubclauia*, *carotide communi*, quantum fieri poterat in ſitu; notabiliorumque neruorum, pone haec vaſa, viam ductis punctis notatam cernis. Impedimenta tanquam deſunt abſciſſa, *auris externa*, *muſculi, ſterno et cleido maſtoidei*, *biuenter maxillae inferioris*, *ſtylohyoideus* cum *mylohyoideo*, *glandula maxillaris* et *proceſſus ſtyloideus; fig.* 2. ganglii ceruicalis magni ſuperior pars, neruique prouenientes anterius, remotis arteriis, quibus tecti *fig.* 1. latebant; *fig.* 3. reclinatis, cum muſculis, arteriisque, adſpectus impedimentis, connectiones parium neruorum, gangliaque ceruicalia, inferius et ſuperius, et thoracicum primum, quinque nerui molles, ex ganglii appendice prorepentes eorumque copulae depicta viuunt.

Tab. III. *fig.* 1. Formatio neruorum ſuperiorum ex omni partium adiacentium latebris enucleata;

ta; *fig.* 2. nerui inprimis molles ex alio quodam cadauere; *fig.* 3. ex infante octo dies nato, praeter muſculos arterias etc. plurimosque neruos, ganglion etiam thoracicum cum ſocio, e corpore hominis adulti, in ſitu eodem, vt *fig.* 1. *h. t.*

Quum autem Lectores, in diligentiſſimas rerum deſcriptiones, quas vel iniuſtiſſimus quisque non poſſit quin laudet, perlegendas epitome noſtra introducere conamur; non omnibus obſeruationibus aliorum, quas ſuis confirmauerit, plagulas complere; phaenomenis vero, quae viderit noua, condire noſtrum putamus.

Vidit igitur quoque ſexti paris intercoſtali datam vnam radiculam, duarum ab origine ſua linearum interuallo, in duas partes diuiſam, quae in exteriore carotidis ſuperficie, inter primam ſecundamque eius flexuram, plane cylindraceae, nulliſque ſulcis per longitudinem diſtinctae erant; fiſſaque easdem obducente pia meninge, ipſa in plura ſecedebant fila; quae computata ſexaginta octo, vsque ad nonaginta aequabant. p. 14.

Inter exitum rami ſecundi quinti paris ex canali foraminis rotundi, atque introitum eius in fiſſuram ſphenomaxillarem, plerumque duo; rarius tamen vnus, isque inſignior ramus ex ipſo producitur. p. 24.

Vidiani autem nerui confluxum, cum ſexti paris ramulo, per poſteriorem carotidis ſuperficiem deorſum lato, in ganglion ceruicale ſuperius, vt etiam illum rami profundi in externa facie cum eodem ganglio, rariſſimos; rariorem vero Auctor Cl. indicat, illum cum anteriore profundo ramo, in duos ſubdiuiſo, et ſexti paris ramulo ſuper anteriorem carotidis ſuperficiem decurrente, per breviorem ſurculum, per longiorem vero, circulari fere p. 30.

 ductu

duƈtu carotidis horizontalis anteriora, ſuperioraque ambientem, et poſteriora verſus circumflexum, cum ramo profundo, ſub interiori carotidis ſuperficie progrediente. Vidianum vero neruum, in hoc ramo, vt omnes neruos canali oſſeo incluſos, rubicundior variat color, ſumma iunƈtus mollitie. Aſt quamuis multae huius paris effigies aeneae, naturae non ſatis reſpondeant, id tamen in ipſa hic nimis luxuriante cum MECKELIO reprehendere non audet. Ex ophthalmico WILLISII ad ſextum par, ramum quod detexerit, tam felici haƈtenus eſſe non contigit; nec ab huius ſocio *tertio*, nec a pari ſeptimo, nec etiam ex protuberantiis cerebri, vbi pedunculis glandulae pinealis neƈtuntur; nec quod ramos ab oculorum motorio, guſtatorio, auditorio, vel a pari vago et nono inuenerit.

p. 51. In ſinu cauernoſo, et canali carotico, non nerui intercoſtalis, ſed arteriolarum tantum quasdam detegere potuit ramificationes; nec quod ganglion in ipſo formetur. Porro, huius nerui abhinc decurſus deſcribitur.

p. 51. In quodam cadauere, nexus triplex inter par nonum, vagum, et truncum nerui intercoſtalis aderat. In ambobus colli lateribus, ganglion vidit cylindraceum fere. Ganglion ſuperius, eiusque ſitus calculo dimetitur accuratiſſimo.

p. 64. Sequuntur quos ad ſingularia cadauera neruos obſeruauerit molles. Ex quarto ganglii ceruicalis ſuperioris ramo molli, ramuli circa carotidem externam reptant rubentes et maximam partem glanduliformes, tortuoſi, et quaſi articulati: quorum alius ſecundo huius ganglii ramo recepto, in ganglion exiguum, nexu eodem, vt ille, incidit; alius anterior dicendus, ramum laryngei oƈtaui paris, tertii rami mollis, et quem primus neruus mollis

fecit,

fecit, cum ſurculo gloſſopharyngei recipit; et ex hoc igitur rurſus non pauci rami, coniunctiones, plexusque contorquentur. Quae, quum ad figuras lectores remittant, vel breuiter pertractare, perſpicuitatis ſtudium reformidat.

E nerui cardiaci ſuperiori trunculo, muſculum hyothyroideum, vel conſtrictorem pharyngis inferiorem, vel vtrumque, ſurculi, et interdum quoque glandulam thyroideam, permearunt. Longiſſimum quoddam, modo cylindraceum, modo complanatum ganglion rariſſime, idque vsque ad ſextam colli vertebram extenſum deprehendit. Ramuli ad thyroideam glandulam et principem plexum cardiacum dimanabant; quod tamen in diuerſis cadaueribus variabat. Reliqua vero pars omnis gangliorum disquiſitionibus atque deſcriptioni ſacrata, ſummae diligentiae ſpecimina mirari nos incitat largiſſima. p. 94. p. 97. p. 122.

Ganglia ceruicalia ima, ob aliud, quamuis non quotidianum, hoc nomine vero magis dignum, *lateralia* ſeu poſteriora denominari mauult. p. 144.

Ex neruo ſympathetico magno, et vtrisque, quibus diſpeſcitur ramulis, deinceps ganglion vnum ceruicale inferius formabatur. Quorum amborum ramuli plexusque deſcribuntur. Interdum, vtut rariſſime, infra ganglion ceruicale ſuperius, paruum, quod ab Auctore Cl. infimum, ſeu cardiacum, in ſolum plexum cardiacum ramis ſuis abſumebatur. p. 149. p. 154.

Figuram, ſitum, magnitudinem, craſſitiemque ganglii thoracici primi et ſecundi, in cadaueribus quoties perquiſiuerit, toties etiam variantes Auctor Cl. notauit. Ramus ſexti ceruicalium paris, qui ſub ſcaleno priore decurrit, rariori exemplo, cum paris quinti aut ſeptimi ramo eidem ganglio dicato complicabatur. p. 160. p. 163.

p. 176. Bis tandem ganglii thoracici primi ramum, ſcaleno muſculo minimo oboriri vidit Auctor Cl.: cuius vel absque noſtris verbis, innumera de anatome merita, nomen libellumque ornant, commendant, coronant.

VI.

Deſcriptio anatomica arteriae innominatae et thyroideae imae, praeſide IO. ERN. NEVBAVER, M. D. anatom. chirurg. atque art. obſtetr. prof. publ. ord. cet. defenſa ab Auctore *Aug. Chriſt. Erdmann*, Gothano. d. XII. octbr. cIↃIↃCCLXXII. Ienae, litteris Strauſſianis, praeter prooemium, cum litteris praeſidis, pl. 54. tab. aen. II.

Vtilitate disquiſitionis anatomicae, et viciſſitudinibus partium innumeris, vel ex vitae genere, vel ex laeſionibus illatis, vel ab ipſis fetus diſcriminibus, ipſoque illius rudimento repetendis, atque inconſtantia muſculorum, neruorum, et arteriarum, quam praeſidis ope ductuque per duas hyemes disquiſiuerit, commotus Noſter conſilium ſcribendae huius diſſertationis cepit: quam per ipſius praeſidis ſecum communicatas obſeruationes commendatam cupit.

p. 1. *Ortum arteriae magnae* ſat ſcite prolixiusque depingit. *Albidiorem marginem valuularum ſemilunarium* eam tunicae in corde laeuigatae partem nominat, quae oſtium ventriculi poſterioris arterio-
p. 3. ſum cingit, et ab Ill. HALLERO *alba vndulata linea valuularum origini ſubiecta* dicitur. Eundem vero Cl. SENAC nimis a valuulis ſemilunaribus remotum delineaſſe reprehenditur. *Anteriorem* illius

lius partem a *tendine*, quem dicunt, *cordis* arterioſo, qui cum aortae principio coaluerat, conſtitui; *poſteriorem* vero a *valuula* oſtii venoſi *mitrali ſuperiore*, ſeu *anteriore* per tunicam internam aortae etiam arctius nexam formari aſſerit. Nomina Ill. HALLERI vbique fere recenſet, partim nouis mutat.

Aortae arcus, et vſus, quo ſanguinis impetus a capite ad ramos inferiores abducatur. *De diuerſarum arcus aortae ſectionum ambitu atque diametro* rationes, quas, praeter illam ſuam, aortae ſub origine ad ſinum maximum, vt 12 : 15 linearum, ex variis repetiit auctoribus, et quarum emolumentum idem fere cum illo arcus cenſet, accuratiſſime deſcribit. p. 5.

Arteriam vero, quam dicit *thyroideam imam*, rariorem quendam arteriae aortae ramum, id quod ſe primum facere cenſet, depingit: Ab interno ſeu ſiniſtro anonymae arteriae latere eiusque parte media, vel paullulum ſuperiore, ramus interdum prouenit, qui ſuper arteriam aſperam ſurſum proſerpens, pluribus ramulis inferiori glandulae thyroideae parti proſpicit; ſemel a media, bis vero a ſuperiore parte, hanc arteriam progreſſam vidit. p. 25.

In ſedecim cadaueribus ter adfuit. Primo leniter dextrorſum, dein iterum ſiniſtrorſum inflectebatur, et mediae aſperae arteriae inſidens, in duos fere aequales diuidebatur ramos, quos alterum dextrum, alterum ſiniſtrum appellat. p. 26.

Hic ſtatim trachealem emittit, qui vltimis ſuis ramulis tracheae bifurcationi propinquis, anaſtomoſin cum intercoſtalium inferiorum prima, atque cum brachiali dextra arteria init. Quo enato, in tres, internum, medium, externumque ramos diffunditur. At dexter in ſuperiori parte aſperae arteriae, tortuoſa via, trachealem prodebat ramulum, ſurculosque multos ipſi, oeſophago vero vnum p. 27.

porrigit.

p. 29. porrigit. In vicinia glandulae thyroideae dextrae bipartitus, hanc ipſam, cui deſtinatus erat, glandulam ingreditur. Internus, ſub glandulae tunica, ſurculum, duosque, acinorum interſtitia perreptantes, edidit; externus, vnum ipſi glandulae immerſit, alterum in laterali exteriore facie diſperſit.

p. 30. In ſecundo cadauere plures eadem arteria ad tracheam dedit ramulos, quorum primus cum arteriae thyroideae dextrae inferioris ramulo decuſſabat. Duo lobo ſiniſtro, totidemque medio iſthmo, vnus denique dextro lobo, exterius potiſſimum, glandulae proſpiciebant. Poſteriores duo dexter emittebat.

p. 31. Eadem arteria, in tertio cadauere, thymicam prope ab origine dedit; ad glandulam inferius in quatuor diſcedebat ramulos, vt anaſtomoſi cum arteriae thyroideae inferioris ſiniſtrae ramo thyroideo, glandulaeque thyroideae proſpiceretur. In alio, inferioris thyroideae ramus thoracicus plane defuit; thyroideus vero, longe tenuior apparebat.

p. 32. Semel tam in adulto, quam recens nato, ipſam ſuam arteriam ex carotidum trunco dextro natam obſeruauit. Illiusque ortum, ſitum, et ramifica-
p. 35. tionem, omnino depingit. Ex arcu aortae productam non plus vno vidit; hic quartus reliquis multo tenuior ramus erat. Ibi vero arteria thyroidea inferior dextra nullos glandulae acinos thyroideae dedit, ſed ſcapularem, ceruicalem, transuerſam, atque ceruicalem aſcendentem porrexit.

p. 36. Cum Ill. HALLERO (*Elem. phyſiol.* T. III. p. 117. et *icon. anat. faſc.* VI. p. 3) ex arteria innominata etiam interdum arteriam thyroideam ortam reperit. Vnus ex illius ramulis, alii thymicae arteriae, a mammaria interna dextra ipſi thymo traditae coniungebatur.

Rariſſi-

Rariſſimam trunci innominati ſobolem, quam Cl. NEVBAVER, cum Noſtro communicauerit, arteriam mammariam internam dextram aeſtimat; ſub vena ſubclauia ſiniſtra eadem antrorſum dextrorſumque, verſus muſculos intercoſtales internos prorepſit. p. 37.

Ex eadem vero innominata arteria, rariori exemplo, carotidum ſiniſtrum truncum prodiiſſe, nec non primum arcus aortae ramum, ambos carotidum truncos emiſiſſe; ſecundo loco ſubclauiam ſiniſtram, et tertio dextram profluxiſſe, obſeruavit; aut vbi plane nulla aderat arteria innominata, inter quatuor arcus aortae ramos, primum locum arteriarum carotidum truncum, vltimum ſubclauiam dextram obtinuiſſe; et ex quatuor et quinque aortae ramis, ſubclauiam dextram, primum, ac carotidum truncum dextrum, ſecundum interdum efformaſſe, ſua experientia et aliorum auctoritate probat. p. 41.

Explicationem tabularum, notis auxit, quae id continent, quod in praeparando forſan acceſſerit, vel alii de hac re ſcripſerint. p. 47.

VII.

Manuel de jeune Chirurgien, contenant toutes les vérités Anatomiques, Phyſiologiques & Pratiques dont la connoiſſance conſtitue le véritable Chirurgien, & un Précis de Pharmacie Chirurgicale, avec quelques formules des plus communes de remédes internes, & les doſes des Médicamens ſimples & composés. Nouvelle édition. Augmentée d'une Pharmacopée Chirurgicale théorique & pratique, avec des notes & des éclairciſſemens ſur chaque compoſition; une introduction dans laquelle on examine les indications curatives

ratives particuliers, qui demandent l'uſage des médicamens, & où l'on fait connoitre la Nature & l'efficacité des différens ſimples dont on ſe ſert. Tome premier. Manuel du jeune Chirurgien. A Paris, chez I. P. Coſtard, MDCCLXXI. 8. pagg. 634. ſine dedicatione; praefatione et indice. Tome ſecond. Pharmacopée Chirurgicale. ib. eod. pagg. 470.

i. e.

Enchiridion iuniorum chirurgorum, continens omnes veritates anatomicas, phyſiologicas et practicas, quarum cognitio verum chirurgum conſtituit, et breuem conſpectum pharmaciae chirurgicae, additis formulis quibusdam vſitatiſſimis remediorum internorum, et doſi medicamentorum ſimplicium et compoſitorum. Editio noua; cui acceſſit pharmacopoea chirurgica theoretica et practica, ſubiunctis annotationibus et illuſtrationibus cuiusuis compoſitionis; introductio, in qua indicationes curatoriae ſpeciales examinantur, quae vſum medicamentorum poſtulant, et natura et virtus variorum ſimplicium, quibus vtimur, exponuntur. Tomus primus, qui enchiridion ipſum, ſecundus, qui pharmacopoeam chirurgicam complectitur.

Quum in Gallia hucusque compendium deſideraretur, quod tironibus artis chirurgiae traderet ea, quibus carere nequeunt, principia anatomica, phyſiologica, pathologica atque therapeutica, omiſſis tamen iis, quae tantum ad ſcholas pertinere videntur, neque ſtrictius ad ipſum artis exercitium

exercitium concurrunt: hunc defectum ſupplere cupiens Cl. NICOLAS, chirurgus, primum praeſentis libri tomum ante aliquot iam annos publici iuris fecit *), qui quum adeo bene exceptus eſſet, vt non tantum in ſermonem Belgicum verteretur, ſed etiam omnia eius exemplaria diſtribuerentur, de noua eiusdem editione cogitauit Cl. Auctor, eamque non auxit tantum, ſeruato tamen ordine priori; ſed etiam in ſecundo tomo pharmacopoeam chirurgicam, ex Anglico ſermone translatam, quae eſſet inſtar dispenſatorii portatilis; porro Cl. LE ROI diſſertationem de aquis mineralibus, quam olim indicauimus **), Gallicam redditam; enumerationem aquarum mineralium Galliae et nonnullarum in vicinis regionibus; ac denique commentarios duos, alterum de balneis ſimilibusque remediis, alterum de cauteriis, fonticulis et cucurbitulis adiunxit.

In praefatione tomi prioris inſtituti ratio paucis exponitur, et fontes indicantur, ex quibus compendium iſtud hauſtum ſit: in anatomia Cll. WINSLOW et LIEVTAVD potiſſimum; in phyſiologia de SENAC et HALLERVS; in chirurgia ipſa praeſertim commentarii academiae chirurgicae. Vltimo loco recenſentur auctores chirurgici, quorum lectio tironibus maxime commendanda eſt, tam Gallici, quam exteri, quorum ſcripta in idioma gallicum verſa ſunt: Iam noſtrum eſt, quaedam, quae prae reliquis attentione digna nobis viſa fuerunt, paucis tradere. Dolemus autem, nimiam breuitatem, cui ſtuduit Noſter, ſaepe, praeſertim in T. I.

*) Manuel du jeune chirurgien, dans le quel on trouve an abregé de toutes les vérités anatomiques cet. à Paris, chez Heriſſant le jeune, 1770. 8.

**) vid. comm. noſtr. Decad. I. ſuppl. III. p. 389. conf. ib. Vol. XIX. p. 664.

in deſcriptione anatomica partium, notionibus mi-
nus exactis ortum dediſſe.
p. 104. Colon non niſi ſeptem pollicum longitudinem
habere dicitur, quod tamen vel ipſi deſcriptioni ſi-
tus eius, quae immediate antecedit, non poteſt
non repugnare. Foramen ouale in adultis con-
p. 122. ſtanter apertum inueniri, modo tamen plus vel mi-
p. 215. nus ſenſibili, traditur, ſique illud clauſum fuerit,
id potius exceptionem a ſtatu naturali dici opor-
tere. De origine nerui intercoſtalis ſententiam Cl.
p. 155. PETIT veritati quam maxime reſpondere, ac tan-
dem in vniuerſum adoptatum iri, putat
p. 188. In phyſiologia Ill HALLERI doctrinam de ſen-
ſilitate atque irritabilitate preſſo pede ſequitur
p. 219. Noſter. Cl. FERREIN inuentionem arteriarum
lymphaticarum tribuit. Ad ſecretionum explica-
p. 260. tionem theoria Cl. HAMBERGERI vtitur, quam
Cl. DE SAUVAGES vlterius extendit. In decla-
rando perſpirationis negotio Cl. LE ROI adſtipula-
p. 262. tur, qui aerem materiae perſpirabilis menſtruum
arbitratur, in quo huius tantum, quantum ſolui
poſſit, haereat; ſin autem aqueis particulis iam
ſcateat, ſub leuiſſimo motu ſudor prodit. Ligatu-
p. 267. ram arteriae non ſemper motum muſcularem tol-
lere, experimentis Cl. DE LAMVRE conſtitit. Ge-
nerationis theoriae quidem omnes difficultate qua-
p. 272. dam laborant, Noſtro tamen id ſyſtema, quo fe-
tus ex vnione duplicis ſeminis vtriusque ſexus oriri
putatur, non omni fundamento carere videtur.
p. 278. Sic etiam litem de immediato organo viſus et de
p. 280. neceſſitate membranae tympani ad auditum diri-
mere non audet, et hac occaſione concludit, natu-
ram nos docere voluiſſe, nos fruſtra per vnicum,
quod nobis ſuperſit, experimentorum auxilium, ve-
lum rumpere conari, quo operationes ſuas in-
voluat.

In

In chirurgia noſocomium magnum, quod Lutetiae eſt, capite vulneratis vix non omnibus exitioſum pronunciat, optans, vt illud extra pomoeria tam populoſae vrbis, in qua aer multum infectus ſit, collocetur. Clima etiam, quo calidius fuerit, eo melius curationem eiusmodi laeſionum ſuccedere ſtatuit. Ad labium leporinum ex mente Cl. LOVIS faſciam vnientem conuenientiſſimum remedium iudicat: ſed contra eundem ad reſcindendum labium non ſcalpello, ſed forfice vtitur, cuius quippe ope vna vice effici queat, quod ſcalpello duabus demum vel tribus praeſtari poſſit. Cl. RAYMOND in infante trienni, frigore fere enecto, vtrumque pedem ſphacelo tactum ſponte ſecedere, infantemque feliciſſime reſtitui vidit. In deſcriptione cancri poſt ea, quae alii auctores de eiusdem natura prodiderunt, addit Noſter, tumores cancroſos diſſectos duplicem offerre ſubſtantiam, aliam rubram, fibroſam, aliam non organicam, prioris interſtitia occupantem, quae humorem cancroſum, incognitae adhuc indolis, ſiſtat. De herniarum cerebri variis ſpeciebus copioſe exponit, et quum tumor magnam quantitatem lymphae continet, neque topicis exſiccantibus et roborantibus cedit, eum in parte inferiori aperiendum iubet, anceps auxilium certo aegroti exitio praeferens. In femoris fractura methodum medendi Cl. FABRE et DUPOUY reliquis praefert. Varia poſtmodum exempla fracturarum, in quibus oſſis plura fragmenta aderant, recenſet, a Cl. COUTAVOZ, chirurgo Pariſienſi, et a ſuo ipſius patre, chirurgo in Delphinatu, ſanatarum. Luxationum repoſitio, qualem Cl. FABRE et DUPOUY iam nominati praecipiunt, item Noſtro quam maxime placet. A gravioribus operationibus chirurgicis cacochymia quidem venerea et ſcorbutica nos retinere debet, non

p. 299.
p. 303.
p. 333.
p. 353.
p. 369.
p. 413.
p. 424.
p. 430.
p. 435.

autem ſcrophuloſa et arthritica, quod exemplis
aliquot probatur. De his tamen operationibus
nonniſi regulae quaedam generales exhibentur, et
duobus vltimis capitibus de ſanguinis emiſſione, de
faſciarum applicandarum ratione chirurgia finitur.

p. 471. Satis autem ampla eſt pars vltima huius tomi,
quae pharmaciam chirurgicam ſiſtit. Primo ge-
neralia praecepta de praeparatione emplaſtrorum,
ac poſtea ipſae horum formulae exhibentur: ſi-
mili poſtea modo vnguenta et balſama traduntur.
Iam, praemiſſa enarratione ſignorum et ponderum
in formulis ſcribendis vſitatorum, ſequuntur for-
mulae remediorum internorum, quibus in mor-
bis chirurgicis opus eſt, ſubiunctis collyriis, gar-
gariſmatibus, fomentationibus, linimentis et cly-
p. 509. ſteribus. Haec demum excipit index medicamen-
torum alphabeticus, cum triplici doſi pro infanti-
bus a ſex vel ſeptem vsque ad octodecim annos;
pro iuuenibus ab octodecim ad viginti annos; et
pro adultis. In his autem nihil vbique conſtantis
determinari poſſe, facile quilibet perſpicit. Neque
remedia aut minus tuta aut obſoleta plane hic
exulare videmus. Interdum etiam formulae inte-
p. 559. grae remedii cuiusdam tranſcriptae ſunt. Gummi
guttam ne in ipſis quidem infantibus, lacte ma-
terno adhuc vtentibus, ad grani vnius doſin refor-
midat Auctor, et a duobus ad quatuor in aetate adul-
ta et virili praeſcribit; et quod multo magis mi-
reris, infantibus ad quatuor, adultis ab octo ad
decem grana tamquam leue purgans et vomito-
p. 582. rium commendat. A mercurii ſublimati vſu mul-
tos eosque egregios effectus in morbis venereis in-
veteratis, neque vllum inde incommodum exper-
tus eſt.

T. II. Progredimur ad tomum ſecundum, et quidem
primo loco de pharmacopoea chirurgica videamus,
quam

quam ex Anglico in Gallicum ſermonem verſam eſſe ſupra diximus: archetypum tamen eiusdem nobis non innotuiſſe libere fatemur. Duabus abſoluitur partibus, quarum prior theoretica eſt, altera practica. In priori capita octo continentur, quae definitionem et ſubiectum pharmaciae chirurgicae, conſiderationem corporis humani phyſiologicam, pathologicam et therapeuticam, disquiſitionem medicamentorum chirurgicorum ſecundum indicationes curatorias, materiam medico chirurgicam generalem et ſpecialiorem, tam quoad ſimplicia, quam praeparata, inſtrumenta et operationes in hac pharmacia neceſſaria declarant: ſecunda nil niſi formulas medicamentorum aeque externorum, ac internorum complectitur, cum quoad diuerſas eorum formas, tum diuerſas virtutes in diuerſa capita diſtributas.

Efficaciſſima ſudorifera exiſtunt ex coniun- p. 42.
ctione catharticorum aut emeticorum cum opiatis;
inter quae prae reliquis excellit puluis DOVERI, p. 248.
ſeu ipecacuanha cum opio mixta. Plumbum aceto
ſolutum ideo perperam interne datur, quia inter- p. 44.
dum mala irreparabilia in glandulis, praecipue in
renibus, producit. Virtus adſtringens agarici mul- p. 50.
tum in dubium vocatur, neque maior videtur ap-
plicatione ſimplicis faſciae. Occaſione althaeae
monet Noſter, valde dubium eſſe, num ſubſtantiae p. 51.
mucilaginoſae aut oleoſae, pro ſcopo emolliendi
et inflammationi reſiſtendi intus datae, effectum
quendam vlterius, quam in inteſtinis exſerant,
quum in iis nimium mutentur. Simili modo de p. 62.
virtute emolliente chamaemeli dubitat, idque po-
tius inflammationem augere, quam imminuere
putat, neque exterius locum habere, niſi vbi
ſymptomata mortificationis adſint: interne autem
licet vim emollientem et anodynam neget, tamen

vrinae ſecretionem inde promoueri poſſe concedit.
p. 63. Cicutam interius venenatos effectus exſerere ſcribit:
p. 257. inferius tamen, adducta Ill. STOERKII auctoritate,
eius vſum internum concedit, et hunc errorem
p. 78. ipſe in praefatione candide indicat. Meliloti vires emollientes et diſcutientes nullas eſſe monet, verique ſimile putat, fore vt aliquando planta haec penitus cum multis aliis ex officinis exulet.
p. 81. Millepedes iisdem, quibus cantharides, qualitatibus, ſed mitioribus inſtructi ſunt. Solani letalis
p. 98. folia cancrum ſanaſſe aliquando dicebantur: ſed effectus, longe triſtiores malo ipſo, vſum eorum
p. 99. ſuſpectiſſimum reddiderunt. Rurſus dubium de vi emolliente et antiphlogiſtica ſpermatis ceti, ex iisdem principiis, quae ſuperius de althaea retulimus.

Formulae, quae in ſecunda parte exhibentur, partim nouae ſunt, partim ex pharmaçopoea Londinenſi, partim ex Edimburgenſi partim ex pharmacopoeis noſocomiorum Londinenſium S. Thomae et S. Bartholomaei deſumtae, partim quoque ab ipſo Cl. NICOLAS additae, aut etiam ex tomo primo huius praeſentis operis citatae. Singulis annotationes ſuccinctae Auctoris, et nonnunquam etiam Cl. NICOLAS ſubiunguntur. Acrior cen-
p. 158. ſura cereorum reſoluentium Cl. DARAN, et facilior eosdem parandi methodus. Cataplaſma a Cl.
p. 197. NICOLAS praeſcriptum aduerſus vermes infantum, qui interna medicamenta reſpuunt, vmbilico applicandum, ex theriaca Veneta, farina lupini, ſemine ſantolinae, hiera picra, oleo abſinthii et ſucco tanaceti. Arcanum empirici cuiusdam in
p. 204. Hibernia, PLVMKET *) aduerſus cancrum, ipſius verbis hic deſcriptum, non tamen ſatis diſtincte: quantum autem colligere liçet, eſt epithema ex foliis

*) Rectius forte nomen eius PLVNKET ſcribendum arbitramur.

foliis ranunculi, foeniculo, ſulphure crudo et ar-
ſenico albo, addito vitello ouorum: hoc remedium
multos eosque mirandos effectus edidiſſe perhibe-
tur. Incerti effectus aethiopis mineralis; in aliis p. 245.
prorſus nulli, praeter eos in primis viis, in aliis
funeſti. Formula famoſi iſtius pulueris antiarthri- p. 246.
tici DVCIS PORTLANDIAE; conſtat ex aequa-
libus partibus radicis ariſtolochiae et gentianae, et
foliorum ac ſummitatum chamaedryos, chamaepi-
tyos et centaurii; monet tamen Auctor, licet con-
tinuato eius vſu paroxyſmos podagricos pacatos,
retardatos, imo prorſus declinatos fuiſſe conſtat,
aetate tamen prouectiores poſt aliquot annos apo-
plexia, paralyſi, aliisque morbis acutis affectos
fuiſſe. Doſin ſingulo mane vnius drachmae prae-
ſcribunt. Pilulae lithontripticae, Steuenianis ſi- p. 265.
miles, ſed ſimplicioris compoſitionis, ſiquidem non-
niſi ex ſapone alicantico, calce viua et ſale lixi-
vioſo vegetabili conſtant, ex praeſcriptione Cl.
HARTLEY; non quidem infallibile lithontripti-
cum dici poſſunt, ſed tamen ad minimum ſympto-
mata mitigant, et de reliquo ad ſabulum educen-
dum egregie conducunt. Inuenimus hic etiam p. 268.
drageas KEYSERI, quarum tamen effectum et
Galli et Angli nonniſi dubium perſpexerunt. So-
lutio mercurii ſublimati ad decem grana in libra
vna ſpiritus vini rectificati praeſcribitur, minus p. 319.
tamen laudatur, quum non niſi admodum incer-
tos et frictionibus mercurialibus longe inferiores
effectus edidiſſe viſa ſit.

Diſſertationem Cl. LE ROI, vt ſupra monui- p. 359.
mus, nunc tranſimus, et protinus ad expoſitionem
diuerſorum fontium aquarum mineralium pergi- p. 395.
mus, quae, vt diximus, alphabetico, adeoque minus
ſyſtematico ordine concinnata eſt, et ob breuita-
tis ſtudium potiora tantum momenta tradit, ne-

que adeo particularum conſtituentium, quam potius virium medicatarum rationem habet. Recenſentur itaque thermae aquarum ſextiarum, S. Amandi, Bigerrorum (*Bagneres*), Bagnoliae in Normannia inferiore, Balarucenſes, Burdonenſes, Buredginae; aquae bonae (*Bonnes*) in Bearnia; aquae minerales frigidae Bononienſes; thermae ad Burbonem Arcembaldi, ad Burbonem Ancelli, ad Burboniam (*Bourbonne*) in Campania, Cauterienſes, Carnutenſes (*de Chartres*); aquae frigidae Cranſacenſes in regione Rulenenſi (*Rouergue*); thermae ad aquas Tarbellicas (*Dax*); aquae frigidae ad villam *Dieulefit* in Delphinatu, parum adhuc cognitae *); thermae Dinienſes in Prouincia; aquae frigidae Forgenſes in Normannia, Lanionenſes in Britannia; thermae Luxouienſes (*de Luxeuil*) in comitatu Burgundiae; aquae frigidae ad pagum *Maine* haud procul a Nemauſo in Occitania; thermae montis aurei (*du Mont d'or*) in Aluernia; aquae frigidae ad pagos *Montfrin* in Occitania et *Miers* in regione Cadarcenſi (*Quercy*); thermae ad villam *la Motte* in Delphinatu; aquae frigidae Paſſienſes; thermae Plumbarienſes; aquae frigidae Pruuinenſes (*de Provins*), et ad pagos *Sainte Reine* prope Diuiodunum, *Saint Pierre* in Delphinatu et *Segray* in regione Vaſtinenſi (*Gatinois*), Selteranae, ad oppidum *Vals* in Delphinatu, et Veſulienſes in agro Veſontino; thermae Vichienſes in prouincia Burbonenſi; aquae frigidae ad Vitreum in Britannia et ad pagum *Youzet* in Occitania: et ex exteris thermae Aquiſgranenſes, aquae Spadanae, thermae Logarnienſes in Hibernia, aquae Sedlicenſes, et prope Vinadum caſtrum (*Vinai*) in Pedemontio. Tandem ſub finem quorundam adhuc fontium medicatorum

*) De quarum vſu Cl. POSSIAM, medicus huius loci, 1750. peculiarem diſſertationem ſcripſit.

dicatorum in Gallia ſit mentio, quorum plenior disquiſitio ſummopere commendatur.

Commentarius de balneis primo loco fumigationes ceu balnea ſicca conſiderat, et earum vſum, nunc fere obſoletum, commendat, adducto inprimis conſilio Cl. LOVIS, qui easdem in curandis morbis viarum lacrymalium praecipit *). Exponit poſtea varias earum pro diuerſis indicationibus ſpecies, formulasque et cautiones in iis adhibendas addit. Poſtmodum ad balnea ipſa diuerſasque eorum ſpecies vtendique modum tranſit, formulis ididem ſubiunctis; denique duas ſtillicidiorum modos (*l'embrocation & la douche*), quum vel guttatim ex expreſſo linteo vel ſpongia in partem affectam delabitur aqua, vel vno non interrupto radio, ex fonte naturali vel artificiali impellitur: cui poſtremo modo etiam adſperſio aquae frigidae in faciem in deliquio animi ſimilibusque caſibus adnumeratur. Stillicidium aquae Seguanae Lutetiae in noſocomio magno, *l'Hôtel Dieu*, maniacis, idque ſaepe cum fauſtiſſimo euentu, applicari ſolet. p. 423.

In vltimo commentario, primo loco hiſtoria cauteriorum ex antiquitate repetitur, et teſtimoniis ſcriptorum docetur, quantum inde vtilitatis exſpectari debeat. Amplior autem eſt tractatus de fonticulis, praemiſſa theoria ſyſtematis cellularis corporis noſtri, ſeu contextus mucoſi, vti Cl. BORDEU dixit, et inde ſtabilitis circumſtantiis, in quibus iſtius remedii applicatio requiritur, ſolliciteque, quae eius vſum vetent, indicantur, ipſeque adminiſtrandi modus fuſe docetur. Ad excitandum fonticulum ante aliquot annos corticem daphnes mezerei adhibere inceperunt, cuius tamen vſus, cum largiorem excoriationem efficeret nimiamque inflammationem produceret, iterum neglectus fuit. p. 440. p. 446. p. 457.

*) Mém. de l'Acad. Royale de Chirurgie T. II. p. 211.

Copioſus index auctorum, qui fonticulos commendant, hanc tractationem claudit. Tandem de cucurbitulis, ſiccis aeque ac cruentis, diſſeritur, quorum vſum prorſus fere exoleuiſſe in Gallia Noſter conqueritur, eumque itidem ex theoria contextus celluloſi declarat, et multis caſibus ab iisdem plus efficaciae exſpectandum eſſe, quam ab ipſis veſicatoriis, demonſtrat.

VIII.

I. B. MICHAELIS SAGAR circuli Iglauienſis in Morauia phyſici regii hiſtoria morbi epidemici circulo Iglauienſi et adiacentibus regni Bohemiae plagis obſeruati annis 1771 et 1772. Lipſ. 1773. 8. ex officina Krauſiana pagg. 46.

Noſter, morborum additamento ad b. SAUVAGES noſologiam methodicam inprimis notus *) in hoc libello nonnullos morbos epidemice ſimul graſſantes obſeruauit. Hi ſunt typhus famelicus, miliaris verminoſa, purpura benignae proxima et amphimerina Hungarica.

p. 5. Typhus famelicus oriebatur quidem ex alimentorum defectu, exhibuit tamen alia ſymptomata, quam reliquae typhi ſpecies et ea propter a Noſtro dicitur famelicus. Inter alia ſymptomata haec notamus: videbantur ob conniuentes oculos perpetuo dormire, licet vigiles plurimum; loquebantur tarde quaſi euigilantes, non diu poſt iterum dormiebant, vrina pallidior plerumque naturali, omni ſedimento et nebula carens, cutis ſqualida, ſitis ferme nulla; fames non tamen clamans atque inſtar cadauerum iacebant. His accedebat nono

*) v. comm. noſtr. Vol. XVIII. p. 448

nono vel decimo quarto die miliaria alba, quae tribus, quinque vel ſex diebus disparuere et aegri ſibi relicti vigeſimo, trigeſimo immo quadrageſimo die morbi moriebantur. Miliaris albiſſima haec etiam poſt morbos ſupra nominatos apparebat. Denati typho famelico vix aliquot cochlearia ſanguinis in toto corpore habebant, penitus emaciato. Pecus lanigerum a faſciolis hepaticis enectum quandoque penitus exſangue Noſter deprehendit.

Omnes hi morbi, non multum ante recen- p. 12.
ſiti *), atque hanc epidemiam ſiſtentes ad febres attinebant, omnes putridi erant, vt ſudores foetidi, faeces alui abominabiles et lotium prodebant. Omnes vermes in inteſtinis comites habebant et plus minus contagioſi erant, excepto typho famelico et exhauſtorum, in quem incidebant ex quocunque errore facillime prioribus morbis confecti aegri.

In capite ſecundo Cl. SAGAR ſcrutatur cauſſas p. 13.
huius epidemiae. Cauſſa ſeu natura deſcriptorum hic morborum videtur Noſtro conſiſtere in putredine aut pronitate in putrefactionem humorum, quae putredo in nido primarum viarum vermes alit, et ab his alitur nata, vel contagio ex conuerſatione longiore contracta, ſicuti Noſtro et chirurgo accidit. Ad ſpiritus nerueos excitandos, roborandos, ſubtiliores reddendos et obſtructiones tubulorum nerueorum reſerandas, cum nerui hoc miaſmate putrido et alcalino rancido penitus facileque disſoluebantur et deſtruebantur, tres de die ſibi dedit Noſter ſuccuſſus electricos et ſic diu ſe praeſeruauit. Atque ita diu arcebatur haec epidemia a Noſtro, tandem autem et amphimerina hac laborauit.

Obſeruauit electrum ſemper fere fortiſſimum, p. 18.
licet tempeſtas erat nubila, humidaque. Quaerit

*) v. ſupra p. 56.

et inde: vtrum forſan materia electrica, ſolutis noſtri corporis repagulis, tam humido aere noſtra corpora deſerens in aere vagabatur? an diſtincta a noſtris ſpiritibus animalibus?

p. 21. Sequuntur iam cauſſae proegumenae, occaſionales, quae ſunt conſtitutio coeli, cometa et alimenta. Conſtitutio coeli erat humida, nebuloſa, pruinoſa cet. Cometa anno 1769, diu in Europae horizonte moratus, viſus tam magnus tamque reſplendens praelonga cauda ſua, iam barba Noſtro videtur huic praeluſiſſe epidemiae. Qua occaſione Noſter quaedam, a RICHARDO MEAD commemorata de imperio ſolis et lunae addit et arbitratur, fluxum et refluxum maris indubitato deberi aſtris et inprimis quidem lunae. Quemadmodum vero mare patitur affluxum et refluxum, ita et atmoſphaera ceu mare hominum fluxum eundem habet, et variam inde atmoſphaerarum mixturam Noſter deriuat. Vti ſanguis mouetur per ictus electricos, ſic forſan quoque aſtra, id quod videtur Noſter defendere.

p. 29. Alimenta erant humida et germinantia, quae horreis agricolae inferebant. Creſcebat bromus ſecalinus, agroſtema githago, lolium temulentum, quibus et zizaniis veſci debebant miſeri. Probabilis hic identitas materiae electricae cum ſpiritibus animalibus confirmatur. Lacte animalium aegrotantium vel ſaltem feminium morboſum in corpore circumferentium agricolae fruebantur et interdum carnibus eorundem animalium. Et haec quoque non minima cauſſa epidemiae cenſenda eſto.

p. 35. In capite tertio a Noſtro traduntur canones diagnoſtici, quorum quosdam modo commemoremus. Carphologium ſemper letale. Lingua naturali

turali ſimillima grauis periculi; ſordida contra et cruſta etiam nigra tecta ſpem dabat. Sanguis in ingreſſu morbi miſſus cruſtaque inflammatoria tectus, bonum, cruſta vero deſtitutus, rutilus vel niger, tremulus, peſſimum indicabat ſignum. Gloſſanthrax ſemper letalis. Carnes quaecunque typhi exhauſtorum reuerſionem facillime iuuarunt.

Caput quartum continet therapias comprobatas. Primarum viarum habita ratione, in typho exhibebat Noſter ſpecies Imperatoris cum tartaro crudo, confectionem alkermes, liquorem mineralem anodynum HOFFMANNI, vinum aqua dilutum, et pro potu ordinario aquam cum aceto vini et melle, vel ſolum lac. Ceteris in morbis acida, corticem, camphoram, caſcarillam, contrayeruam cet. veſicatoria et venaeſectionem pro ſymptomatum ratione in auxilium vocauit. p. 38.

Noſter, dum amphimerina ipſe laborabat, ſumſit ſalis Carolini vnciam dimidiam verſus veſperam et mane dein quatuor grana tartari emetici cum vomente et laxante optimo effectu: dein quatuordecim vncias ſanguinis ex brachii vena mane et totidem veſperi ex pedis vena emiſit. Eodem die veſperi vnciam vnam, ſalis thermarum Carolinarum et dein quolibet die vnciam eiusdem dimidiam et ita octauo die aegrorum curam rurſus habuit. Interea potabat aquam cum aceto rubi idaei, oxygala edebat et ientaculum erat infuſum florum ſambuci cum ſucco citri. p. 41.

Miſſis ceteris curationibus horum morborum ſingulorum, quaedam praeterea de therapia horum morborum praeſeruatiua cum Noſtro hic notemus. Cernitur haec in electricitate, vti ſupra monuimus, in quotidiano vſu ſalis Carolini, in maſticatione myrrhae, in balſamo ex oleo nuciſtae, rutae, p. 45.

angelicae

angelicae et camphora naribus admiſſo, ſeu aceto vini ſimplici vel medicato, apud plethoricos in purgante et venaeſectione, in fumigationibus et in linteis, quibus aegri vſi erant, lauandis vel comburendis.

IX.

Journal de médécine, chirurgie, pharmacie etc. Par Mr. A. ROUX, Docteur Régent de la faculté de médécine de Paris. Supplément à l'année 1770. Ier — VI. Cahier. Tom. XXXIV. à Paris, chez Vincent. 8. pagg. 576.

i. e.

Diarium ad artem ſalutarem, chirurgiam, pharmaciam cet. pertinens. Auctore Cl. A. ROUX. Tom. XXXIV. ſupplementorum ad annum 1770. VI. collectiones.

Tom. XXXIV. In tomo XXXIV. ceu ſupplemento anni 1770 haec leguntur:

p. 33. 2. *Obſeruata copioſa euacuatio puris per expectorationem, ex tumore thoracis externo oriundi* communicatur a Cl. VIALEK filio. Femina 78 annorum, procera, fortis et robuſta, febre intermittente tertiana, poſt putridam ſubſequuta, intempeſtiuo vſu opii ſuppreſſa, pedibus hinc oedematoſis, tumore a mamma ſiniſtra ad clauiculam vsque admodum dolorifico adfecta, cum brachio ſiniſtro dolorifico, manuque per interualla inflata, Noſtrum conſuluit. Cum aegra magnam expectorationem per noctem experta eſſet, quam purulentam Noſter invenit, has naturae vias ptiſana bechica pergendum ſibi eſſe iudicauit. Expectoratione iam copioſius ſuccedente, tumor cum dolore plane diſparuere, vt aegra per ſeptimanam plane eſſet libera. Poſtea ſymptomata rediere, quae vero, expectoratione

tione reſtituta, breui iterum ceſſare. Cum tumor tertia vice recurreret, aliusque aegrae purgans commendaret, eoque non ſuccedente, alterum proponeret, quibusdam euacuationibus ſubſequutis, expectoratio plane ſuppreſſa eſt, et ſymptomata ita inualuere, quae aegram plane proſternerent. Noſter iam rurſus accedens, bechico ſuo expectorationem reuocauit, tumoremque emplaſtro emolliente aperuit. Materia per vtramque viam admodum copioſe euacuata, ſymptomata denuo disparuere; ſed quarta denique vice paucis diebus poſt ea aliquo modo prodiere, quae vero breui penitus ceſſare, vt aegra prorſus reſtituta eſſet. Obſeruatio haec, qui tumorem in ſuperficie thoracis externa per expectorationem euacuari negant, ferit, quam Noſter variis metaſtaſibus illuſtrat, et ad tractatum Cl. BORDEU *de organo cellulari* prouocat.

4. Obſeruatio *calculi biliarii, per anum excreti* a Cl. GOSSE fil. Femina temperamenti phlegmatici, prima iuuentute in matrimonium ducta, quinto grauiditatis primae menſe vomitum ab indigeſtione experta, octoque diebus poſt dolore vehementiſſimo, a ventriculo ad omnia abdominis viſcera vsque propagato, adfecta; iuſto demum, accedente quidem maximo terrore ex incendio vicino, filium ictericum peperit: hunc partum decem alii et tres abortus feliciter ſubſequuti ſunt, vbi aegra per grauiditatis tempus ab omnibus incommodis libera, extra id vero prioribus ſymptomatis, cum regione lienis praecipue dolorifica vexata erat. Ao. 1766 vltimo partu per abortum abſoluto; ao. 1768 dolor lumbos ad partem occupans iſchiadem iam mentiri videbatur. Icterus vniuerſalis menſe februario cum atrociſſimis doloribus hypochondrii ſiniſtri et ventriculi, reliquisque ſymptomatis colicae hepaticae ſucceſſit: qui et periodice p. 45.

omni

omni menſe ad iulium rediens triſtem ſuam ſcenam luſit ad catameniorum fluxum vsque, vbi leni purgante compeſcebatur. Medici, quos varios magnos conſuluerat, contra colicam hepaticam, ex infarctu et obſtructione parenchymatis hepatis vel canalium biliferorum, id quod ſuspicabantur, oriundam, omnino fere, quae commendantur, fruſtra tentarunt remedia. Noſter forte accedens, ſtatu morbi regioneque hepatis disquiſitis, colicam hyſtericam, a SYDENHAMO *) deſcriptam ſubeſſe ſibi falſo perſuaſit; cum tamen calculus biliarius, qui inductu choledocho et ad partem in ductu cyſtico haeſiſſe videretur, quem nec dolor, etiamſi et latus ſiniſtrum turbabit, neque mollities hepatis, preſſione non tumida vel ſenſibilis prodidere, cauſſa horum malorum eſſet, nec denique vrina cruda, ſed mucoſa interdum nigricans conſpiceretur. Incidendum itaque, diluendum humectandumque eſſe recte putauit. Sic vſu balneorum, quae primum haud reſpondere videbantur, aquarum mineralium St. Amandi (*ſaint Amand*) pilularumque ſaponacearum cum rhabarbaro, ſymptomata per menſem fere ceſſarunt. Cum poſtea denuo vehementer inuaderent, ſucco expreſſo herbarum ſaponacearum cum puluere alterante ita feliciter per nonnullas ſeptimanas vſa eſt, vt, praegreſſis per tres dies ſumma anxietate, doloribusque atrociſſimis, calculum durum, ſonorum, quatuordecim linearum longum, et viginti trium in peripheria, lamellatum cum quibusdam ſtriis vmbrae calcinatae, pondereque vnius et dimidiae drachmae: cuius extremitas altera ſuperficie inaequali coniecturari licuit, partem eius quandam adhuc in corpore reſtare: quae et decem circiter horis poſt eadem via excluſa priſma conicum, ſuperficiebus vero valde irregularibus

*) vid. de colica hyſterica p. 195.

laribus eodem pondere obtulit: cuius altera extremitas priori ita iuſta erat, vt ad expulſionem vsque continuae ſibi fuiſſe viderentur. Pondus vtriusque fuit trium drachmarum. His excretis aegra prorſus reſtituta eſt. Ad curationem itaque morbi non ſemper vero nomine mali opus videtur; ſymptomata ſaepius, eorum analogiam et effecta attendiſſe ſufficit.

6. Obſeruationes *quorundam remediorum anthelminticorum in inſula Caiannenſi*, Auct. Cl. BAJON. p. 60. Specificum anthelminticum in ſucco arboris inſulae Caiannenſis, *ficum* *) dictae ponunt, quod breui poſt vermes copioſos mortuos, vel eorum fruſtula expellit: quare alii ex ſingulari ſua acrimonia noxium hoc aegris iudicant; alii vero omnibus, ſine vlla adhibenda cautione, commendant, modo doſes aetati aegrorum reſpondeat. Hinc Noſter, quo diſſenſum hunc componeret, commodus in naturam eius ſucci paullo vlterius inquirens, experimenta cum eo facta communicat. Succus eiusdem arboris in inſula Caiannae admodum frequens, ſub nomine *lactis ficus* notus, ex inciſionibus, in cortice factis, copioſe emanat, quodammodo acris, non vero, quod quidam volunt, corrodens eſt. Cutem ſi tangit eodem modo excoriat, quam ſuccus ficus Francicae: pars eius aquea ſtatim diſſipari videtur, vnde et ſpiſſior, vel glutinoſus redditur: ſenſum amarum, et quodammodo ſtypticum linguae inprimit, absque vlla irritatione: vlceribus vulneribusque applicatus, non niſi leuiſſimam irritationem produxit: doſis adulti hominis catulis porrecta nil nocuit: vermes viui, ab hominibus excreti, in ſuccum hunc immiſſi, nullo

*) Non niſi ſucco ſuo lacteo cum ficu Francica conuenit. Deſcriptam eam inuenies in Comment. acad. Reg. Scient. ann. 1761.

nullo modo corroſi, ſed ſubito mortui excipiebantur: corroſio et excoriatio tunicarum ventriculi et inteſtinorum non ſucco huic, quod varii aſſerant, ſed vermibus ſolis tribuendae ſunt: parvula tantummodo excoriatio circa anum acritatem quandam eius teſtatur; quae vero mucilagine quadam breui reparari poteſt.

p. 65. Minus conuenit, vbi diſpoſitio inflammatoria canalis inteſtinalis adeſt, in vomitu continuo, vel diarrhoea magna: vbi porro vermes iam triſtem ſcenam luſerint, non in aegris debilibus, nec in conuulſionibus ſatis grauibus. Commiſcetur, ſi in vſum vocari debet, cum ſubſtantia glutinoſa, oleoſa vel mucilaginea: optime iungitur cum oleo palmae Chriſti: Succus ex arbore vetuſta emanans a iuniore differt: ſic et eius, quae in locis paludoſis aquoſisue creſcit, cuius ſuccus multo debilior eſt, quam qui ex arbore, in loco ſicciore nata, prouenit: iunioris arboris, vel in loco paludoſo creſcentis ſucci color lacti reſpondet; adultioris, vel in ſolo ſicciore natae ſuccus colorem, potui coffetano, lacte mixto, haud abſimilem refert: Succus ergo, qui medium horum tenet, optimus cenſetur. Doſis eius ex aetate varia eſt. Infantibus duorum annorum cochleare minus cum totidem vehiculi, ſexennibus duo, decennibus tria, quindecim annorum quatuor, et adultis quinque vel ſex porriguntur. Iam recenſentur ſymptomata verminoſa, quae, medicis haud incognita, omittimus. Creſcit et haec arbor copioſe in inſula Dominicae, Martinicae et Guadelupiae. Adiungitur ipſi ceterum Simaruba recens, quamuis ſucco deſcripto minor, praeſentiſſimum tamen anthelminticum.

p. 75. 7. Quaeſtiones motas, *num caſus, vbi ſectio caeſaria inſtituenda ſit, ita frequenter ſint, qui aſſeruntur? vel numne eiusmodi operatio ab aliis, quam*

arte

arte gnaris, inſtitui debeat? Cl. MARTIN examinat. Recenſitis fere omnibus, qui de ſectione caeſarea egerint, contemſerint eam, vel commendarint, auctoribus, Noſter, rariſſime eam indicari, et, ſi neceſſaria ſit, ad ea reduci momenta contendit: vbi magna difformitas peluis adeſt, et cum exploratum ſit, fetum maturum ob eam non poſſe excludi, ſectio caeſarea ſolum eſt refugium: neceſſaria ea porro eſt in fetu ventrali, tubario, ouario; vbi vero fetus in fundo peluis haeret, quod vix fieri credit, extractionem eius per inteſtinum rectum mauult. Si tandem vterus plane ruptus ſit, fetusque in abdomen proiectus; ea locum habere poteſt: quo in caſu Cl. THIBAVLT DESBOIS *) operatio ea ſit, quam imiteris. Eam ergo, vtpote periculoſiſſimam, non niſi gnaris, peritis, exercitatiſſimis concedi debere, ex dictis quilibet perſpiciet. p. 82.

In ſupplemento ſecundo eminent: p. 99.

2. Litterae Cl. BONNAND *de quibusdam effectis ſiniſtris emeticorum in morbis grauidarum.* Cl. BALME antea **) ſatis firmiter aſſeruerat, emetica vbiuis tuto, luculentiſſimis licet interdum contraindicantibus, poſſe exhiberi: Hinc Noſter ſententiam hanc, quam ſatis temerariam dicit, argumentis theoreticis aeque ac practicis infringere audet, et quo effecta eorum nociua ibi, vbi contraindicantia adſint, pateant, variis obſeruationibus docet, quae ſiniſtra ea ediderint ſymptomata: ſiquidem ea in grauiditate data, ſemper abortum produxere. Perſpicue itaque oſtendit, vomitum ab indige- p. 127.

*) vid. Journal de médécine, année 1768. p. 448. comment. noſtr. Vol. XVIII. p. 216.

**) vid. Journ. de médéc. menſ. aug. et ſept. année 1769. p. 123. comm. noſtr. Vol. XIX. p. 471.

indigeſtione, quem natura ipſa molitur, ab eo, qui, vbi materia excernenda paullo altius haereat, medicamentis excitatur, et conuulſionibus ventriculi, diaphragmatis, muſculorumque abdominalium ſtipatus ſit, bene diſcernendum eſſe.

p. 151. 4. *Affectiones verminoſas obſeruationibus illuſtrat* Cl. DAQVIN, medicus Taurinenſis. Frequentiam affectionum verminoſarum in ea, quam Noſter inhabitat, regione prae ceteris conſpicuam eſſe queritur. Dominantur in quauis aetate vermes, qui plurimorum morborum acutorum chronicorumue cauſſam praebent; cum tamen fons, vbi vermes deriuandi ſint, adhuc, quod Cl. Auctor dicit, inter arcana naturae lateat. Etſi varii varie de eo diſputarunt, Noſter eum non in nutrimentis, non in potu ſpirituoſo, aquoſoue, non denique in ipſo climate, quippe quod aerem purum, nec vllo modo noxium prodat, quaeri poſſe teſtatur; penum eorum potius hactenus latere. Duas adiicit obſeruationes, vbi ver-
p. 153. mes variam triſtem luſerint ſcenam. In puero 12 annorum indicatione verminoſa praeſente nullum indicatum reſpondit, quod ſtatim vomitu, cum materia flaueſcente, tenaci reiiciebatur. Iam paullo poſt in delirium vel ipſam maniam mutatus videbatur morbus, qui altero die in verum coma abiit cum plenaria amauroſi: abſente omni fere pulſu, conſcientia ſui, ingeſtisque ſtatim vomitu reiectis eodem die mortuus eſt. Aperto ventriculo, vermem ibi ſolitarium, rotundum, antibrachiique longitudinem aequantem, per omnem fere oeſophagum ad cardiam vsque ſe extendentem inuenit: duodenum valde diſtentum, eiusmodi vermibus plus minusue magnis, cum materia viridi mixtis refertum erat: iisdem vermibus reliqua tenuia cum coeco plena erant: in colo nonnulli, fecibus impacti conſpiciebantur: miratur denique Cl. Auctor nulla in-

flammatio-

flammationis veſtigia in inteſtinorum tunicis inventa fuiſſe. In aequali puero ex eadem cauſſa fe- p. 157.
bris acuta inflammatoria, ſubſequuta eſt: venaeſectione non conceſſa, ad ſerum lactis, clyſmata et potionem anthelminticam, cochleatim propinatam, confugit. Hac methodo, maxima copia vermium excreta, aeger conualuit.

6. Obſeruatio *partus laborioſi cum ruptura vaginae et colli vteri*, Auctore Cl. PIETSCH. Femina p. 165.
quadragenaria, partui proxima greſſu ſiniſtro vaginam, iam antea prolapſam, peſſarioque retentam, nunc relaxatam ſenſit: doloribus ad partum paullo poſt ſubſequutis, tertio demum die, membranis ruptis, aqua effluxit, totaque manus dextra prodiit. Noſter accedens vaginam ad quinque pollicum longitudinem ſurſum retractam, quatuorque pollicum deorſum inuerſam, qua tuba paullo maior efformari videretur, vidit, per quam orificium vteri cum ſuis glandulis, circulum album formantibus, conſpiciebatur: Brachium fetus liuidum, nec tamen tumidum vel frigidum erat, vt inde ad vitam fetus adhuc ſuperſtitem concluderet. Qua de cauſſa p. 167.
ſequenti modo operationem inſtituit: Parturiente ſuper tabulam, ſubiectis puluinaribus mollibus, poſita, lubricantibus emollientibus tubam ſic dictam, admodum tenſam, illiniuit: manu poſtea immiſſa, obliquum fetus ſitum detexit, verſioneque facta, feliciter fetus prodiit, modo, vt tubam in latere ſiniſtro rumperet: femina nunc liberata, vteroque cum collo ſuo in ſitum repoſitis, omnis operatio viginti ſexageſimis abſoluta eſt. Infans per decem ſexageſimas mortuus viſus tunc in vitam rediit, ſanusque ſeruatus eſt; mater vero absque funeſtis ſymptomatis in ſtatum priorem reſtituta eſt.

7. *Sectio caeſarea ab* EODEM *inſtituta*. Ad par- p. 170.
turientem Noſter aduocatus, doloribus ad partum

ſatis viuidis, niſuque matris ingente fetus non poterat pari. Omnibus iuſte disquiſitis, caput iuſto maius inclauatum non potuit dimoueri: gaſtrotomiam ergo, vt ſolum refugium, ab adſtantibus et parturiente conceſſam, ſic inſtituit, vt, ſectis integumentis, inciſionem a fundo, iam prodiente, verſus corpus vteri dirigeret, fetumque viuum extraheret: haemorrhagia haud inſigni mater inter deligandum vomitu conuulſiuo correpta, magno labore in vitam rediit, quam poſtea curae chirurgi tradidit. Caput infantis pelui matris reſpondit, vt 20 : 5 et latitudo humerorum vt 30 : 5.

Eliguntur ex ſupplemento tertio:

p. 217. 2. *Notae* Cl. BINET *ſuper taenia ad* Cl. POSTEL DE FRANCIERE *directae.* Tota haec disputatio Cl. POSTEL DE FRANCIERE tangit, qui antea *) ſingularem, quam Noſter vult, de taenia ediderat ſententiam, eamque poſtea **) contra Cl. ROBIN defenderat, quam Noſter iam, plane ab eo diſſentiens, examinat, eamque infractam aſſerit. Non conuenit cum eo in natura taeniae. Contiguum ille corpus, multisque catenis quaſi compoſitum eſſe, ex VALLISNIERO docet; Noſter vero continuum eſſe, teſtimonio veterum recentio-
p. 229. rumque, quos collegit, probat. Sedem taeniae, quam ille in craſſis inteſtinis vult, Noſter improbat, cum ex obſeruationibus experimentisque conſtet, eam in tenuibus vel ipſo interdum ventriculo fuiſſe, vomituque reiectam eſſe, ad ea et hoc accedere, quod taenia chylo nutriatur, cuius veſtigia in craſſis parca inueniantur: verba LOMNII ***) male

*) vid. Journ. de médécine Tom. XVIII. p. 416. comment. noſtr. Vol. XIII. p. 254.

**) vid. ibid. Tom. XXVI. p. 222. comment. noſtr. Vol. XVII. p. 311.

***) vid. Tableau des maladies, nouv. edit. p. 216.

male intellecta eſſe, a Noſtro illi obiicitur: formari quidem taeniam in coeco vel plicis coli aſſeruit, ſedem vero eius fixam ibi poni non dixit. Conuenit Cl. Auctor cum illo in ſigno taeniae pathognomonico, cum per aluum corpora parua, albida planaque egerantur; ARISTOTELEM vero auctorem huius ſigni eſſe ipſi non concedit, cum HIPPOCRATES iam *) eius mentionem faciat. Symptomata taeniae, quae Cl. POSTEL lumbricis multo mitiora voluit, Noſter, ex praeſtantiſſimis medicis, et ipſa ſua experientia grauiſſima deſcribit. Nam ſyncope, aphonia, bulymus, conuulſiones, epilepſia, colica vehementiſſima, apoplexia, paralyſis, marcor cet., quae omnia taenia produxit, non leuia dicenda ſunt ſymptomata. Cum prognoſis ex ſymptomatis formetur, ea vero Cl. POSTEL leuia afferat, eam non niſi periculoſam eſſe, ex HIPPOCRATE probat; cum vero hic experientia contrarium doceat, ea quoque refellitur. In indicatione demum curatoria Noſter p. 245. cum ipſo plane non conuenit, quam ille ſic poſuit: vt 1. ſaburra ſemper praeſens per purgantia euacuetur; 2. debilitati hi vermes vel plane mortui per anthelmintica ex corpore expellantur; 3. vt denique nouum eius germen ſtomachicis caueatur. Signis putreſcentiae in primis viis praeſentibus, vomitorium Noſter, quod ille reiecit, purgantibus adiungit. Indicatio altera anthelminticis vulgaribus non abſoluitur, Auctoribus Cl. LIEUTAUD**) et BOERHAAVE***). Non tandem taenia denuo progerminat, capite eius ex corpore eiecto.

4. Obſeruatio *diarrhoeae, applicato cauterio curatae* Auctore Cl. VIALEZ. Infans, vnius anni, p. 281. debilis

*) Lib. IV. de morbis ſect. V. no. 30. p. 511. ed. FOES.
**) Synopſ. vniu. prax. med. p. 320.
***) de virib. medic. p. 430 ſeq.

debilis tineaque cum funeſtis ſubſequutis ſymptomatis affectus, Noſtro traditur. Cauterium propoſitum, ob diarrhoeam inſignem nondum potuit applicari; ea vero iuſtis antea tentatis remediis non cedente, cauterio nunc adhibito, ipſo die diarrhoea plane disparuit. Cauterium, quale et quomodo applicatum fuerit deſideramus.

p. 283. 5. Obſeruatio *metaſtaſeos inſignis lacteae in abdomine, paracentheſi curatae* a Cl. BOSSU. Primiparae robuſtae et ſanguineae, partu feliciter abſoluto, tertio die mammae, affluxu copioſiſſimo lactis ita intumuere, vt ex calore graui et tenſione, verſus alas, collum et totum pectoris ambitum, nec caput, neque brachia, absque inſigni dolore poſſet mouere: ad quae reſpiratio difficilis, dolor acutus cum febre et tuſſi graui acceſſere, lochiis tamen iuſte fluentibus. Conſilio amicae cuiusdam repercutiente applicato, ſymptomata haec quidem, praeter febrem et horrorem vagum, hic euanuere, ſed abdomen ſingulari modo cum tenſione magna, et dolore inſigni intumuit. Iam Noſter octauo die poſt applicationem remedii discutientis aduocatus, ex indicatione metaſtaſeos lacteae verſus cauum abdominis, venaeſectionibus, clyſmatibus, epithematibus aliisque adhibitis, ſymptomata quidem paullo mitiora facta vrinam criticam oſtendere; criſi vero hac, adiuuantibus remediis non ſuccedente, fluctuationem in abdomine percepit. Paracentheſis hinc propoſita, et accepta, ita feliciter a Noſtro inſtituta eſt, vt, quindecim circiter libris materiae lacteae excretis, aegra paullo poſt conualeſceret.

Conſpiciuntur in ſupplemento quarto:

p. 323. 3. *Arthritis hereditaria, febre quartana curata* communicatur a Cl. DE TATANE. Aeger, temperamenti

peramenti ſanguinei, per decennium iam arthritide hereditaria vexatus, menſe ſeptembri 1760 febre quartana correptus, verſus nouembrem ab ea liberatus, paucis diebus poſt a refrigerio in eundem morbum iterum incidit. Poſt vnum et quod excurrit menſem arthritis euanuit, febris vero cum fluxu dyſenterico periodico ad initium veris vsque continuata, tunc quoque ceſſauit, cui nunc haemorrhoides per breue temporis ſpatium ſucceſſere. Tempore aeſtiuo, praeceptis medici obſeruatis, verſus finem eius plane reſtitutus eſt.

6. *Viam, qua liquida in ventriculum per foſſam naſalem poſſint immitti*, oſtendit Cl. LIBOVTON. p. 359.
Nexu foſſae naſalis cum oeſophago a Cl. LITTRE *) declarato, viaque introducendis cibis in oeſophagum ſatis idonea propoſita, ea non potuit applicari. Tubum itaque Noſter, fabricae harum partium adaptatum, experimentisque variis probatum, academiae regiae chirurgorum menſe martio 1768 ſubiecit iudicio, a qua per Cl. BORDENAVE Noſtro ita reſpondetur, vt tubus iſte non ſatis longus ſit, et extremitate ſua parietem anteriorem pharyngis poſſit laedere, vt ergo cannula curua (*algalie courpée*) huic hoc in caſu debeat praeferri. Quas obiectiones Noſter ſoluit, et egregie demonſtrat, longitudinem eius partibus iuſte reſpondere, nec vllo modo pharyngi nocere, praeſertim cum partem huius cannulae flexilem reddiderit. Deſcriptionem eius, modumque applicandi, cum nimis longum ſit, nec figura, quam Noſter peculiari ſcripto communicaturus eſt, adiecta ſit, praeterimus.

8. Litterae Cl. JAUIN ad Cl. PELLETIER (*ſuper operatione cataractae*). Cum Cl. PELLETIER **) p. 371.

 obſeruaret,

*) vid. mem. de l'acad. des ſcienc. de Paris ann. 1718.
**) vid. Gazette ſalutaire 21. Iuni ann. 1770

obſeruaret, in operatione cataractae per depreſſionem, membranam hyaloideam et capſulam lentis ruptam fuiſſe, humorem vitreum cum ipſa lente eo citius, cornea inciſa, effluere debere, quo tardius ea in locum reponantur, vt ergo ex hac re operatio per extractionem cum acu eo periculoſior iudicari poſſit. Cuius fallaciam Noſter argumentis anatomicis, cum humor vitreus duabus tunicis, altera exteriore, interiore altera et celluloſa, vbi cellula cum cellula communicat, humoremque tandem ad capſulam excretoriam defert conſtet, oſtendit, vt ergo ſubitaneus effluxus totius humoris, ſi etiam laeſio, de qua adhuc dubitatur, huc penetrauerit, non metuendus ſit, niſi oculus vehementer prematur. Illuſtrantur argumenta Cl. Auctoris obſeruatione non contemnenda.

Commendant ſe ex ſupplemento quinto:

p. 387. 1. Tractatio *de morbis oculorum, eorumque medela*, Auct. Cl. LOUIS FLORENT DESHAIS GENDRON *).

p. 402. 2. Differit Cl. MAUMERY *ſuper virtute antiſpasmodica infuſi ſummitatum millefolii vulgaris albi*. Gloriam huius coriphaei non ſibi, ſed Ill. HOFFMANNO tribuit. Virtutem hanc in colica non ſolum, ſed et paſſionibus hyſtericis, partus ſequelis, quid? quod in omnibus fere affectionibus neruoſis probatam vidit. Exempla, quibus bonitatem eius illuſtrat, varia praeterimus. Remedium hoc non id, quod morbos hos prorſus tollat, vult, ſed, quod bona auxilia, hic indicata, optime adiuuet. Regulas denique, in eius vſu obſeruandas ponit: Col-
p. 413. ligantur ſummitates, cum planta floret: Siccentur ad vmbram, et, ne particulae aromaticae auolent, iuſte muniantur; Infundantur aqua bulliente ad

*) vid. comm. noſtr. Vol. XVIII. p. 662.

ad inſtar potus theae, et, obtecto vaſculo, breui poſt ſex vnciae cum ſaccharo bibantur, et, ſucceſſu nondum ſubſequente, poſt ſemihorium reiterentur: Aqua ſuperflua non ad aliam infuſionem, nec infuſio ipſa longius, cum facile nigreſcat, ſeruetur: drachma ſummitatum denique pro doſi ſufficit.

3. Litterae Cl. DE JEAN ad Cl. POMME' *ſuper efficacia corticis in affectionibus hyſtericis.* Quae duae hic adduntur obſeruationes, Cl. POMME' ferunt, ad quas eum reſpondiſſe antea *) retulimus. Egregie in harum prima delineatur facies mali hyſterico vaporoſi in grauida, quod, cum methodo diluente humectanteque cedere nollet, adiecto cortice Peruuiano breui ceſſit, et, neglecto hoc auxilio, plus vna vice recurrens, tandem conſtanti aegrae in obſeruandis medici praeceptis obſequio, plane disparuit. Quod medicamentum non ſemper voto Cl. Auctor reſpondiſſe fatetur, nunquam tamen nocuiſſe defendit. p. 415.

5. Obſeruatio *motuum conuulſiuorum, a vermibus productorum*, a Cl. SYLVESTRE. Quam triſtem et ſingularem ſcenam vermes in aegra 45 annnorum luſerint, deſcribitur. Cum paſtor eiusdem loci phaenomena haec non ex ſortilegio, cui omnes fere vicini adſcriberent, deriuaret, Noſtro aegram, ſuis ſumptibus curandam, tradidit. Totius actus ſumma huc redit. Emeticis variisque anthelminticis aegrae exhibitis, quingentos circiter lumbricos viuos mortuosque ſurſum deorſumque excretos eſſe, vt ſymptomata ſenſim ceſſarent: Quod vero curam abſoluit, et quod magis miramur, fuit inſignis excretio inſectorum, vermiculis, in caſeo conſpicuis ſimilium, ex poris cutaneis extremitatum inferio- p. 424.

*) Suppl. aux affect. vapor. p. 32. comm. noſtr. Vol. XIX. p. 653. et 481.

inferiorum. Cum enim aegra inſignem pruritum in extremitatibus inferioribus per quosdam dies ſentiret, vt etiam cuticulam fricando abraderet, ingrati hi hoſpites, cum frictio linteo aſpero ante ignem inſtitueretur, copioſe expulſi ſunt.

Conſpiciuntur denique in ſupplemento ſexto:

1. *Hiſtoria morborum in inſula S. Dominici*, Auct. Cl. POUPPÉ DESPORTES *).

p. 529. 3. Litterae Cl. MONGIN-MONTROL *ſuper virtute antiſpaſmodica millefolii.* Probantur hic, quae Cl. MAUMERY paullo ſuperius **) de millefolii bonitate disſeruerat; ſed virtus quaedam ſingularis eiusdem nondum cognita hic adiicitur. Quem acerrimum ſtimulum radix ari vulgaris recens linguae inprimat, patet; nec vlla hactenus conſtitit medicina effectorum eius ingratorum tollendorum. Iam vero ſolum ſpecificum *antiphlogiſticum*, quod vocat, in millefolio, quod ſtatim ex virtute ſua ſpecifica antiſpaſmodica ſymptomata leuet, inueniſſe Noſter aſſerit.

p. 536. 5. Obſeruatio *luxationis completae partis ſuperioris radii*, a Cl. MARTIN. Cum radius non ab humero ſolum dimoueatur, ſed cum cubito (vlna) ſimul luxationem ineat, curatio vel vere nulla, vel non ita facilis, quae a Cel. DUVERNEY ***) deſcribitur, locum habet. Aeger enim 15 annorum ſatis robuſtus caſu quodam hanc Noſtro obtulit luxationem: Pars excauata capituli radii cum eminentia externa conuexaque humeri articulatione iuncta ab ea dimota erat, non minus, quam pars prominens et lateralis eiusdem capituli a cauitate ſigmoidea cubiti, ita, vt capitulum radii ad iuncturam

*) vid. comm. noſtr. Vol. XVIII. p. 220.

**) vid. ſupra p. 72.

***) Traité des maladies des os, Tom. II. p. 175 ſeqq.

ſturam muſculi brachialis ſub apophyſi coronoidea cubiti poſitum conſpiceretur, et maior ita adſcenſus eiusdem impediretur. Iuxta condylum externum humeri et verſus anconeum paruum, inſignis obſeruabatur cauitas, eminentia vero ad partem anteriorem et ſuperiorem articuli antibrachii, vt id inde inflexibile redderetur, et cum ipſa manu in pronatione teneretur. Brachium per contractionem bicipitis valde tumidum erat, et dolor ſatis vehemens ad eius iuncturam ſuperiorem propagabatur. Repoſitione ſeptimo die facillime facta, ſtatim os in locum praeternaturalem recurrit, vt inde ligamentum brachio radiale cum ligamento forti illo cartilagineo, quo radius ſupra cauitatem ſigmoideam tenetur, ruptum fuiſſe iudicaret. Curatio nec methodo, quam Cel. DUVERNEY commendat, neque peculiari deligatione, fuſius hic expoſita, abſoluta fuit, vt ergo luxatio haec nullam amplius curationem admittere, a Noſtro putaretur.

6. Obſeruatio *herniae, abſceſſu ſolutae, vbi ex inteſtino rupto copia haud parua vermes exiere, quae ſine operatione curata eſt*, Auct. Cl. GASC. p. 544. Accedens Noſter ad grauidam 36 annorum pulſum fortem et plenum, ventrem durum, dolorificum, aluum per tres dies conſtipatam, cum vomitu continuo materiae foeculentae. Tumorem paullo poſt inflammatorium inguinalem, in quo fluctuationem conſpiceret, detexit, quem, omnibus iuſte disquiſitis, veram enterocelen agnouit. Symptomatis, auxiliis bonis adhibitis, leuatis, poſt noctem tranquillam ingens quantitas puris ex tumore iam aperto excreta eſt: dilatatione ab aegra non conceſſa, iniectionibus vulnerariis excretionem hanc iuuit, ita, vt ſtercora non ſolum cum pure exirent, ſed lumbricus quoque viuus octo et dimi-

dium

dium pollicem longus ſimul egrederetur, quem non multum poſt tres alii viui ſubſequuti ſunt: operatione inteſtini rupti quoque ab aegra non conceſſa, in iniectionibus, cataplaſmatibus, clyſmatibus, fomentationibusque acquieuit, foecum excretio per hoc orificium cum lumbricis (quorum viginti quinque exiere) continuauit per quosdam dies, vbi, cicatrice facta, ſymptomata disparuere; reverſura ea paullo poſt eadem methodo breui denuo prorſus ſuſtulit.

p. 565. 9. Litterae Cel. MORAND ad Cl. ROUX *de propoſita curatione epileptici vſu olei animalis* DIPPELII. Accuſatur hic editor operis Cl. SPIELMANNI criminis, quod in notis hiſtoriam morbi epileptici in noſodochio regio militum emeritorum, vſu olei animalis DIPPELII prorſus curati, adiecerit. Non de veritate eius hic, a Cl. IVNKER et CRAMER in eiusmodi morbis probata, disputatur, ſed de falſitate facti diſſeritur. Cum enim Cl. MEVNIER et Noſter, qui huic noſodochio praeſunt, et ſine quibus nihil praeſcribitur, nihil porrigitur, hanc curationem plane ignorent, facile intelligitur, pharmacopolam, inſciis medico et chirurgo, non eiusmodi medicamentum aegro, quod tamen editor vult, exhibere potuiſſe: vt ergo de veritate eiusdem encomii eo magis dubitandum ſit, quo minus olei animalis DIPPELII antepileptica vis iam probata ſit. Meminit enim Noſter duorum exemplorum, vbi euentus voto non reſpondit, quamuis eidem non omnem bonitatis laudem detrahere auſit. Examinato catalogo aegrorum noſodochii ipſius, quorum curationi Noſter praeſuit, duos inuenit, quorum ſymptomata vſu eiusdem remedii leuata quidem, non tamen ſublata videret, et quos editor intellexiſſe valde probabile ſit.

X. Ru-

X.

Rudimenta pyretologiae methodicae, Auctore C. G. SELLE, M. D. Berolin. apud Chriſt. Friedr. Himburg, Hagae Comitum, apud Petr. Goſſe iunior 1773. 8 mai. pagg. 319 praeter ſynopſin rerum et indicem ſynonymorum.

Naturalem ordinem, qui continet ſeriem, qua natura res concatenauit, hactenus neglectum hic Noſter eligit in ſuo praxeos ſyſtemate condendo. Ac primum quidem contemplatur noſologiae obiectum, qui eſt morbus, cui opponenda eſt ſanitas, vt obiectum phyſiologiae. Quemadmodum igitur in concurſu phaenomenorum praeternaturalium vel vitiatorum morbus cernitur, ſic eorum phaenomenorumque concurſus, quae ſecundum naturam ſuccedunt, ſanitatem conſtituunt. Additis dein aliis atque aliis morbi definitionibus variorum Auctorum BOERHAAVII cet. iisdemque reiectis, ad ſymptomata progreditur, quae Noſtro non videntur effectus morbi, ſed cauſarum ſequelae. p. 1.

Morbi naturam e notione naturae eſſe eruendam abſolutamque in phaenomenis nunquam quaerendam Noſter docet, vires porro naturae notionem non inuoluere. Tertium hinc tantum ad naturae notionem condendam Noſtro remanet: Primum nimirum fundamentum, per quod vires et phaenomena rei ſub omnibus conſiderandi modis exiſtunt, materiae eſt modificatio. Ex his itaque nobis ſolummodo hic liceat id, quod Noſtro inde indubitato videtur poſſe concludi, commemorare. Quemadmodum nimirum phaenomena praeternaturalia nunquam ex ſana et naturali ſolidorum ſtructura et fluidorum mixtione poſſe proficiſci p. 25.

concludit

concludit ex praemiſſis: ſic naturam morbi in fabricae corporis a ſtatu naturali alienatione ſitam eſſe inde conſequitur.

p. 33. Cauſſam morbi porro Noſter perſequitur atque hic tantum de cauſa morbi, quae corpori ineſt, quaedam monet. Omnino autem cauſſas, quarum interdum multae, interdum paucae morbo generando ſeruiunt, diuidit in materiales et formales et ex binis cauſſam proximam conſtituit. Quapropter ad morbum profligandum curatio a Noſtro ponitur in tollenda cauſſa materiali, hinc in auferenda morbi natura. Medelae autem ratio ſpecifica ex cauſſarum ſimul formalium ratione haurienda atque determinanda eſt.

p. 43. Quod methodum morbos ordinandi attinet, cuius fundamentum in ſimilitudine et diſſimilitudine eorum ſpectatur, Noſtro duplex exſtat, atque vel eſſentialis ſiue naturalis, vel artificialis audit. Haec verſatur in comparatione rerum ſimilitudinis, qnae ſecundum differentiam attributorum externorum earundem inſtituitur; illa in aequatione ſimilitudinum rerum ſecundum earundem naturam. Omnes igitur diuiſiones, phaenomenis externis absque ad morbi naturam habita ratione ſuperſtructas, vtilitate eſſe deſtitutas, et ordinandi rationes ex ipſa morborum naturae ſimilitudine eſſe deſumendas Noſter arbitratur.

p. 60. Similitudo ergo indicantium morborum diuiſiones conſtituit, atque, cum haec methodus non certis quibusdam phaenomenis, diſtributionis fundamento ſeruientibus, ſit ſuperſtructa, niſi certam eandemque ſemper declarent morbi indolem, id quod ex indicantis voce patebit, nunquam in tali ſyſtemate morbus quidam diſtinctionis noſtrae fundamenti ratione, nunc ad hoc, nunc ad illud genus referri poteſt, ſed morbi ſunt naturales, a

ſe in-

ſe inuicem ſatis diſtincti, ita, vt ſimul ſumtis omnibus eorundem ſignis, nunquam deprehendatur alia morborum ſpecies, quae omnibus iisdemque ſignis ſit praedita et tamen natura ſua diſtincta. Hinc repetitionibus et confuſionibus, quae in reliquis ſyſtematibus aegre euitari poſſunt, hic facile ſuperſederi poſſe Cl. SELLE arbitratur. Nam phaenomena morboſa ita ordinantur, vt medendi ratio, hinc cauſſa materialis et ita ſimul natura morbi inde conſtet. Quapropter Noſter quoque autumat iure meritoque ſuo ſyſtemati poſſe tribui nomen naturalis methodi.

Iam autem omnes difficultates nondum ſubla- p. 67.
tae ſunt in hoc ſyſtemate naturali. Quaeritur nunc enim, ex quibus auctoribus haec indicantia ſumenda atque determinanda ſint? Omnes omnis aeui obſeruatores in auxilium debent vocari. Semiologia ergo ab omnibus practicis exculta, materialia ad ſyſtema morborum naturale ſtruendum praebere debet. Atque hic quaerimus cum Noſtro: an haec ita ſit comparata, vt id praeſtare queat? Viam ſaltem Noſter poſteris aperiendam eſſe arbitratur, quam ſequi poſſint et hac ratione theoriam et praxin magis concatenari earumque arctam connexionem magis manifeſtari credit. Sufficiant haec de introductione huic libello a Cl. SELLE praefixa, in qua agitur de tractationis et noſologiae obiecto, morbo, ſymptomate, morbi natura et cauſſa, de morbo profligando et methodo morbos ordinandi.

Iam breuitate eadem per inſtituti noſtri ratio- p. 81.
nem liceat rerum hic propoſitarum ſummam cum Lectoribus communicare, dein quaedam exempli loco addere. Ac iam quidem Noſter pertractat ordines, genera et ſpecies febrium ſecundum dif-

ferentiam

ferentiam naturalem, cum vniuerſum morborum ſyſtema ſtabilire nequeat.

Ordo primus ſpectat continentes. Harum primum genus eſt continens inflammatoria, cui omnes ſpecies continentium inflammatoriarum cum inflammatione locali, catarrho, dyſenteria et exanthematibus ſunt ſubdiuiſae. Ac hic primum phlegmonem, dein eryſipelas et tandem rheumatiſmum conſiderat. Secundum genus ſpectat continentes putridas cum ſuis ſpeciebus cum inflammatione locali eryſipelate et rheumatiſmo.

Ordo ſecundus complectitur remittentes, harum primum genus ſunt gaſtricae, vt febris bilioſa inflammatoria cum inflammatione locali, eryſipelate, et rheumatiſmo; genus ſecundum remittentium gaſtricarum attinet febrim bilioſam putridam; genus tertium remittentium gaſtricarum continet febrim cum colluuie pituitae in primis viis, cum colluuie verminoſa in primis viis, ex vlcere interno, ex obſtructione viſcerum. Febres verminoſae diuiduntur in inflammatorias et putridas.

Ordo tertius atactas ſiſtit, cuius primum genus cernitur in febre acuta ſporadica; ſecundum in febre neruoſa acuta ex contagio; tertium tandem in febre lenta neruoſa.

Ordo quartus intermittentes habet, cuius primum genus inflammatoria deprehenditur, ſecundum inflammatoria bilioſa, tertium putrida bilioſa, quartum pituitoſa, quintum verminoſa, ſextum neruoſa.

Quemadmodum ſingulo ordini genera ſunt ſubiecta in hoc ſyſtemate, ſic ſingulo generi quoque ſpecies, quas autem breuitatis ergo hic omittere cogimur. Praeterea reperiet Lector per totum librum theſaurum optimorum, quorumque librorum his de rebus, quas proponit Noſter, legendorum.

dorum. Finitur tandem hic liber poſtmonito ad Lectorem, quo vtilitatem huius methodi partim monſtrat, partim reſpondet Lectori, quaerenti: Heu! ex vno morbo nunc multos condidiſti! An hoc compendii cauſſa? Num tyronis leuamine? ſeſeque defendit. Nos vero nunc, vti ſolemus, de nonnullis exempli loco videamus.

Morbus cum frigore aeſtu et pulſu naturali nunc frequentiori, nunc tardiori, vario gradu atque tempore ſtipatus, eſt febris. Definitionibus tum omnino febrium a Noſtro diiudicatis, docet, nullo reſpectu veram febris definitionem philoſophicam formari poſſe, niſi plures morbos, apud omnes auctores ſub febrium nomine cognitos, ex febrium catalogo proſcribamus. Id quod et cadere in ſuam febris deſcriptionem fatetur Cl. Auctor. Cauſſa materialis videtur Noſtro ſanguini ineſſe, etiamſi vitiatus ſanguis ſaepe ſaepius ſine vlla febre deprehendatur. Probari et hoc poteſt ex phaenomenorum, curationis et criſeos ratione. Cauſſa formalis autem, qua demum accedente, febris phaenomena producuntur, in peculiari neruoſi ſyſtematis conditione et idioſyncraſia forte quaerenda eſt, ex quibus binis cauſſa nunc proxima enaſcitur. p. 83.

Continentes, συνοχοι Graecorum, nulla viciſſitudine exacerbationum et remiſſionum notatae ſunt; ſed a principio vsque ad finem vna veluti acceſſione protenduntur. Cauſſa harum materialis ſanguini ineſt. Quapropter Noſter continentem febrium typum eſſe purgantium contraindicans affirmat, niſi natura ipſa hanc viam ſeligat atque ex ſanguine materiem ad primas vias denuo deferat. Omnino autem Cl. SELLE monet, has febres remittentibus eſſe multo rariores. p. 90.

p. 107. De inflammatione ea, quae a febre vere inflammatoria pendet, et optime appellari poteſt phlegmone, Noſter hic agit, vt inflammationes a bile, e putredine, ex miaſmate rheumatico, arthritico, venereo, eryſipelate cet. facile ab illa diſtingui poſſint. Natura inflammationis enim non ſemper vna eademque eſſe poteſt; ſed pro varia conſtitutione et pro diuerſitate cauſſarum remotarum admodum differt. His praemiſſis, Noſter pertractat variarum partium corporis humani inflammationes, easque nominat ſecundum varios Auctores optimcs quosque, additis ſcriptis eorum, qui hanc rem, quam vult Noſter, perſecuti ſint. Interdum vero quaedam in commentationibus ſuis Cl. Auctor reiicit, vel mutat, ſeu addit vel illuſtrat, de quibus exempla quaedam videamus.

p. 119. Paraphrenitidis vocis mentionem HIPPOCRATES non fecit, docente HVXHAMO, neque ea, cum a phrenitide gradu tantum differat, vtiliter conſeruatur. Hinc hoc nomen ex ſyſtemate Noſter proſcribit, et ſi quis nomen cupiat, analogica ratione optime diaphragmatitis nuncupatur. Non ſemper ſaltem praegreditur phrenitidi inflammatio cerebri, id quod ſectiones cadauerum abunde declarant. Ab HIPPOCRATE nominatur ille morbus *οἴδημα ἐγκεφάλȣ*, ab SAUVAGES cephalitis ſpontanea, a Cl. TISSOT *coups de ſoleil.* Quapropter ambiguam hanc vocem iudicat Noſter febrique huic non conuenientem.

p. 134. Eryſipelas eſt inflammatio in ſumma cute late ſerpens. Calor acris, rubor roſeus. Pro varia, quam occupat ſede, variae ſpecies poni poſſunt. An morbus ille Indicus, quem Cl. CARTHEVSE-

RVS

RVS *) proſtalgiae nomine deſcripſit, huc pertinet?

Rheumatiſmus ab arthritide prorſus differt et utriusque cauſſa materialis cernitur diuerſiſſima. Quanam peculiari indole haec inflammationis modificatio a phlegmone, eryſipelate differat, adhuc ſub iudice lis eſt. Catarrho pulmonum mauult Noſter cum Ill. HAENIO pulſum mollem largiri, quam peripneumoniae inflammatoriae. Materia pituitoſa acris probabiliter videtur Noſtro dyſentericam febrem accendere neque inteſtinorum inflammatio ad cauſſas, ſed potius ad ſequelas numeranda. Fluxus ſanguinolentus non pendet ab eroſione vaſorum, ſed a ſtaſibus pituitoſis, vti in haemorrhoidario aliisque ſanguinolentis morbis. Hinc proxima gaudet cum catarrho affinitate. p. 136.

Eryſipelas febrilis acuta plerumque faciem occupat, chronica ad pedes magis ruit. Linguam ſemel tali eryſipelate vidit aduſtam. Num et viſcera? dubium eſt. p. 158.

Triplex cernitur febrium putridarum conditio, quae et triplicem exigit curationem. Et prima quidem ſpecies eas comprehendit febres, quae peculiariter acidorum vſum ſibi vindicant, ortas e. gr. ex peruerſo regimine vel medela, vel ex conſtitutione corporis laxa, exanthematibus et inflammationibus, ex contagio epidemico haud obortis, ſtipatas. Alteri ſpeciei, ex contagio epidemico profeſtae, ſine nimia virium deieſtione, ſeruiunt diaphoretica. Tertiam tandem ſpeciem ea febrium putridarum conditio conſtituet, vbi ex nimia contagii virulentia vires mox ita proſternuntur, vt excitantium ope natura ſit ſuffulcienda. p. 173.

*) v. de morb. endemic. p. 162.

Huc pertinet ea peſtis prophaſis, quam Noſter inferius neruoſis ſubordinauit febribus, nec non febres ex diſſolutione humorum cum ſubita proſtratione virium, praeterea et huc accerſendae ſunt febris carcerum Cl. PRINGLII, angina maligna Cl. FOTHERGILL, et febris flaua Americana Cl. HILLARY in ſtadio tertio.

p. 178. Sequuntur nunc ſpecies continentium putridarum, quae ſimplices et complicatae occurrunt. Difficultatem diuidendi complicatas ſentit hic Cl. Auctor. In introductione enim euictum eſt a Noſtro; ex vna eademque cauſſa materiali varia oriri phaenomena viceque verſa phaenomena facie conſimilia, a differenti cauſſa materiali produci poſſe. Huic rationi itaque harum febrium diuiſio eſt ſuperſtructa. Specialis febrium putridarum complicatarum character iis haud abſimilis eſt, quibus ſpecies febris inflammatoriae a natura inſigniuntur.

p. 189. Omnis omnino morbi exanthematici conditio et natura a ſolo contagio vel miaſmate haud pendet; ſed maior vel minor in corpore putredinis inde ortae gradus a varia aeris, ſoli et corporis conſtitutione producitur. Sunt interdum variolae e. gr. ſub earundem ingreſſu mox putridae, id quod Noſter a conſtitutione epidemica deriuat. Miliaria interdum liueſcunt cum oleoſo foetido ſudore, petechiis interſperſis. De febre bulloſa monet Noſter, ſe ſemel in puero, febre putrida correpto; tales veſiculas vidiſſe, vbi in pectore ſimul miliaria prorupta erant, atque veſiculae magnae, pure repletae, gradu tantum a miliaribus differre videbantur. An ergo haec febris cum illa vnam eandemque materiem pro cauſſa agnoſcit?

p. 195. Tum ſequuntur remittentes συνεχέες Graecorum ac primum quidem cum impuritate prima-

rum

rum viarum coniunctae. Alio enim atque alio modo colluuies materiae morboſae in primis viis, vel proprie ibi genita, vel ſaltem ortum inde ducens, imperium ſuum in febribus fouendis atque producendis exercet. Generatim ergo febres gaſtricae ita cum hac colluuie coniunctae ſunt, vt, niſi hac expurgata, ſymptomata non ceſſent. Atque inde gaſtricae a neruoſis differunt, in quibus haud raro bilis vel pituita etiam eſt euacuanda.

Vidit Cl. Auctor in infantibus ſcarlatinam fe- p. 226. brem magna cum ſaburrae primarum viarum copia coniunctam, quam ſemel etiam tumor ille leucophlegmaticus ſecutus eſt, quem Cl. PLENCIZ *) ad propria huius morbi ſymptomata numerat; quamuis eundem tumorem ſub febris miliaris eiusdem indolis decremento obſeruauerit, nec inde prorſus ad hunc morbum pertinere videatur.

Febres cum colluuie pituitae in primis viis, p. 243. quae ſubnectuntur tertio generi remittentium gaſtricarum, ſunt vel ſimplices, vel complicatae. Nec raro cum inflammatione locali ſunt coniunctae hae febres, quae ſtaſeos putridae indolem prae ſe ferunt. Atque in his Noſtro videtur humorum putredo cauſſa inflammationis praedisponens, pituita autem occaſionalis eſſe. Inflammationes enim non, niſi ſanguine disſoluto, apparuerunt, tunc forte pituitae quaedam copia haud ſoluitur, et ad loca deponitur, vbi poſtea inflammationis ſpeciem producit.

Ordo tertius ſiſtit febres atactas. Magna at- p. 266. que praeternaturalis partium irritabilitas et ſenſilitas. Febris exigua inordinata, nec continens, neque regulariter remittens. Symptomata neruoſa, nec inter ſe, neque cauſſis manifeſtis reſpon-

 dentia.

*) vid. comm. noſtr. Vol. XV. p. 137.

dentia. Febris haec ſub nomine febris neruoſae ſatis innoteſcit. Admodum autem difficilis huius febris determinatio ſpectatur, cuius ratio partim in tenebroſa neruorum cognitione, partim in eo latet, quod, ni fallitur Noſter, non ſatis bene hactenus medici hoc febrium genus ab aliis diſtinxerint. Inde et deriuanda eſt varia harum febrium apud Auctores idea. Referunt enim huc omnes febres, quae perturbant functiones, a neruis pendentes, vt febres bilioſae e gr. ſaepe faciunt. Quod ſi vero febris neruoſa a Noſtro, characteribus ſupra poſitis notata, nulla diatheſi humorum phlogiſtica vel putrida, nulla colluuie bilioſa vel pituitoſa in primis viis, nullis tandem viſcerum obſtructionibus vel exulcerationibus ſtipata, vel ſi adſunt, haud ita cum iis coniuncta, vt pro febris cauſſa materiali poſſint haberi: talem febrem ex atactarum numero eſſe, haud exigua probabilitate opinari poterit. Ipſa autem ratio, qua ipſa natura febris quodammodo diiudicari poteſt, obſeruatione phaenomenorum et effectuum medicamentorum conſentiente ſequens eſt: „Datur corporis conſtitutio, qua leuiſſimis cauſſis accedentibus phaenomena producuntur, quae alias grauiorem cauſſarum modum ad ſui exiſtentiam ſupponunt. Vbi ergo febris ſymptomatibus neruoſis ſtipata, nullam cauſſam ex iis manifeſtat, quae alias febres producere ſolent, vel quod idem eſt, ſi phaenomena cauſſis manifeſtis conſuetis haud reſpondent, ibi neruoſam vel atactam eſſe adfirmari debet.„ Ita vera eſt huius febris notio ac omnis confuſio Noſtro videtur vitata. Commemoratur et hic ad confirmandam hanc ipſam notionem febris neruoſae locus Cl. WHYTT *). Materialis cauſſa ergo huius febris maxima in neruoſi ſyſtematis praediſpoſitione

*) v. comm. noſtr. Vol. XVII. p. 223 ſeqq.

diſpoſitione cernitur et duplex deprehenditur eius conditio. Ac primum quidem ob peculiarem atque praeternaturalem irritabilitatem, dein ob ſingularem nonnunquam ſyſtematis neruoſi debilitatem. Vtrinque leuiſſima quaeque cauſſa motus irregulares poteſt producere. Ab vtraque cauſſa ordo harum febrium pariter, ac curatio pendet. Nimia enim neruorum irritabilitas et ſenſilitas magnusque inde circulationis orgaſmus, omnino temperantia his febribus propria poſtulant: nerui autem debilitas, ad materiei expulſionem praeſtandam impar, exigit roborantia et alexipharmaca. Proſunt interdum in his febribus euacuantia, ſed iis caute eſt vtendum, et fatetur Noſter: harum omnino febrium curationem nondum eſſe omnibus numeris abſolutam. Malignitas, quam nonnulli his febribus adſcribunt, non lubenter admitti poſſe Noſtro videtur. Diuiſio ex ſuperioribus *), vbi genera ataſtarum nominauimus, patebit. Sed haec haſtenus. Placuit nobis paullo accuratius hic verſari, ſperantibus, fore, vt ne diſpliceat noſtris Leſtoribus.

Primo conſiderat Noſter febrem acutam nervoſam ſporadicam, primum genus ataſtarum, eiusque ſymptomata, vt dolores artuum, praecordiorum, pulſus paruus, debilis, duriusculus, nunc celer, nunc tardus, lingua aſpera tremulaque, vox per interualla acutior vel ſubrauca, mittimus alia, enarrat. Species huius generis ſunt phrenitis, febris ſoporoſa, hydrophobia, febris neruoſa acuta puerperarum. p. 272.

Febris lenta neruoſa ſiſtit genus tertium ataſtarum, cuius conditio ea eſt. Videtur in ea ſingularis neruoſi ſyſtematis adeſſe debilitas, qua natura p. 284.

*) vid. ſupra p. 85.

tura ad cauſſam quandam occaſionalem internam expellendam, in ſana conſtitutione mox ſubigendam, non ſufficit, et ſic materies ad partes nobiliores metaſtatice defertur, vel ibidem ſenſim accumulatur ſummo cum periculo, et, niſi vera criſis accedat, mors certa imminet. Locale vitium internum Noſter non admittit in his febribus. Pituita et omnis omnino colluuies primarum viarum potius videtur huius febris effectum, quam cauſſa. Nonnunquam materiem arthriticam cauſſam huius febris occaſionalem praebere, obſeruatio quaedam, quam hic tradit, Noſtrum docuit. Omnino autem putat cauſſam occaſionalem febrium harum non ſemper eſſe vnam eandemque, ſed pro indiuiduorum ratione admodum variare, et nos plerumque latere. Quapropter cupit obſervationes, quibus haec diuerſitas cauſſae euceſcet. Inde et curatio alio atque alio modo eſt dirigenda. Omnino autem hic Noſter monet, mox in initio roborantia mere adſtringentia haud prodeſſe, quoniam materiei exitum prohibeant, illudque exemplo illuſtrat.

p. 300. De intermittentium febrium natura medici multum disputant, nec non de earum cauſſis, hic a Noſtro recenſitis. Cl. Auctoris autem ſententia, quae maxima ei videtur gaudere probabilitate, eo redit, vt haec conditio aut qualitas, qua colluuiei pars ad febrem intermittentem producendam apta redditur atque ſanguini admiſcetur, in peculiari ſyſtematis neruoſi conditione lateat. Faciunt ad hanc ſententiam corroborandam Auctorum obſervationes: ab intempeſtiuo purgantium vſu facillime febrem recidiuam oriri; roborantia, purgationem ſi producunt, curationem haud perficere; et vomitoria, ſi per aluum effectum edunt, febrim protrahere.

protrahere. Morboſa itaque quaedam neruorum irritabilitas primariam inuoluit febris rationem. Deinde accedit magnum animi commotionum in producendis febribus intermittentibus imperium, nec minus illuſtratur atque confirmatur haec Noſtri ſententia vſu corticis Peruuiani, neruini remedii, et intermittentibus febribus pariter, ac omnibus periodicis morbis maxime congrui. Proxime accedit Noſtri ſententia Ill. VAN SWIETEN *). Item Cl. WHYTT quaerit: an forte tantummodo nerui primarum viarum ſint vitiati? Cl. SENAC **) autem negat, hanc neruorum cooperationem in febribus intermittentibus, quum in mali hyſterici ad febres intermittentes comparatione nullam deprehendat ſimilitudinem. Sed nec malum hyſtericum, nec vlla alia neruorum laeſio, cum ea in febribus intermittentibus gaudet affinitate. Neque haec neruorum mala conditio per ſe naturam febris conſtituit; ſed alia adhuc cauſſa adeſſe debet, quae in huius neruorum morboſae conditionis connubio, cauſſam demum febris materialem exhibet. Cauſſa ergo praediſponens febrium intermittentium ſemper eadem eſt; occaſionalis vero diuerſa: inde et venit varia earum atque interdum adeo complicata ratio, quam Noſter nunc ſequitur in generibus conſtituendis, ſpeciebusque ſubiungendis. Generibus ſupra ***) communicatis, breuitatis noſtrae ergo, ſpecies eorum, vti per totam huius libri relationem facere debuimus, et hic nobis ſunt mittendae.

Nec amplius nobisque et forte quoque Lectoribus carius habemus, quod Cl. Auctori optemus,

 quam

*) v. comm. in aphor. BOERHAAVII Tom. II. §. 757.
**) de recondita febr. intermitt. tum remittent. natura cet. v. comm. noſtr. Vol. VIII. p. 613.
***) v. p. 79.

quam vt vires ſanitatemque plenam impertiatur ei ſummum Numen in opere hoc, quod vult, continuando, cuius ambitum et grauitatem aeque perſpicimus, ac Cl. Auctor iam intellexit et inpoſterum praeuidet. Reſtant praeterea morbi, proxime ad febres accedentes, quos, cum nulla ratione febribus accenſeri poſſint, primo inpoſterum ſubiungere conſtituit.

XI.

Eſſais ou reflexions intéreſſantes relatives à la chymie, la médécine, l'économie & le commerce; avec une diſſertation ſur la queſtion: Si les cauſes des maladies de l'ame & des nerfs ont toujours leur ſiege dans le cerveau? par OTH. GVIL. STRUVE, medic. prâtic. membre ordin. de la ſocieté économique de Lauſanne cet. à Lauſanne, chez Franc. Graſſet & comp. 1772. 8. pagg. 223. cum praefatione.

i. e.

Commentationes chemiam, medicinam, oeconomiam et commercium ſpectantes, cum adiecta disquiſitione quaeſtionis: num animi neruorumque morborum cauſſae ſemper ex encephalo deriuandae ſint? Auct. OTTONE WILHELMO STRVVE.

Quae hic offertur collectio paullo ante idiomate Teutonico communicata *) iam vero denuo digeſta valdeque emendata et adaucta, quinque partibus conſtat. Diſſeritur enim 1. de natura aquae vitae, ex preſſis vuis factae. Traduntur deinde epitome rerum, ad oeconomiam et ſalutem publicam ſpectan-

*) vid. comm. noſtr. Vol. XIX. p. 732.

ſpectantium. Tertio tentamen lectionum chemicarum, oeconomiae, artibus ac ſcientiis propriarum. Quarto communicatio duorum ſpecificorum antepilepticorum remediorum, et in ſcrophulis ſalutarium. Quinto noua methodus epilepſiae morbisque neruoſis medendi; et ſexto denique quaeſtio, ſupra allegata, examinatur. Noſter prouinciae, Vaudum dictae, (*Vaud*) incola, cum ea vuis abundet, in quaeſtionem, ab aliis propoſitam: num aqua vitae, ex vuis preſſis parata, ſanitati noceat, quippe quae ſalutem eius prouinciae ſpectare videatur, paulo fuſius inquirit. Non hic de vario modo parandi, non de corporibus, ex quibus paratur, variis, non denique de Cl. Auctoris rationibus, quae incolas ad eius praeparationem, hactenus neglectam, inuitent, dicemus.

Praemiſſa definitione ſpiritus vini, ad partes p. 8. eius conſtitutiuas phlogiſton, acidum et phlegma refert; oleum vero aethereum, ex tribus his compoſitum, non eſſentiale, ſed accidentale omnino eſſe principium: haec et noſtro liquori ineſſe analyſis chemica docet; oleoſum et reſinoſum, guſtui non ita gratum, ex pedunculis vuarum (*grappes*) provenire. Nec aquam vitae ex duobus his principiis p. 12. ſanitati nocere, patet 1. quod vina potiſſima rubra, quae multum oleoſi et reſinoſi, cum vuae ſimul cum pedunculis premantur, in ſe continent, bona ſint cardiaca, nec vllo modo ſanitati nocitura; 2. quod ex vuis preſſis potus acidiuſculus, acris et vinoſus *de la pinguette* dictus, paretur, quo vinarii ad roborandum et refrigerandum admodum copioſe vtantur, nec vllum inde percipiant incommodum; 3. quod denique oleoſum hoc et reſinoſum principium deſtillatione ſeparatum, corporique, vt remedium internum, applicatum, nullum produxerit nocumentum. Accedit et hoc, quod iſte liquor ſpi-

ritu vini vulgari in variis experimentis chemicis v. c. naphthae, liquoris anodyni, aquae vulnerariae, non minus, quam in arte pictoria cet. multum prae-
p. 19. ſtet. Ex calculo, de numis, qui quotannis ad ſpiritum vini ex aliis prouinciis huc transportandum impenduntur, et ex commodo, quod in incolas ex eius praeparatione redundaret, videmus 480000 florenos quouis anno in prouincia hac ſeruari poſſe.

p. 21. Panem non iuſte eleuatum, affuſo pauxillo huius liquoris in paſtam, optime correxit: non minorem vſum praeſtat in placentis, fermentatione ſpi-
p. 24. rituoſa et acida. Ex vuis denique preſſis calcinatis in vicinia Moeni celebre illud pigmentum, *ſin noir d'Allemague* dictum paratur, et per totam Germaniam diſtribuitur. Qui itaque aſſerunt, pigmentum illud ex fecibus vini (*la lie de vin*) calcinatis parari, valde falluntur.

p. 26. Querelas mouet Noſter in ſectione altera de non adhibita ſolertia incolarum in attendendis bonis, quae natura ipſis ex cultura ſoli laeti offert. Multa enim producta, quae ex aliis prouinciis magno ſumptu apportantur, paruo labore hic ſubſtitui poſſunt. Charta e. gr. impreſſoria, nitrum, calx, ligna, lithanthraces cet. ex liberali eiusdem prouinciae ſoli penu commode peti poſſunt. Ex productis porro naturae variae compoſitiones ef-
p. 37. formandae ſunt. Sic e gr. Noſter materiam compoſuit, cerae, ex qua cerei efformantur, ſimilem, minimo quidem pretio. Pigmentum deinde caeruleum, linteis tingendis idoneum, ſmaltoque multo praeſtantius, communicaturus eſt. Ex caſtaneis denique ſylueſtribus, vulgo parui habitis, ſpiritum et acetum, iuſta adhibita attentione produxit; maior

ior exinde redundans vtilitas in glutine admodum vtili cernitur.

Neglectum queritur in ſectione tertia chemiae ſtudium, quippe ex cuius fonte multa in ſalutem publicam poſſent hauriri commoda. Fructus, quos haud vulgares oeconomia ex chemia percipere poſſit, fuſius recenſet. Proponit porro ordinem, quo in tota pertractanda chemia per plures annos vſus ſit, et quem ab aliis vix diuerſum inuenimus, niſi, vt omnes operationes omnesque proceſſus ad vſum oeconomicum, quatenus commodum huius prouinciae ſpectet, reducat. Praemiſſis itaque quatuor elementis, eorumque vſu oeconomico demonſtrato, quamlibet operationem chemicam, qua ratione vſui oeconomico reſpondeat, percurrit. Hinc viginti tribus operationibus a ſolutione ad reductionem vsque tria regna perluſtrat, et quo modo eaedem ad ſalutem publicam vſumque oeconomicum applicandae ſint, ſtudioſius exponit. p. 40.

Chemia oeconomica hactenus perluſtrata, iam, cum vbique ſalutem Noſter publicam curae cordique habeat, pharmaceuticam eam, quatenus bona medicamenta, quae ſanitatem amiſſam reſtaurent, exhibeat, conſideraturus videtur. Duos itaque morbos, ſcandala medicorum dictos, obſtructiones nimirum glandularum (*ècrouelles*) et epilepſiam, incolis iſtis haud infrequentes, quibus, cum nulli hactenus remedio, ab aliis iisque celebribus practicis hic commendato, euentus reſponderit, vera ſpecifica, quae ex chemia hauſiſſe aſſerit, opponit, quibus funeſtos hos morbos radicitus ſuſtuliſſe multis allatis exemplis teſtatur. Quo vero multas incolae Noſtro pro egregio ſuo in ipſorum ſalutem animo habebant gratias; eo maiores nos ipſi haberemus, ſi ſpecifica iſta medicamenta, cui maximas p. 112.

mas laudes tribuit, non, vt arcanum, celare, ſed, laudabili aliorum exemplo, nobis quoque communicare ipſi libuiſſet. Liquor aqueus illi, pilulae huic mederi dicuntur.

p. 145. Conſtituit ſecum Cl. Auctor, peculiari ſcripto, cuius diſpoſitionem hic infert, epilepſiam dirum hoc malum, paullo curatius inueſtigare, et in eius cauſſas, ſymptomata et methodum medendi inquirere: quam cum ipſo Auctore hic communicamus. Totum ſcriptum tredecim capitibus conſtabit: Pertractabitur in primo hiſtoria morbi: agetur in altero de eius natura, ſede, et de partibus corporis praecipue in eo affectis: tertium introitum ad hunc morbum monſtrabit, ſuſcipiet et quartum ſtudioſius examen variarum eiusdem morbi cauſſarum, graduum eius diuerſitatumque. In quinto affinitatem, quae huic cum aliis morbis intercedit, vel vbi vere cum aliis complicatus ſit, demonſtrabit. Sextum offeret ſigna diagnoſtica morbi et paroxyſmi imminentis vel abſoluti. Cauſſae praedisponentes in ſeptimo exponentur: declarabit octauum, in quo omnes huius morbi ſpecies conueniant. Vere ſpecifica in nono, et ſatis probata remedia omnino indagari poſſe probabitur: et ſic in decimo certitudinem eius antepileptici medicamenti, quod multis tentaminibus probatum inuenit, teſtabitur. Quae omnia ad declarationem eius efficaciae neceſſaria ſint, in vndecimo allegabit. Modum eius applicandi duodecimum, et decimum denique tertium bonitatem eius, multis exemplis ſimul adducendis, explicabunt.

p. 149. Soluitur tandem in ſectione ſexta quaeſtio, in fronte libri allegata. Videmus ex hac diſputatione, ſedem variorum morborum neruoſorum a Cl. Auctore

Auctore in primis viis ſigi, quibus etiam iuſtis remediis purgatis, ſublata cauſſa, effectum vel morbum ſymptomaticum in cerebro tollendum eſſe. Omnino hic, quae Auctor de intimo et ſatis conſpicuo encephalum inter et infimum ventrem conſenſu diſſerit, aequo accipimus animo: concedimus ipſi porro, non ſemper vbiuis ad primariam cauſſam, omni adhibito ſtudio, examineque iuſte inſtituto perueniri poſſe, vel, hac etiam detecta, ad aliam remotiorem vel effectum magis vrgentem interdum regrediendum eſſe; caput vero ad vitam p. 150. non abſolute neceſſarium eſſe, quis eſt, quin dubitet? Quae porro de variis morbis, quos percurrit, vbi encephalum in conſenſum trahitur, aſſerit, ſemper fere primas vias accuſandas eſſe, lubentiſſime probatur. Experientia enim conſtat, malum hypochondriacum, quam vehementiſſime etiam encephalum afficiat, vt plurimum ex primis viis male conſtitutis oriri, quamuis etiam nimiam animi contentionem multum hic conferre poſſe non neget. Valet et hoc de mania, melancholia, deliriis, phrenitide cet. quae plerumque, primis viis liberatis, egregie curantur*). Verbo in omnibus eiusmodi morbis, qui encephalo vel animo tribuuntur, non magis ad ipſum cerebrum, quam primas vias reſpiciendum eſſe. Vinculum enim animi cum abdomine ita arctum eſſe, vt neutrum a vexatione alterius liberum ſit. Quos porro examinat morbos, et ex theſi ſua explicat, praeterimus, cum ex iis iam intelligatur, quae ſit idea Cl Auctoris. Aphoriſmum denique, quem ex dictis poſuit, adiicie- p. 213. mus: *Morborum animi, neruorumque ſedem non ſemper in encephalo, ſed fontem eorum vtplurimum in abdomine quaerendum eſſe: hoc vero emendato correctoque, methodum medendi et iuſtiorem et curationem certiorem fore.*

*) IVNCKER conſp. medic. p. 933 ſeq.

XII.

RICHARDI MEAD monita et praecepta medica permultis notationibus et obſeruationibus illuſtrata. Auctore CLIFTON WINTRINGHAM. Lugd. Batau. ex officina Haakiana 1773. 8 mai. pag. 231. praeter praefat.

Monita haec Cl. MEAD, quorum non nuper fecimus mentionem *) variis obſeruationibus illuſtrare, confirmare augereque eſt Cl. WINTRINGHAM conſilium. Non vanas aut fictas morborum ſpecies, non aegrorum ſomnia Lectori promittit, ſed ſymptomata et ſigna cum cauſſis, pauca quidem et ſimpliciſſima; attamen vera, et vti aſſerit, ad lectulum aegri maximam partem delineata, praxi ſua, nulloque theoriae cuiuslibet reſpectu habito, ſtabilita. Breuitati praeterea ſtuduit Cl. Auctor, et ideo Noſter quoque aliquo loco de obſcuritate ex ſtudio breuitatis timet, vbi et pollicetur, ſe iterum vulgaturum eſſe et aucturum aliud opus Cl. MEAD **), quo agitur de variolis et morbillis, ibique de malignis febribus, ex putrido fomite ortis, ſimul diſputaturum. Vt itaque intelligant Lectores, num id praeſtiterit Cl. Auctor, quod eſt pollicitus, quaedam pro more noſtro exempli loco cum iis communicemus.

p. 18. Dicit hic potiſſimum contra inutiles diſtinctiones pleuritidis et affirmat Cl. Auctor, rariſſime affici ſolam pleuram, longe frequentius muſculos intercoſtales. Id quod, a dolore, quoties aer ſpiritu ductus eſt, valde aucto et cadauerum diſſectione confirmatum habet. Tota res redit ad gradum inflammatio-

*) v. comm. noſtr. Vol. I. p. 555.

**) v. EIVSD. the medical works Lond. 1762. 4 mai. p. 299. comm. noſtr. Vol. XV. p. 698.

flammationis et doloris, et ad vtrumque tam in pleuritide, quam in aliis inflammationibus ſedulo attendendum monet. Venaeſectionem itaque in pleuritide vere inflammata ſuadet largam ad ſigna prima defectus animi vsque, et pro gradu mali repetitam. Attendit praeterea ad deriuationem et reuulſionem in vena ſecanda et vult ſaphaenam potius eligere, quam brachii venam in pleuritide, aut primo venam medianam, baſilicam, aut cephalicam incidere, dein ex ſaphaena ſanguinem educere. Ita dolorum maius expertus eſt lenimen in aegris, quam ſi in brachio modo vena eſt ſecta. Veſicatoria nihil iuuant, ſine praemiſſis venaeſectionibus. Inflammatione remittente vrget laxantia.

Dum de febribus intermittentibus agit, rhabarbari et corticis Peruuiani virtutes vnitas meritoque a Cl. MEAD laudatas ſpem eluſiſſe in curatione harum febrium aſſerit, atque ita pergit: „cum in tali igitur loco res ſit, experientia comprobaui, vt ad omnes rhabarbari partes feliciter valeret maſſa, quae habet pilul. RVFI, cinnab. antimon. a ℥ß. ſapon. amygdal. ℥jß. ſyr. croc. q. ſ. M. F. Maſſa, cuius exhibeantur pro re nata viginti vel triginta grana.„ p. 26.

Apoplexiam dum conſiderat Noſter, amandat Lectores ad Cl. THOMAM LAWRENCE *), qui hac de re egit, et quaedam modo vſu explorata hic addit. Apoplexiam diuidit in ſanguineam et pituitoſam, licet haec diuiſio ipſi non perfecta videatur, in praxi tamen non mittenda. p. 41.

In menſtruis ciendis laudatur a Noſtro borax, qui cum attenuantibus, calefacientibus, refrigerantibus p. 60.

*) V. EIVSDEM praelectiones medic. XV. Lond. 1757. 8. c. f. p. 54 et 55. comm. noſtr. prim. decad. ſupplem. IV. p. 712.

tibus et reſoluentibus remediis, pro habituum differentia commode dari poteſt.

p. 83. Incraſſantia Noſter laudat in angina inflammatoria. Humores enim acres tum diluunt et obtundunt, tum acidis aſſumendis, quae in his febribus inflammatoriis neceſſario requiruntur, optimum praebent auxilium, ne eorum vſu nimis ſtimulentur inteſtina. Accedit et hoc, quod, adhibitis ſimul incraſſantibus, maior copia acidorum poſſit exhiberi.

p. 117. In dyſenteria, torminibus pacatis, et fecibus indolis melioris more naturali ſimul egeſtis, ne reuertatur morbus, ſuadet Noſter leniſſima adſtringentia, amara, aromatica et balſamica, interpoſito laxante leni, eiusque effectu praeſtito, exhibet modicam anodyni portionem Noſter cum ſucceſſu. Inter haec remedia electuarium e ſcordio, puluis e bolo, compoſitus cum opio, vel ſimplex, cinnamomum, *coneſſi*, ſimaruba, cortex Peruuianus, radix columba, quaſſiae, rheum, lignum tinctorum Campechenſe, balſamum Gileadenſe, balſamum anodynum prae aliis laudantur a Noſtro. Horum enim remediorum vſu neglecto, dyſenteria facile fit chronica, quid, quod demum letalis. Saniem Noſter in inteſtinis reperit in militibus, hoc morbo peremtis.

p. 133. Hydrops ouariorum dignoſci poteſt ab aſcite et tympanite, quorum morborum coniunctionem fere ſemper vrget Cl. Auctor, duritie et inaequalitate tumoris, inferiorem abdominis regionem occupantis, quippe in aliis tumor aequalis eſt.

p. 134. Secta cadauera, morbo languido morientia, cerebrum, pericardium, peritoneum, abdomen aut viſcera nonnulla et vaſa adipoſa cet. aqua redundare

dare monſtrant; morbo acuto autem exanimati, ſeu telo, aut vulnere abacti aqua liberas has partes oſtendunt. Inde ſuſpicatur Noſter, vires exhalantes aegre culpandas eſſe hac in re, multo potius vires abſorbentes, quae deficere ſolent ſaepiſſime. Id quod ei vtile in praxi videtur.

Sitis ingens in hydrope mali admodum eſt ominis, quippe quae ſanguinem aquoſa parte priuatum et humorum ſtagnantium putredinem prodit, nec vnquam ſanatur aeger, hoc ſymptomate vrgente. p. 138.

Icterum certe iuuant ſerum lactis et ſucci vegetabiles lacteſcentes, tempore verno cum ſapone Veneto aut amygdalino ſumti. p. 144.

Noſtro probabile videtur calculum renalem ſaepe, niſi ſemper, ex rupta arteriola guttas aliquas ſanguinis emittente, quibus materia vrinae lapidea aut terrena euadat agglutinata et concreta, inprimis oriri; fracto enim omni calculo, apparet in eius centro macula rubra aut fuſca. Hanc ſententiam confirmant corpora peregrina in corpus miſſa et incruſtata, experimentumque Nuckianum. p. 147.

In vſu fuit Noſtro, locis pone aures maxime commodis inurere cutim cauſtico medicamento in quampluribus oculorum morbis et in ipſa gutta ſerena inſigni cum fructu, ob iter rami arteriae carotidis ad ipſum oculi globum. Caute autem hic eſt verſandum, ne ob nimium humorum affluxum, eorumque ſtagnationem in interſtitiis muſculorum exiguorum ſinus, fiſtulae cet. oboriantur. p. 156.

De ſingulari virtute liquoris hepatis piſcis, muſtelae fluuiatilis, in oculorum maculis et albugine amandat Lectores Noſter ad Cl. DE HAEN. p. 158.

p. 158. Vt aliquod de nocentibus odorum viribus vtile habeatur iudicium, huiusmodi effluuia ad tria genera Cl. Auctor refert: primum nimirum pertinet ad ea, quae ex vegetabilium fermentatione aut corruptione ſunt deriuanda; alterum eſt ex putredine animalium, et tertium, ex quorundam mineralium exhalatione ortum ducit. Veriſimillimum enim videtur, quamplurimas febres epidemice graſſantes, ſicut miliares, petechiales, putridas et peſtilentiales, nec non permultos morbos colicae, hypochondriacae, hyſtericae et ſcorbuticae naturae, quibusdam ex praedictis cauſſis, nunc ſeorſim, nunc coniunctim agentibus, omnino adſcribi debere.

p. 183. In malo hypochondriaco reſpicit Noſter ſedulo ad lienis, indeque et ad hepatis, quoniam bili praeparandae et ſecernendae inprimis inſeruit lien, imbecillitatem, ſeu aliam atque aliam morboſam indolem. Vultus pallor lienis obſtructionem veriſimillime prodit. Qui pancreas et lienem infarcta habent, ii copioſum ſputum edere ſolent. In vaſis meſentericis et hepaticis, quae ceteris ſunt debiliora, inprimis mali hypochondriaci ſedes eſt. In curatione huius mali attendit Noſter indolem praedominantis acrimoniae e. gr. acidum cum lentore, alcali glutinoſum cet. et ita dirigit curationem.

p. 210. In fluore albo ſuadet Noſter iniectiones vterinas ex terebinthina Veneta, vitello ouorum, aqua calcis ſimplici, vel aqua aluminoſa Bateana, vel aqua ferraria; et disſuadet opium.

p. 212. Hyſtericum morbum valde affinem iudicat Cl. Auctor morbo hypochondriaco, et ſexus conſtitutioni et fabricae potius tribui debere differentiam, quam morbi naturae et generi aſſerit.

XIII. GEOR-

XIII.

GEORGE WILHELM STEINS, *der Arzneygelahrheit Doctors und hochfürſtlich Heſſiſchen Hofmedici, der Arzney, Wundarzney, und Entbindungskunſt O. O. Lehrers am Collegio Carolino, des Collegii medici zu Caſſel, der fürſtlich Heſſiſchen Academie der Wiſſenſchaften zu Gießen und der Holländiſchen Geſellſchaft der Wiſſenſchaften zu Harlem Mitglieds, kurze Beſchreibung einer Bruſt- oder Milchpumpe, ſammt der Anweiſung zu deren vortheilhaften Gebrauch bey Schwangern und Kindbetterinnen. Mit einem Kupfer. Nebſt der Anzeige ſeiner Vorleſungen über die Chirurgie und Entbindungskunſt. Caſſel, gedruckt bey Heinrich Schmiedt* 1773. 4. *Seiten.*

i. e.

Breuis deſcriptio antliae lacteae ſeu mammalis, cum vtilitate eius in grauidarum et puerperarum circa mammas moleſtiis. Auctore Cl. GEORGIO GVILIELMO STEIN.

Hoc inſtrumentum, vti ex icone addita clarius patet, conſtat ex cylindro cauo, embolo cum valuulis elaſticis (*Ventilen*), porro obice (*Schließhahn*), duobus recipientibus et claue inſtrumenti. Omnes hae partes et ſingulae in tabula addita ſunt repraeſentatae: cum vero ſine iconibus iuſta inſtrumenti huius ſimplicitas aegre queat intelligi, vlteriori eius deſcriptioni ſuperſedeamus, et vſum eius hic modo breuiter videamus, quem non paruum eſſe iudicamus. p. 7.

Vaſa lactea aperienda et papillae ſunt prolongandae in grauidis et puerperis. Eo conſilio applicat Noſter ante partum per quatuordecim dies p. 13.

bis terue de die ſuum inſtrumentum in primiparis, in puerperis vero poſt partum, et praefert hunc ſuum modum Cl. Auctor omnibus hactenus ſolemnibus. Coloſtrum a Noſtro per inſtrumentum potius educitur, quam vt ſuadeat neonatis, ob tormina et borborygmos ſaepenumero infantibus maxime fatales, per coloſtrum obortos, iisque offert tutius et facilius ſyrupum laxantem. Ne porro inſtinctus ſugendi in neonatis pereat, machinas ſugendi, quibus infans interea nutritur, impletas tenui iuſculo ex fagopyro cet. proponit. Atque ita papillae laeſiones variae, mammarum tumores, dolores, ſcirrhi, abſceſſus, aliique morbi, quin imo ipſa febris lactea optime euitari poſſunt.

p. 16. His malis vero vel praeſentibus hoc ipſum inſtrumentum non vtilitate deſtitutum Noſter intellexit. Cataplaſmate enim emolliente antea adhibito, lac corruptum reſoluitur, per inſtrumentum elicitur, et ſic tumor, dolor, ſcirrhi mammarum et febris ceſſarunt. Papillas laeſas non facilius curauit, quam applicatione huius inſtrumenti, quod loco recens nati lac eduxit. Interdum ſuctione laeſas papillas praeterea iuuit ſpiritu lauendulae, poſt applicationem machinae adhibito externe. Pariter hoc inſtrumentum ſuadet nutricibus loco infantis ad lac conſeruandum, ſeu tum, cum terrore perculſae, ſeu bile motae nolunt mammas praebere infanti cet.

p. 17. Iuuat et hoc inſtrumentum non minus eas mammas, quae iuſta lactis copia indigeant, dum illud affluxum lactis promouet. Eſt porro maximae vtilitatis in morbis, qui ex aberratione lactis oboriri ſolent, ſaepeque latent, nec raro letales occurrunt, quos non minus arcet.

Tandem

Tandem commendat quoque hanc machinam ad lac ſugendum ex mammis neonatorum, qui ſaepe ex hac parte patiuntur, neglecto lactis effluxu. Poteſt et hoc inſtrumentum in auxilium quidem vocari in fetubus debilibus, qui vitam non plenam habere videntur; attamen hic praefert Cl. Auctor clyſmata ex nicotiana, cui vſui pariter haec machina eſt adaptata. Meretur enim omnino praeter hanc vtilitatem, in grauidis et puerperis attentionem propter alios vſus hoc inſtrumentum, quos, eo facili perquam et ſimplici ratione mutato, praeſtat. p. 18.

Vulgauit hoc *I. C. Breithaupt* mechanicus, ſecundum Cl. STEIN voluntatem in peculiari relatione*). Adaptatum nempe eſt hoc inſtrumentum a *Breithauptio* ad pus ſugendum, ex aliis vulneribus, ad iniectiones chirurgicas, ad clyſteres tum vulgares, quam vterinos, et, vti retulimus, ad fumum nicotianae cum inteſtino recto communicandum, et ad ſcarificationem inſtituendam, ſine aere per flammulam lampadis rarefacto.

XIV.

Noua acta phyſico medica academiae Caeſareae Leopoldino Carolinae Naturae curioſorum Tom. IV. Accedit appendix et tab. aen. IX. Norimberg. impenſis Wolfgangi Schwarzkopfii 1770. 4. pagg. 628. cum appendice, praeter indicem et catalogum ſociorum.

Quemadmodum praecipua tantum momenta ex tertio horum actorum tomo enarrauimus

*) *Nachricht zum Gebrauche des übrigen Apparats der von dem Herrn Profeſſor* STEIN *zu Caſſel beſchriebenen Bruſt- oder Milchpumpe. Caſſel im Monat December* 1773.

mus *), ſic in quarto, iam cum Lectoribus noſtris communicando, eadem ratione verſabimur. Ac primum quidem agitur:

p. 1. 1) *De paralytico non ſanato;* Auctore IO. IAC. RITTER. Erat iuuenis, gibboſus, debilis et ſemper ſaepeque morbis obnoxius. Praeterea manuſtuprationis ſibi contraxit damna et inde procul dubio maximam partem huic paralyſi non ſolum dedit occaſionem, ſed eam etiam inſanabilem reddidit. Ac primum quidem debilitatem pollicis et indicis dextrae manus cum frigore ſentiebat. Dein oeſophagus paralytice afficiebatur et ſic ſubinde alterum latus et fere totum corpus ita, vt ne ani quidem muſculi immunes eſſent, cum plena actionum animalium abolitione, quoad internos ſenſus. Praeterea accedebant haemorrhoides coecae, aliaque varia ſuperueniebant ſymptomata, quae autem hic aeque, ac remedia, ad hanc paralyſin reſuſcitandam fruſtra tentata, cum variis obſeruationibus et annotationibus a Noſtro hic additis, non poſſunt recenſeri. Epicriſis a Noſtro addita ſicce habet: „Partes laeſas, plures ſimul eodem vitio laeſas, ſcientiam muſculorum neruorum, horum vnitionem, originem, diſperſus, cognitionem functionum ab vnoquoque horum pendentium (cauſſas praegreſſas, iuvantia et nocentia) inter ſe comparanti, docent ſedem mali (vt cum BOERHAAVIO **) loquar), vt et cuius culpa? noſtro ſubiecto inſanabilitatem.„

p. 21. 2) *De ingenti aneuryſmate aortae exterius diſrupto.* Auctore EDVARDO SANDIFORT. Erat ab initio 1764 tumor in dextro latere pectoris, in dies auctus: in viro 54 annorum, cauſſam huius tumoris prorſus ignorante. Medicus, qui hunc tumorem

*) v. comm. noſtr. Vol. XVIII. p. 317

**) aphor. de cognoſc. et curand. morb. §. 1070.

tumorem oui gallinacei magnitudine inueniebat, aneuryſma eſſe intelligebat et venaeſectione, lenique compreſſione vtebatur. Ob aſthma autem vltra ſex dies compreſſionem non ferre potuit aeger, aucta valde anxietate. A martio vsque ad octobrem nihil contra hunc tumorem molitus eſt, vsque dum duas maculas detexit in eo. Tum Noſter accerſitus inuenit aegrum anxium aſthmaticum, valide tuſſientem, qui ſupinum ſitum, quem optimum inuenit, elegerat. Pulſus erat debilis quidem, attamen regularis. Tumor horribilis, inaequalis, durus, dolens, duobus in locis valde tenuis, nec vllo modo compreſſionem permittebat. Pulſatio fortis, viſibilis, ſynchrona pulſui arteriae, in carpo explorari ſolitae. Extendebat ſeſe tumor a latere dextro ſiniſtrorſum vltra os pectoris, a parte ſuperiore duorum digitorum latitudine a clauicula diſtans, ab inferiore vsque ad papillam dextram ſeſe extendens; circumferentiam habens 21¾ pollicum Rhenolandicorum, 10¼ latus altusque. Maculae erant liuidae gangraenoſae, ſanguinem et pus monſtrantes et apparebant quoque plures. Cl. SANDIFORT, cum illud aneuryſma ex cauitate pectoris oriri intelligeret, prognoſin letalem et ſolummodo de impedienda diſtenſione vlteriore hic meditandum eſſe affirmabat. Venaeſectionem et accuratiſſimam diaetam ceterum hic Noſter laudat cum aliis. Vena autem non potuit ſecari hic ob ſummam imbecillitatem ex ſanguine iam euacuato, et ob timorem, ruptionem aneuryſmatis accelerandi per venaeſectionem. Atque ita miſere ſe habebat aeger vsque ad 12 octobris, pulſatione tumoris quotidie minore et extenuatione maiore multis in locis, ita vt ſanguis transſudaret, ob polypoſam, vti videtur Noſtro, in eo concretionem. Tarde quoque moriebatur aeger, quoniam poly-

 poſus

poſus ſanguis ſubitam euacuationem ſanguinis impediebat.

p. 28. Cadauere aperto, ſaccus aneuryſmatis tenuiſſimus erat et vno in loco disruptus. Quo inciſo, ſanguinis polypoſi certe tres librae inueniebantur, eoque euacuato, apparuit aneuryſma, quod, inter ſecundam et tertiam veram ſupremam coſtam ex parte anteriore dextra aortae ortum, in ipſum ventriculum cordis ſiniſtrum penetrabat. Quapropter et Noſter thoracem aperiit, et aneuryſmatis originem declarauit, quod concretum erat cum variis partibus, oſſeasque habebat eminentias cariemque induerat coſtis. Reliquas notatu dignas res mittimus hocque vnum addimus, iconem a Noſtro eſſe adiectam, qua hoc aneuryſma ante et poſt mortem eſt delineatum.

p. 34. 4) *Partus gemellorum, quorum prior faciliime, alter in ſitu praeternaturali, vi dolorum tamen excluſus eſt*; Auctore EODEM. Alterius ſitus cernebatur ita, vt brachia intraſſent cum funiculis et pectus occluderet introitum. Verſione fruſtra tentata, Noſter meditatus de auxilio, fetum mortuum vehementi niſu expreſſum vidit ante ſe iacentem. Nimis commotus non attendit ad receſſum oſſium pubis. Ceterum adſcribit hunc irregularem partum extraordinariae capacitati oſſium peluis parturientis.

p. 35. 5) *Partus forcipe terminatus*; Auctore EODEM. Venter praeter modum diſtentus et quaſi in duo hemiſphaeria ſulco ad ductum fere lineae albae diviſus, pedes quoque ad genitalia vsque tumidi, plerumque pro certiſſimis habentur gemellorum ſignis. Nihilominus in hoc caſu, vbi omnia haec ſigna aderant, vnus modo apparebat fetus, et tumorem formabat

formabat in hypochondrio dextro, placenta ibidem accreta. Inde audet Noſter affirmare, nulla eſſe gemellorum certa ſigna. Puella a Noſtro feliciter extracta forcipe, vegeta ſatis erat. Placentam vero ab vtero liberauit et eduxit.

6) *Aſthma periodicum ſiccum;* Auctore IO. AVG. PHILIPP. GESNERO. Textor aliquot ſupra viginti annos natus, quotidie a meridie hora prima adeo difficulter reſpirabat, vt negotia ſua ſubire nequiret. Eodem tempore et interdum mane vel ante meridiem moleſtam in faucibus ſenſationem, hyſtericarum feminarum in modum, percipiebat. Aſthma praeterea erat ſiccum, ſubito aegrum inuadens, tuſſis aeque ſicca, pulſus naturalis, nec conuellebatur pectus. Ceterum omnes actiones bene ſeſe habebant. Aſthma hoc cohibitum eſt cortice Peruuiano, qui tormina huic aegro excitauit, et ſepoſito cortice, aſthma recrudeſcebat. Lumbricis nonnullis euacuatis cum ſaburra primarum viarum, demum cortex prorſus hoc malum ſuſtulit. Senſatio autem faucium oxymelle ſcillitico et ſulphure antimonii aurato poſt ſputa copioſiſſima eaque tenaciſſima eſt deleta. p. 37.

9) *De procidentia vaginae vteri;* Auctore STEPHAN. WESZPREMI. Erat totalis vaginae vterinae procidentia cum plena eiusdem inuerſione et ſimul etiam vteri deſcenſu, ſed absque illius inuerſione et prolapſu. Nam is vltra et extra vaginam non erat propulſus, ſed in inuerſa vagina haerebat pendulus. Aegra decem et nouem annorum, pondera ipſius viribus eleuans maiora, hoc malum erat paſſa. Haec itaque aegra a Noſtro roborantibus, balneis et peſſariis etc. ſanitati ita eſt reſtituta, vt non ſolum debitum lunare, quod p. 41.

antea

antea, vti purulenta materia, in hoc morbo apparebat, rediret et rite continuaret, ſed etiam vt matrimonium iniret.

p. 45. 10) *Haemorrhoides ex vagina vterina exitum molientes;* Auctore CHRISTOPH. GOTTLIEB BONZ. Haemorrhoides internas, quas paſſa erat femina haec aliquoties, veſicam et ſphincterem infeſtantes, morbi huius cauſſas exſtitiſſe, minime dubitat Noſter. Nec minus tribuit illis varicoſis vaſis dolorem in coitu a preſſione penis, ex connexione venarum, vaginae vterinae et haemorrhoidâlium. Venaeſectionem bis per annum, potum acidularum Swalbacenſium vna vice et balnea omnino Noſter huic aegrae ſuaſit.

p. 46. 11) *Caſus hydrophobiae curatae;* Auctore EODEM. Varia licet medicamenta a Noſtro in virgine quadam, ex morſu canis rabidi aegra, ſunt adhibita; tamen moſcho, cortici iuncto, vires ſuas non denegat, cum inter horum vſum per quatuor ſeptimanas hydrophobiam, rariſſimo ſane exemplo, maiora haud cepiſſe incrementa Cl. Auctor obſeruaverit.

p. 50. 13) *De vſu ſpiritus ſalis ammoniaci interno, noxio potius, quam ſalutari;* Auctore EODEM. Sunt, qui ſuadeant huius remedii vſum internum, inprimis Cl. PORTA; ſed Noſter tantam ſpirandi difficultatem in aegro ex eius vſu obſeruauit, vt aeger et Noſter vlteriorem eius vſum repudiarent.

p. 52. 14) *Ingens et miranda grauiſſimorum ſymptomatum congeries per XXXII. annos ſe inuicem excipientium, a concremento polypoſo, ſcirrho in et extra V. P. coalito, obortorum;* Auctore PAVL. IO. FRIDER. HELMERSHAVSEN. Hic polypus

cum

cum ramis, vti icon addita monſtrat dextrum atque ſiniſtrum ramum venae portarum ingrediebatur, ex mera concretione fibrarum conſiſtebat et connectebatur cum ſcirrho, in cuius ſuperficie vbiuis glandulae induratae apparebant. Hoc ſcirrho diſſecto, repraeſentabatur facies ſarcomatis et ſteatomatis. Pondus totius compagis ſcirrhoſae decem ſemiunciarum et trium drachmarum erat. Ita defuncta continuis anxietatibus, motibus conulſiuis et ſexcentis aliis ſymptomatibus continuo agitata eſt per multos annos vitae ſuae.

15) *Singularia quaedam de liquore fumante ex ſtanno et mercurio ſublimato parato;* Auctore IAC. FRANCISC. DEMACHY. In libello a CASSIO vulgato, et *ſol ſine veſte* inſcripto, aſſeritur, huius liquoris ſingularem eſſe qualitatem, vt guttula vna eius omnem in cyatho contentam aquam quaſi conglaciatam reddere queat. Hoc autem Cl. Auctor negat per experimenta, et obſeruauit, vnicam aquae purae guttulam, huic liquori immiſſam, ſubito et fere in momento hunc in cryſtallos exiguas ſiccas, nihilominus fumantes, conuertere poſſe. p. 60.

16) *Hepar ſulphuris, vicem gerens liquoris ad detegendam vinorum mangoniſationem deſtinati;* Auctore EODEM. Communi liquori probatorio, quo et vtuntur pro atramento ſympathetico, ſubſtitui poteſt hepar ſulphuris. Non autem vulgare, ſed ex ſulphure auripigmenti per calcis partes alcalinas ſoluto compoſitum. Vtrumque effectum ab hoc ſpopondit aeque bene, ac a liquore, praeter quod tardius mutatio vini adulterati ab hepate ſulphuris obſeruetur. p. 62.

20) *De ſubitanea gangraena inteſtini ilei cum ſignis plane inſolitis;* Auctore LVDOV. ROUPPE. p. 70.

Signa erant ingens dolor in coxa dextra, per nates et dextrum femur ad pedem vsque extendens, inceſſumque et vſum pedum omnino ob eius vehementiam valde impediens; porro videbatur aegro animal quoddam in coxa latitare, carnem vorans et partes diſcerpens; breui poſt atrociter delirans nullum dolorem prodidit amplius in coxa et recte quoque incedebat. Ab eo tempore coniungebant ſeſe vera hydrophobiae ſigna, etiamſi nemo de morſu rabidi animalis aliquid ſciebat, et miſere pereundum erat aegro.

p. 74. Mortuo aegro, venter infimus aperiebatur et totum ileum, quod in dextra regione continetur, atque omentum hunc locum tegens, atramenti ad inſtar nigra; reliqua inteſtina et viſcera non erant inflammata. Cauſſam huius gangraenae non potuit detegere. Probabile autem Noſtro videtur, hanc gangraenam deriuari a miaſmate morboſo, antea recepto et latente, quod denuo occaſionalibus cauſſis euolutum ilei partem hanc gangraenoſam reddidit. Vnde vero hydrophobia orta ſit? neſcit Noſter.

p. 82. 22) *De fetu ſemioſſeo reddito in ouario ſiniſtro reperto;* Auctore GVSTAV. FRIDER. IAEGERSCHMID. Embryo ſemioſſeus et deformis, vti ex additis figuris elucet, in lamina oſſea apparuit, vna cum quatuor concretionibus quaſi oſſeis, tres dentes molares et vnicum caninum referentibus, omnibus laminae huic oſſeae infixis. Viua matre, miſſis aliis iisque moleſtiſſimis ſymptomatibus, ſolam mingendi difficultatem commemoremus, ſaepe catheterem indicantem, quo ingentem et ſtupendam partim vrinae, partim ſanguinis copiam eduxerunt.

23) *Hiſtoria luis Indicae;* Auctore FRIDERICO ALLAMANDO. Lues Indica, haud ignotus ac parum accurate deſcriptus eſt morbus lui venereae affinis, huiusque veroſimiliter genitrix, a SYDENHAMO et PISONE notatus, et Gallis *Epian*, Anglis *Yaws*, Belgisque in America *Indianiſche Pocken* nominatur. Ab initio hunc morbum comitantur profundi artuum dolores, apud adultos magis, quam infantes, non autem vt in lue venerea, puſtulae vel tubercula, vlcera lata et profunda cet. p. 87.

24) EIVSDEM *plantarum genera noua, aut accuratius obſeruata, earumque ſpecies.* Sunt ex claſſe tertia Triandriae, dicuntur *Aglaia*, *Euphroſine*, *Phragmites*, *Runcina* et *Cyrenea*, characteribusque naturalibus deſcribuntur. p. 93.

26) *Fragmenta ichthyologiae Hiſpanicae, collecta a* PETRO OSBECK. Eſt catalogus 24 ſpecierum ex amphibiis et piſcihus, additis deſcriptionibus ſat bonis, interdum nimis breuibus. Inter eas ſunt quaedam nouae. *Raia Machuelo* Hiſpanorum. *Sparus lineatus*, lineis alternis coeruleis et luteis, longitudine ſpithamea, cauda bifida. *Curbinos* vel *Curbinetta* Hiſpan. *Trigla Chabrontera*, pinnis, praeter caudalem, longiſſimis rubris. p. 99.

27) D. CHRIST. LVDOV. WILLICH circa plantas quasdam ſingularia notata. Pertinent ad certiorem earundem definitionem: varia igitur Auctorum nomina cum Linnaeanis comparat, eaque conciliat. *Phalaris bulboſa* LINN. annua eſt, non perennis, vt ROYENVS habet. *Libanotidis* RIVINI, aliae ſpecies inuolucro pinnatifido, aliae eo ſimplici praeditae, num vere differant, inquirendum eſſe monet. *Viciam Niſſolianam* et *Benghalenſem* p. 104.

lenſem vix inter ſe differre recte affirmat. Legantur autem ipſae omnino obſeruationes, multum in ſynonymis vtiles futurae.

p. 132. 30) D. IO. CHRIST. DANIEL SCHREBERI *ſtirpium minus cognitarum*, *aut nouarum illuſtratarum decuria II.* 1. *Phaſeolus trilobatus*, caule ſubflexuoſo piloſo, foliolis trifidis; qui iam LINNAEO, in Ed. XIII. *Syſt.* per Cl. MVRRAY adornata eſt, *Glycine triloba.* Negat tamen Cl. SCHREBERVS eſſe eam *Glycinem trilobam.* BVRM. *Flor. Indic.* 162. 2. *Aeſchynomene aculeata*, caule fruticoſo laeui, foliolis obtuſis, petiolis ſubtus aculeatis. Frutex Indiae orientalis indigena. 3. *Cleome viridiflora*, floribus hexandris, foliis ſeptenatis, caule inermi villoſo viſcoſo. Americana, perennis. 4. *Saponaria Graeca*, calycibus pyramidatis villoſis aggregatis, caulibus procumbentibus, foliis linearibus. TOVRNEF. *cor.* 25. Habitat in inſulis maris Aegei, perennis. 5. *Gypſophila laricina* foliis ſubulatis mucronatis, capitulis faſtigiatis. TOVRN. *cor.* 18. 6. *Arenaria gypſophiloides* foliis linearibus radicalibus ſetaceis, panicula ſubpubeſcente, petalis lanceolatis. LINN. *Mant.* 71. 7. *Arenaria tetraquetra* β. foliis mucronatis, recuruatis floribus aggregatis. LINN. 8. *Galium Graecum*, hirtum, foliis ſubſenis, lineari-lanceolatis, caulibus lignoſis. LINN. *Mantiſſ.* 38. 9. *Staehelina fruticoſa* foliis lanceolatis obtuſis. LINN. 10. *Lyſimachia ſerpyllifolia*, foliis ouatis, obtuſis ſeſſilibus, floribus ſolitariis, caulibus procumbentibus. TOVRN. *cor.* 7. Omnes plantas egregie, vti ſolet, deſcribit, et *Phaſeolum trilobatum*, *Aeſchynomenem aculeatam*, *Cleomem viridifloram* et *Saponariam Graecam* delineatas tradit.

p. 146. 31) PETRI IONAE BERGII *Spermacoce capitata deſcripta et delineata.* Definitur Spermacoce

foliis

foliis oppoſitis lanceolatis, floribus verticillato capitatis, caule fruticoſo. Vidit eam iam BROWNE *Iamaic.* 141. Habitat in Surinami locis apricis et arenoſis.

32) *De calculis* 58, *vna vice ex veſica pueri extractis;* Auctore Cl. EDVARDO SANDIFORT. Puer vndecim annorum, a puero ferme vrinam ſabuloſam reddens, exiguos calculos ſponte et per catheterem emiſit. Tandem vero cum a longo tempore nullos amplius calculos eieciſſet, doloribus vrgentibus, operationi ſeſe ſubiecit. Qua 58 calculis, variae magnitudinis et duas vncias ponderantibus, feliciter extractis, puer ita ſanitati eſt reſtitutus, vt trigeſimum annum attingeret, et forte diutius vixiſſet, niſi infortunium vitam turbaſſet. Octo horum calculorum variae formae, et inter hos maximus et minimus, ſunt delineati. p. 148.

39) *Hemicrania rebellis et perquam acerba a verme, in nare ſiniſtra hoſpitante, excitata;* Auctore GEORGIO ZACHARIDE. Vermis referebat viuus duos circiter pollices latos, quoad longitudinem, et calami fere ſcriptorii craſſitiem latitudine aequabat, corpuſculum tamen mollius, at tenuioribus fuſcis ſegmentis, interſtitia quaſi formantibus inſtructum; quoad caput et roſtrum cum vermibus, in ligno carioſo hoſpitantibus, conueniebat. In ſpiritu vini vixit vltra 24 horas. Hemicrania poſtea diſparuit. Commemorantur hic variae obſeruationes, hanc rem illuſtrantes *). p. 187.

43) OTHONIS FRIDERICI MÜLLERI *enumeratio plantarum, terram, vegetabilibus deſtitutam, intra* p. 198.

*) v. WOHLFARTH de vermib. per nares excretis. comment. noſtr. Vol. XVII. p. 159.

intra anni ſpatium occupantium. In arena tecto noviter agro intra dimidium anni 80 genera et 143 ſpecies creuere, et primo quidem filices et gramina, tum reliquae plantae.

p. 203. 44) EIVSDEM *enumeratio ſtirpium, in Islandia ſponte creſcentium*, quae legit IO. GERH. KOENIG. Plures communes, quaedam rariores in OEDERI *flora Danica* tantum delineatae.

p. 215. 45) EIVSDEM *ad b.* BÜCHNERVM *de muſca vegetante Europaea* epiſtola. Notatu certe digniſſimam offert hic Cl. Auctor obſeruationem: Eſt nimirum *Clauaria militaris crocea*, quam in *Flor. Friedrichsdalina* 1079 deſcripſit, quae tumulis ceſpitoſis ericetorum et foueis ſylueſtribus innaſcitur: atque, ſi caute ope tenelli cultelli omnia terrena ſemouentur, in conſpectum venit pupa inſecti *obtecta* ex claſſe lepidopterorum, cui fungus inſidet. Folliculus fractus radiculas mentitur; ſuperior pars pupae deſtructa eſt. Rariſſima eſt haec clauaria, nec, niſi quater vel quinquies a Noſtro inuenta. Putat igitur Cl. Auctor, ſemina huius clauariae in aliud quodquam animale, vegetabile, aut in terram relapſum, minus progerminaturum, ſed ad ſuam euolutionem indigere ſucco nutritiuo, pupis inſectorum nuper emortuorum proprio. Addit Cl. Auctor icones et huius clauariae, et illius cognitae iam clauariae Americanae, *muſca vegetans* dictae.

p. 220. 46) D. GOTTLIEB. HENRICI KANNEGIESSER *de rarioribus quibusdam Aetitis in Holſatia repertis.* Commentis de horum lapidum virtute et loco in aquilarum nidis enarratis, eos vel ſilicum, vel pyritarum claſſi annumerandos, vel ex calcaria et friabili componi terra oſtenditur. Exteriore colore et figura multum differunt. Deſcribit Noſter

quosdam,

quoſdam, quos poſſidet ipſe, interque eos delineatos tradit *Aetito-trochitem*, qui in ſuperficie ſua depreſſa circulum oſtendit perfecte rotundum; alium, qui in cauo ſuo aquilam, alis expanſis e nido conſurgentem, oculo ſiſtit; et alium, qui in ſuperficie externa aquilae volantis imaginem habet impreſſam; in alueo vero aquilam arboris culmini inſidentem recondit. Docte dein in nomina vetera Graeca, inque alia horum lapidum attributa inquirit.

49) *De cholelithorum et ſabuli renalis analogia;* Auctore FERDINANDO IACOBO BAIERO. Fellei calculi, quorum hic icones ſunt adiectae, multum conueniebant cum renalibus in aegra quadam. Inde ſatis clare patere Noſtro videtur, originem eórum non tantum a bile mucoſa et craſſa, ſed e principio potiſſimum ſalino ac tartareo, eam concomitante, deriuandam eſſe. p. 244.

50) *De obſtructione pertinaciſſima plurium menſium et confluxu ſymptomatum in vna aegrota;* Auctore D. IO. FRIDERIC. HELMERSHAVSEN. Erat alui obſtructio magna cum multis ſymptomatibus, iisque quotidie propemodum nouis, a nobis autem hic praetereundis. Sententiam enim ſuam de hoc morbo et plenum eius exitum inpoſterum pollicetur Noſter. p. 245.

54) *De cortice hippocaſtani, eiusque ſale methodo Garrayana parato;* Auctore GVIL. HENR. SEBAST. BVCHOLTZ. Subſtitui dicitur poſſe hic cortex Peruuiano et ſal eius aeque, ac cortex hippocaſtani, vim habere febrifugam et antiſepticam. Id quod experimentis chemicis et experientiis practicis confirmatur. In fine monet Noſter, hoc ſal corticis hippocaſtani et id peculiare habere, quod p. 264.

 eius

eius minima portio, in magna aquae limpidae copia ſoluta, colorem pulchre coeruleum in ſolutione prae ſe ferat.

p. 277. 57) *De vermibus per nares excretis;* Auctore IOANNE AVGVST. WOHLFARTH *).

Ex appendice huic tomo addita ſequentia elégimus:

p. 3. 1) D. FERD. IAC. BAIERI *epiſtola itineraria ad Ill.* TREW. Refert Noſter, quae viderit notatu digniora in muſeo inſtructiſſimo Excell. CHILIANI IOSEPHI DE DÜRING, atque alia circa *Hilpoltſteinium* memoranda, vnde *Ellingam Francorum* profectus, aulam et artificialia, denique etiam herbas, quas in monte *Krazau* legit, deſcribit. *Pappenheimii* promptuarium tabulati fiſſilis Solènhoffii adiit, quod deſcribit, ibidemque inuenit *Polygalam Chamaebuxum* LINN. *Graeſenbergae* famoſam tiliam vidit atque lapides figuratos disquiſiuit. Laudat Noſter fontem hic nuper detectum, eiusque particulas ſulphureas elaſticas, partesque ſubadſtringentes praecipuam eius abſoluere naturam affirmat. Circa *Michelfeld* poſitum lacum immenſum *Seeweiher* deſcribit.

p. 17. 2) *De variolarum inſitione num ſuadenda et disſuadenda?* epiſtolae Amoeboeae IX. FRANCISCI Comitis RONCALLI, PAROLINI, et DANIEL. WILH. TRILLERI cum IO. PHILIPPO BVRGGRAVIO. RONCALLI iam contra Anglos et Gallos hac de re ſcripſit **), et hic ſuam ſententiam contra inſitionem cum his doctis viris vlterius perſequitur.

3) *Sy-*

*) vid. comm. noſtr. Vol. XVII. p. 159.
**) vid. nou. act. N. C. Tom. II. app. p. 135.

3) *Synopſis methodica ſtirpium agri Iſenacenſis, continuata* a IO. FRID. CAR. GRIMM. Pergit Cl. Auctor ſtirpes has ordine ſyſtematico nominibusque LINNAEI, alio interdum BAVHINI ſynonymo addito enumerare. Nonnunquam deſcriptiones, quidquam variantium plantarum adiicit atque nonnullas, non a LINNAEO recenſitas. *Leontodon hirſutum* differre potiſſimum ab *hiſpido* flore aurantio. *Hieracium anguſtifolium non ſinuatum*, *murorum*, et *pratenſe latifolium*, *non ſinuatum maius* ex Cl. BAVHINO affert. Nouus videtur *Carduus* foliis pinnatifidis, interne lanatis, ciliato ſpinuloſis, laciniis lobatis decurrentibus, floribus terminalibus congeſtis, inermibus: de quo, an ſit HALL. *cat. Gotting. p.* 358 quaerit. *Cardui acauli* varietatem vidit ſpithameo longo multifloroque caule. *Serapiae* quaedam ex HALLERO. *Carex cyperoides* montana humilis anguſtifolia, culmo veluti folioſo, ſpiciſis obſeſſo. SCHEVCHZ. *agroſt.* p. 407. t. 10. f. 1. In *Buxbaumia aphylla*, *calyptra*, quae reuera eſt, reperitur medio octobri valde caduca; *ſeſſilem* a ſe primum in Germania 1759. repertam dicit. *Agaricum mucoſum* SCHAEFF. *B. S. n.* 31. *T.* 36. referre ait ante pilei expanſionem ouum apici impoſitum, muco craſſiſſimo, voluae inſtar obvolutum, ne quidem pluuiis emolliendo: qui deinde in maxima fungi parte remanens, hunc ab omnibus aliis agaricis iſtius agri facile diuerſum reddat. Sunt in fungis plures ex Cl. GLEDITSCH methodo recepti; et in genere ſatis copioſarum, quarundam etiam rariorum plantarum eſt catalogus: in quo optaremus additas frequentiores plantarum deſcriptiones.

p. 79. p. 82. p. 85. p. 88. p. 90. p. 105. p. 109. p. 131. p. 143.

4) *Triga obſeruationum*, *ſarco-hydroceles rarae magnitudinis hiſtorias exhibentium, ſubiuncta ſimul disquiſitione* p. 160

quiſitione cauſſarum, cur ſarco-hydrocele in teſte ſiniſtro frequentius, quam dextro occurrat? expoſita a GEORG. BALTHASAR. STOLLE. Ac primum quidem Noſter tres caſus notatu dignos ſarco hydroceles praemittit et in cauſſas inquirit, cur in ſiniſtro frequentius, quam in dextro ea occurrat. Experientia enim affirmat, teſticulos in viris, et ouaria in feminis potius ſiniſtrorſum morbos pati, quam dextrorſum: item ſiniſtrum teſticulum prae dextro maiorem eſſe et ſemine pleniorem, BARTHOLINVS aliique iam pridem tradiderunt.

p. 174. Totam hanc ad quaeſtionem ita Noſter reſpondit, vt ne varietatem eius prorſus quidem neget; attamen ſarco hydrocelen ab interna cauſſa ortam, ſiniſtrum teſticulum ſolemnius crebriusque infeſtare, herniam vero carnoſam ac aquoſam ab externa cauſſa natam, iam dextrum, iam ſiniſtrum teſtem laceſſere: ſin vero citra externam cauſſam violentam oriatur haec hernia, ceteraque fuerint paria, eam vſitatius ſaepiusque ſedem ſuum in ſiniſtro potius, quam in dextro teſticulo figere Noſter contendat. Hac itaque re per veritatem hiſtoricam confirmata, ad ipſam ſtructuram corporis illarumque inprimis partium progreditur, indeque hanc rem declarare annititur.

p. 175. Sarcocelem Noſter non iudicat ſarcoma, ſed ſcirrhum teſticuli, qui oriatur a nimia humorum congeſtione, ab obſtructis viſceribus, in vaſa genitalia coacta. Probat enim Noſter ex lege hydraulica ab experientia et per experimenta, in animalibus inſtituta, dein inflammationem teſtis ipſam oriri, quae tranſeat in ſcirrhum et cancrum, qui veram ſarcocelem conſtituunt. Interea ſigna eſſentialia, inflammationem indicantia, ſarcoceles enarrat;

rat, et conſenſum et disſenſum aliorum Auctorum commemorat.

Tum, poſtquam tradidit Noſter hydroceles naturam et ortum, quae facile cum ſarcocele ſeſe coniungit, rationes reddit, a corporis humani fabrica depromptas, cur ſarcocele ſiniſtrum teſtem frequentius, quam dextrum ſoleat occupare. Sarcocele eſt ſcirrhus teſticuli, quidquid itaque ſcirrhum producit, generandae quoque ſarçoceli ſervit. Difficilis enim ac impeditus humorum per arterias ſpermaticas ad teſtem motus ac per venas ſpermaticas ad venam cauam reditus ſunt verae et genuinae ſarcoceles cauſſae. Hic itus et reditus ſanguinis in vaſis ſpermaticis in ſiniſtro latere potius et facilius impediuntur, quam in dextro. Id quod ex itinere vaſorum eorumque ſitu, diuerſitate, valuularum in venis defectu, ex maiori ſanguinis copia in vaſis ſiniſtri lateris, quam dextri; item ex valuula, orificio venae ſpermaticae ſiniſtrae in venam emulgentem laeuam inhiantis, praefixa, quam Noſter quoque inter impedimenta numerat e. ſ. p., clare demonſtratur. Vnde intelligitur viam in dextro latere compendiariam accelerari, in ſiniſtro vero multo diffuſiorem; indeque facilior ſarcoceles ortus in ſiniſtro, quam in dextro. Denique refutatur paucis HILDANVS, qui Noſtri ſententiae non fauet. p. 187.

5) FELICIS VALLE, *medici Taurinenſis, Flora Corſica, ex ipſius ſchedis collecta a* CAROLO ALLIONIO, *aucta ex ſcriptis Dn.* JAUSSIN, *et publicum in vſum communicata a D.* NICOLAO LAVRENTIO BVRMANNO. Ex amore erga res naturales Cl. VALLE in inſula Corſica medici Caſtrenſis prouinciam in ſe ſuſcepit, atque plantas, conchylia, et inſecta ſtudioſiſſime collegit. Aſt in- p. 204.

 opinata

opinata morte ereptus plures obſeruationes ipſaque rerum naturalium collectio, maxima ex parte perditae fuerunt. Cl. ALLIONIVS ſumma cura obtinuit plantas circa *Sauonam* in montibus Alpinis, prope Seguſium, Exilles et Feneſtrelles creſcentes: easdemque edidit titulo: *Florulae Corſicae*, has auctas ex obſeruationibus et additionibus, cum prius 144. fuerint, nunc 349. ſint, Cl. IAUSSIN, nunc Ill. BVRMANNVS ordine alphabetico communicat, nominibus LINNAEI, aliisque ſynonymis et iconibus bonis allatis, omiſſis tamen deſcriptionibus. Occurrunt igitur ſatis rariores plantae, quas tamen omittere iubet breuitas: nouas tantum com-
p. 218. memoremus. *Ciſtum toroſum*, arboreſcentem ſtipulatum, foliis oppoſitis lineari lanceolatis. AL-
p. 219. LION. *Fl. Corſ.* 207. BARREL. *ic.* 446. *Ciſtum Allionii*, ſuffruticoſum ſtipulatum, erectum, foliis oblongo ouatis acuminatis, ſubtus ſubincanis, mi-
p. 221. nime ciliatis. ALL. *Fl. Corſ.* 207. t. 2. *Conuoluulum Corſicanum* floribus intus albis, extus purpureis, ſemine anguloſo. IAUSS. *Mém. de Corſ.*
p. 226. p. 394. *Euphorbiam cuneiformem*, vmbella quadrifida, bifida, foliis cuneiformilinearibus tridentatis.
p. 236. ALLION. *Fl. Corſ.* 209. t. 3. *Mercurialem Corſicanam* foliis craſſis, floribus albis tenuioribus denſis ac racemoſis, vnico fructu nodoque. IAUSS.
p. 209. *l. c.* p. 390. Sunt etiam vno ordine hic deſcripta quaedam *Zoophyta*, vt *Alcyonium cotoneum* PALL. *Zooph.* 359. DONAT. *Adr.* t. 9. *Corallina officinalis* LINN. et *androſace* PALL. *Zooph.* 430.

p. 225. 6) *Therapia ſcabiei epidemicae per diureſin, noua, ſecura, ſecundum naturae mechanismum exacte accommodata et per ipſam experientiam confirmata a* CHRIST. LVDOV. FRIDER. LINCKIO, Med. Lic.

Lic. Quemadmodum purpura *) aliaque exanthemata per diureſin poſſunt curari: ita et ſcabiei therapia per diureſin a Noſtro proponitur atque experientia hic confirmatur. Tot inter diuretica elegit ſibi Noſter liquorem nitri fixi, remedioque huic ſimplici inſignem diureticam virtutem largitur. Eſt nimirum liquor hic ſolutio ſalis illius alcalino ſulphurei, ex nitro per deflagrationem ope carbonum pulueris impetrati; coloris, ſi rite elaboratur, rubicundi; plerumque vero citrini, ſaporis alcalini, ignei, fortiſſimi **). Inde fit, vt ſit ille potentiſſimum reſoluens, neruos renales ſtimulans, hanc ſecretionem et excretionem in renibus adiuuans et ob phlogiſticum principium virtutem anodynam exſerens remedium, nec cum oleo tartari per deliquium comparari poſſit. Exhibuit Noſter illum, praemiſſo laxante, vehiculo aquoſo; et aliis decoctum radicum ſimul ſuaſit, aliis quoque ſimplicem aquam eodem cum ſucceſſu exoptato. Aliis ſymptomatibus accedentibus, e. gr. doloribus in vrethra ex acrimonia, pilulis ex ſapone Veneto et ſemine lini; motibus febrilibus, cortice Noſter vſus eſt. Topicis remediis non adeo fauet Cl. Auctor.

Hepar ſulphuris, quod ſaponis mineralis et miri nomen ſimul meretur, iuſta aquae ſimplicis quantitate ſolutum, et interne vſurpatum, in ſcabie, multis obſtructionibus viſcerum nobiliorum, nec non externe in vlceribus quoque inueteratis malignis poſſet effectum praeſtare exoptatiſſimum. p. 279.

Tandem Noſter tres addit obſeruationes, quarum vna ſpectat infantem neonatum ſexus ſequioris, p. 280.

*) v. Cl. MAVCHARTI diſſ. therapia purpurae, receptiori tutior ſolidiorque.

**) Diſpenſatorium Würtenbergicum, vbi Noſter praeparationem quidem, vtilitatem in praxi tamen non reperit.

ris, e cuius genitalibus ſanguis floridus emanabat per octo dies et poſt quatuor hebdomadas, ille fluxus ſanguineus vt menſtruus redibat: Altera anginam, et phthiſin ex ſuppreſſione lochiorum tertia continent.

Finiunt hunc tomum memoriae WERLHOFII*), GINANNI**), BVCHNERI***), TREW†).

XV.

Neues ſyſtematiſches Conchylien-Cabinet, geordnet und beſchrieben von FRIEDRICH HEINRICH WILHELM MARTINI, *der Arzneygelahrheit Doctor und approbirter Practicus in Berlin, Mitglied der Römiſch-kaiſerlichen Akademie der Naturforſcher, der fürſtlich Heſſiſchen Geſellſchaft der Wiſſenſchaften und der Lausnitzer ökonom. phyſikal. Geſellſchaft, und unter deſſen Aufſicht nach der Natur gezeichnet und mit lebendigen Farben erleuchtet durch* Andreas Friedrich Happe, *Berliniſchen akademiſchen Naturalienmaler. Zweyter Band. Nürnberg, bey Gabriel Nikolaus Raſpe* 1773. 4. *mai.* 2. *Alph.* 3. *Bogen, nebſt den* 32—65 *Kupfertafeln.*

i. e.

Nouum et ſyſtematicum muſeum conchyliorum diſpoſitum et deſcriptum a FRIDERICO HENRICO GVILIELMO MARTINI, M. D. cet. et ſub eius inſpectione ad naturam delineatum viuisque coloribus illuſtratum ab *Andr. Frid. Happe.* Volumen II.

Laeti

*) vid. comm. noſtr. Vol. XIV. p. 703.
**) v. ib. Vol. XIII. p. 355.
***) v. ib. Vol. XVI. p. 167.
†) v. ib. Vol. XV. p. 712.

Laeti videmus, vtiliſſimum hunc librum a Cl. Auctore omni diligentia ſummaque cura et ſtudio ita continuari, vt indies perfectior ſplendidiorque euadat. Neque noſtra igitur eget commendatione liber, qui et per ſe eſt acceptiſſimus, et a tanto Viro conſcribitur ſtudioſiſſime, prudentiſſimeque dirigitur; neque opus eſt, vt plura de inſtitutis atque legibus ſeruatis a Cl. Auctore praeloquamur, cum in prioris voluminis *) recenſione haec ſatis ſuperque indicauerimus. Hinc ea tantum, quae ad maiorem huius voluminis perfectionem ſpectant, tangamus. Vſus nimirum Noſter eſt in hoc volumine, praeter alios ſupra **) dictos libros, operibus PETIVERI, SLOANE, BROWNE ***) et GREWII; e quibus Anglica nomina deſumſit, et *muſeo Gottwaldiano.* Praeterea quoque *operis Knorriani* quartam partem et *muſeum Koeningianum* in conſilium duxit. Ex quibus quidem omnibus plurima cum in libri elegantiam, tum in Lectorum vtilitatem multo ſtudio Cl. MARTINI collegit. Atque conſtituit ſecum, vt omni modo perfectior fiat liber, additamenta vel corrigenda, quae prius promiſerat ſigillatim edere, nunc demum perfecto opere, quod ſeptem finietur voluminibus, coniunctim publici iuris facere. His praemiſſis nunc ipſa teſtacea ad ductum ordinis Martiniani enumeremus, nominibus Linnaeanis.

Claſſis prima: Teſtae vniualues.

Ordo II. turbinatae.

Lib. II. Clauicula patentiore ſeu productiore.

Sect. III. *Cochlides volutatae* ore vtrinque dentato, vel anguſto, longo, vel breuiori dilatato.

Genus

*) v. comm. noſtr. Vol. XVII. p. 230.
**) vid. ibidem.
***) vid. ibid. Vol. VI. p. 263.

p. 20. Genus III. Cochlides galeiformes: *Caſſides* (Cap. IX.) *).

Spec. I. Verae.

α) vel triangulares, vel ouatae. *Buccinum ruſum.* *B. glaucum.* *B. cornutum.* Ad hanc refert Caſſidem cornutam maximam, rima anguſta, vtrinque dentata, dorſo punctis ſculptis vario et cornuto. LIST. tab. 1006 vel 1008; Caſſides enim cornutae, adultiores factae minora cornua amittunt, et 4 vel 5 obtuſa tantum retinent. *B. flammeum.* *B. tuberoſum.* *B. teſticulus.* *B. plicatum.* His adduntur a Cl. Auctore *Caſſis nodoſa verruculata.* *Caſſis granulata et faſciata*, rarior. vid. Seb. III. t. 73. f. 1. 12. 13. *Caſſis faſciata tenuis, ouata, labio acuto*, nusquam deſcripta. *C. pennata imperfecta.* Hanc, a KLEINIO §. 187. n. 33. p. 69. *Volutis* annumeratam, Noſter huic generi recte reddit.

β) verae laeues, vel nodoſae, vel ſtriatae, ventricoſae, Venterculi. *Buccinum Areola*, cum quibusdam varietatibus. *B. Pomum.* *Murex Anus*, eiusque varietas *alba*, rarior.

γ) depreſſae, vel ſtriatae, *Buccinum echinophorum*; vel clathratae, *Buccinum decuſſatum*, eiusque varietas, *faſciis flauis.*

δ) fimbriatae vel nodoſae, vel laeues. *Bucc. Erinaceus.* *B. Vibex* et *Caſſis laeuis dorſigera* Noſtri.

Spec. II. Semicaſſides Galeodes.

α) pyriformes, ore inermi, ſubouato: *Murex Melongena* et ſpinoſa, et ſine ſpinis; atque *Caſſis aſpera* RVMPH.

β) irre-

*) Praemittitur lectu digniſſima hiſtoria et de ſtructura Caſſidum, et de animalibus, quae teſtas inhabitant, ex ADANSONO ſumta.

β) irregulares, labio interno calloſo, repando. *Bucc. Arcularia*, eiusque varietas, minor.

Genus IV. *Cochlides porcellanoides* (Cap. X.) p. 103.

Spec. I. verae, *Fructus Corni* a Noſtro dictae. *Voluta Perſicula*, eiusque variétates.

Spec. II. ſpuriae. *Pruna* vid. GVALT. t. 25. B.

Spec. III. toroſae, fimbriatae, clauicula elongata, columella quadridentata, *Cucumeres*. *Voluta Glabella*.

Genus V. *Cochlides cylindroideae* (Cap. XI.) p. 116.

Spec. I. Aures Midae, vel fimbriatae, vel non fimbriatae, rima elliptica anguſta, columella plicato dentata. *Voluta Auris Midae*, cuius multas rariores dat varietates, quarum rarior *vndulata laeuis*, flammis perpendicularibus luteis, vel fuſcis depicta*).

Spec. II. Columbulae incubitantes. *Voluta mercatoria*.

Spec. III. Nuclei oliuae. *Voluta ruſtica*.

Genus VI. *Cylindri* **) (Cap. XII.) p. 139.

Spec. I. ventricoſi, clauicula ſulcata, breui, acuminata.

α) Maiores. *Voluta oliua*. Huc referendae *Sepultura Principis*, *Caſtra Turcica* et *Nigrita*, ſeu *Dactylus Franciſcanus* KLEIN. *V. porphyria*. *V. hiſpidula*: his addit rariores, acute marginatam, ex fuſco vndatam etc.

β) Minores. *Micae* RVMPH.

Spec. II.

*) Rariſſima huius ſunt exempla, quae ſiniſtrorſum ſunt volutae, quarum hiſtoriam dabit Cl. CHEMNIZ, Paſtor Helſingörenſis, vt appendix huic operi annectendam.

**) Animalia in eo, ab animalibus *cochlearum porcellanoidum* differunt, quod oculi in media tentaculorum parte ſint ſiti, cum in illis in baſi ponantur; vtraque ad limaces pertinent.

Spec. II. ventricoſi, columella calloſa, clauicula elongata. *Vtriculi calloſi.*

Spec. III. tenues longi, clauicula elongata.

α) columella dentata; cylinder venoſus et maculatus, marmoris in modum variegatus, et aranearum telam repraeſentans Noſtri.

β) edentuli. *Conus Nuſſatellana. Bulla Terebellum.*

p. 195. Genus VII. *Coni*, *Volutae* *). (Cap. XIII.)

Spec. I. clauicula ſeu baſi obtuſe pyramidata, laeui.

α) corpore tereti, elongato. *Terebella. Conus Clauus. C. ruſticus***). *C. Spectrum. C. Virgo. C. aulicus. C. Textile* et *C. Architalaſſo Arauſicano congener*, Noſtri rarior.

β) breuiores, ventre tumidiori, baſi pyramidata. *Leo furens* RVMPH. *Conus Iaſpis* MART. et *Monachus. C. hebraeus. C. Mercator. C. Papilio* β. *C. genuanus. C. granulatus. C. Ammiralis* ε. *Cedo nulli*, *ordinarius*, *ſummus*, *occidentalis*, *C. Arauſiacus.*

Spec. II. teretes, oblongi, baſi in medio acuminata. *Conus Magus. C. generalis* et *C. Amadis* Noſtro dictus.

Spec. III. breues, *C. veri*, *baſi lata*, *planiuscula. C. Virgo? C. minimus. C. figulinus. C. Senator. C. capitaneus. C. miles. C. betulinus. C. litteratus. C. glaucus.*

Spec. IV. baſi muricata, vel coronata, vel papilloſa. *C. rete aranearum* D'ARGENV. *C. Re-*

*) Animalia *Limaces*, oculis apice tentaculorum proprioribus paruis, operculo ouali pedis extremitati annexo; quod ideo datum Noſtro videtur, vt ne nimis ſe contrahat animal: praeterea in quibusdam ſpeciebus variant animalcula colore, magnitudine etc.

C. Regia Corona MART. *C. Ammiralis Indiarum occidentalium* MART. *C. varius* et rarior teres, quem *Ammiralem Conorum variorum* nominat, nusquam deſcriptus, niſi in catalogo Cl. MEVSCHEN. *C. marmoreus. C. nobilis. C. imperialis. C. ruſticus. C. Stercus muſcarum. C. Princeps? C. ſtriatus. C. Geographus. C. Tulipa. C. bullatus.*

XVI.

Cenſura librorum Hippocrateorum, qua veri a falſis, integri a ſuppoſitis ſegregantur. Collegit ex optimis quibusque auctoribus, EROTIANO, GALENO, HIER. MERCVRIALE, FOESIO, CLERICO, IO. ALBERT. FABRICIO, HALLERO aliisque, omnia recenſuit, diiudicauit, nouumque in ordinem redegit D. CHRIST. GODOFRED. GRVNER. Vratislauiae 1772. 8. pl. 15.

Non contemtus cauſſa factum eſt; ſed quibusdam aliis cauſſis, quas hic commemorare nihil attinet, ſumus impediti, quo minus citius hunc libellum indicaremus. Procul enim abeſt, vt illum negligendum contemnendumque putemus, vt ſedulo laudandum commendandumque cenſeamus tironibus. Praeſertim cum noſtra aetate, in tanto Graecarum Latinarumue litterarum contemtu raro CORNARII, SCALIGERI, MERCVRIALES et FOESII reperiantur, qui veteres Medicos non modo diligentiſſime cognoſcant, ſed etiam ſcriptis ſuis probabiliter illuſtrent.

Sed ad rem ipſam accedamus, breuiterque enarremus, quid Cl. GRVNER hic praeſtiterit. Atque cum praeuideamus fore, vt liber hic propter dignitatem rei, elegantiamque verborum aliquando a Cl. Auctore

Auctore iterum edatur: adiunximus quaedam ex noſtra ſententia, quae forſan inpoſterum attendi poſſint. Primum verſatur Cl. Auctor in vniverſis rebus, quibus librorum Hippocrateorum vis atque auctoritas continetur, explicandis. Diſputat enim de modo, quo veris falſi libri potuerint immiſceri; de notis iis, quibus Hippocrateorum integritas poſſit internoſci; et de teſtimoniis veterum recentiorumque ſcriptorum, quoad hanc librorum HIPPOCRATIS auctoritatem. Quae de interpolatione primum et falſorum librorum ſuppoſitione diſputantur, non modo vim ad iudicium de his libris recte faciendum habent: ſed et ad ceteros antiquitatis libros, qui hominum vel fraude, vel ſtultitia ita ſunt corrupti, commode poſſunt accommodari. Huius rei quidem prima ac praecipua cauſſa eſſe videtur PTOLOMAEI et ATTALI aemulatio, nec non bibliothecae Alexandrinae deflagratio. Cum enim omni tempore HIPPOCRATIS fama et auctoritas apud omnes maxima fuiſſet, et PTOLOMAEVS ATTALVSque eodem tempore optimos quosque libros magno pretio compararent: ſane lucri cupiditas nonnullos incitauit, vt, quo pluris venderent, ſuos libros HIPPOCRATIS magni nomine inſcriberent. Id ipſum quoque, bibliotheca Alexandrina incendio, militum Caeſarianorum culpa, conſumta, accidiſſe admodum veroſimile videtur Noſtro. (Nobis haec coniectura eſſe videtur. Non facile enim id fieri potuit propterea, quod, praeter Alexandrinam bibliothecam, etiam aliis in terris et publicae, et priuatae erant bibliothecae, vbi HIPPOCRATIS antiqui libri extarent).

p. 5. Quae Auctor diſputat de cauſſarum inueſtigatione, vnde tot diuerſitates et repugnantiae in HIPPOCRATE

POCRATE dimanarint, nobis minus probantur. Primum enim non de cauſſis lectionum variarum erat quaerendum, ſed de libris in vniuerſum. Deinde, praeter incuriam librariorum, inſcitiam et malignitatem, etiam aliae quaedam erant commemorandae cauſſae eiusmodi librorum corruptionis. Denique ad ſuam ſententiam de cauſſis ſingulorum locorum corruptionis ſtabiliendam vtitur auctoritate GALENI et SORANI. At vterque locus exponit de libris vniuerſis.)

Ad notas, quibus genuini HIPPOCRATIS libri a ſpuriis discernuntur, refertur primum orationis *breuitas*. (Hic propter vſum tironum, quibus eiusmodi liber aditum ad HIPPOCRATIS lectionem patefacere debet, breuiter, ſalua perſpicuitate, vis et natura breuitatis Hippocraticae explicari potuiſſet, eaque idoneis exemplis comprobari. Praeſertim cum, quae in vniuerſum de breuitate orationis in rhetoricis traduntur, non ſufficiant ſemper et vbique ad Hippocraticam intelligendam.) p. 11.

Deinde *Dialectus Ionica*, qua verum HIPPOCRATEM vſum eſſe ſatis conſtat, non tamen neglecta vetere Attica orationis forma. (Res ſummatim huc redit: primum dialecti Graecorum non ita inter ſe differunt, vt non quaedam communia et verba ſingula, et iuncta, formaeque in illis deprehendantur. Deinde dudum eſt obſeruatum et ſatis demonſtratum a viris eruditis, dialectum Atticam et Ionicam antiquiſſimis temporibus vnam fuiſſe. Id quod vel ex eo fit clarum, quod Ionia fuerit Athenienſium colonia. Igitur mirum non eſt, quod etiam poſterioribus temporibus Ionica dialectus, quam proxime ſaepenumero ad Atticae ſimilitudinem accedat). Quae Cl. Auctor de ratione, cur HIPPOCRATES multis obſcurus vi- p. 16. p. 19.

 deatur,

deatur, (vti et interdum eſt) diſputat, erant paullo copioſius explicanda et exemplis illuſtranda, vt ex eo ipſo nota et regula efficeretur, ad quam libri genuini a ſpuriis discernerentur. Veluti, vt quaedam tantum delibemus, genus dicendi Hippocraticum, ſaepe paullo difficilius et obſcurius oritur vel ex breuitate ob ellipſes, traiectiones, aliasque cauſſas; vel ex vſu vocabulorum, quae aut Ionibus veteribus ſunt communia, aut HIPPOCRATI vetuſto propria; vel ex verbis iunctis paullo rarioribus, et omnino quadam orationis forma, quae non vno modo eſt intelligenda et iudicanda.

p. 21. Tertiam notam Auctor ponit in *grauitate* orationis atque *ſimplicitate*, ita vt vel nunquam, vel raro admodum ratiocinia ſententiasque, quibus obſeruationis alicuius aut praecepti reddatur ratio, adiungat HIPPOCRATES.

p. 23. Poſtea Cl. Auctor accedit ad recenſendos ſcriptores, quorum ſtudium in diſtribuendis indicandisque Hippocraticis libris verſatum fuerit. Hi autem ſunt duplicis inprimis generis: alii enim libros ob rationem argumenti tantum in quasdam redigunt claſſes; alii vero genuinos a ſpuriis discernere conantur. Ad prius genus pertinent EROTIANVS, GALENVS, PALLADIVS et SVIDAS. Sed ad poſterius referuntur recentiores aliquot, vt LVD. LEMOSIVS, de quo nihil affert Noſter propterea, quod eius liber, qui inſcribitur *Iudicium operum Hippocraticorum*, nunquam ſibi viſus fuerit: HIERON. MERCVRIALIS, cuius rationem diſtribuendi et iudicandi, vt praeceptis dialecticorum et criticorum minus conuenientem repudiat et condemnat; et noſtra aetate, qui exortus eſt Cel. HALLERVS. Verum Viri ceteroquin doctiſſimi et praeſtantiſſimi ratio improbatur. Nam cum ipſe

HALLE-

HALLERVS fateatur, *ſe non ſatis profunde linguam* COI *eſſe meditatum, et ſe potius de arbitrio* FOESII *aliorumque editorum pendere:* facile intelligi ait Noſter, eius auctoritatem hoc in genere, vbi ſemper fere etiam ſermonis Hippocratici eſt ratio habenda, magnam eſſe non poſſe. Hinc etiam factum eſſe, vt eius argumenta ad ſuam ſententiam ſtabiliendam admodum ſint leuia et lubrica. Atque omnino ab Ill. HALLERO in edendo HIPPOCRATE vix ſatis diligentiae, quae requiritur, eſſe adhibitum.

His diſputatis, Auctor ipſe ad genuinos et ſpurios libros iudicandos accedit. Ad genuinorum claſſem referuntur, Ὅρκος: Ἀφορισμοὶ, praeter ſectionem octauam et alios nonnullos aphoriſmos, qui in ſuperioribus hodie extant ſectionibus: Περὶ ἀέρων, ὑδάτων καὶ τόπων: (Sed tamen ab interpolatione liberum illum non eſſe arbitramur. Certe locus, pag. 72. edit. FOES. Εἰσὶ γὰρ φύσιες — καὶ ξηρῇ nobis HIPPOCRATIS magno ingenio indignus, et ſcioli cuiusdam gloſſema redolere videtur.) Προγνωστικὸν, qui liber longe praeſtantiſſimus et cognitu vtiliſſimus iudicatur recte: Προῤῥητικὸν *alterum:* Κατ᾽ ἰητρεῖον: Ἐπιδημιῶν *liber primus* et *tertius:* περὶ διαίτης ὀξέων: Περὶ τῶν ἐν κεφαλῇ τρωμάτων: Περὶ ἀγμῶν. Verum ad ſuppoſitos libros, qui vel ſubtilius, quam par erat, ſcripti ſunt, vel ceteris Hippocrateis monimentis repugnant, vel a genere dicendi Hippocratico abhorrent, vel auctoritate veterum improbantur, referendi ex mente GRVNERI noſtri ſunt reliqui libri, qui vulgo ſub nomine HIPPOCRATIS eduntur. His inſerta quoque eſt parua diſputatio de Anatome HIPPOCRATIS, an ſecuerit corpora humana, nec ne? Viri eruditi de hac re inter ſe non

p. 39. p. 73. p. 148.

conſentiunt. Alii enim putant, HIPPOCRATEM ſumma anatomes ſcientia fuiſſe praeditum. Alii, qui ob ignorationem litterarum veterum, ignauiamque quandam turpiſſimam et ſtultitiam, vetera contemnunt, nec, niſi recentiorum ſapientiam, ſi Diis placet, amandam, diſcendam et colendam putant, noſtrum COVM nugatorem, et cognitione corporis humani omni deſtitutum eſſe fingunt, et, quae eſt ſtultitia ſeculi, aliis ſuum errorem obtrudere cupiunt. Auctori Cl. media via incedere placet, ita, vt neget HIPPOCRATEM rudem plane fuiſſe cognitionis corporis humani, ſed contendat, illum corpora humana nunquam diſſecuiſſe, nec ei per gentis ſuae ſuperſtitionem licuiſſe.

Haec ſunt, quae nobis de ſumma libelli dicenda videbantur. Ceterum neminem, opinamur, poenitebit librum ipſum legiſſe. Atque inprimis illum cum vniuerſe bonarum litterarum ſtudioſis, tum inprimis artis ſalutaris cultoribus etiam atque etiam commendandum eſſe cenſemus. Etenim ſi non alium fructum inde percipiunt; certe hoc non carebunt, vt intelligant, quid et quomodo HIPPOCRATES, quem parentem medicinae vocant, ſcripſerit.

XVII.

Miſcellae veritates de rebus medicis. Faſciculus primus. Auctore IOANNE HENRICO LANGE, M. D. Phyſico Luneburgenſi, Acad. Caeſar. Nat. Curioſ. Sodali, et Facult. Med. Kiloniensis adiuncto. Impenſis Io. Friderici Wilhelmi Lemke. Luneburg. MDCCLXXIV. 8. plagg. 8.

Operae omnino pretium ducimus libri huius, veritates certe medicas continentis, facere mentionem. Laudamus Cl. Auctoris conſilium, quo ipſas res, ſine ambagibus, breui et incomto, ſed *Latino* ſermone Lectoribus proponit: atque optamus, vt promiſſa reliqua obſeruata quam primum publici iuris faciat. Continentur hic plura, quae attente ipſa legere merentur. Nos quaedam tantum deligamus.

Chaerefolii virtutem antihydropicam laudat. p. 1
AILHAVDII puluerem, qui e tribus Scammonei partibus, et vna parte opii, toſtis, conſtat, recte damnat. Euacuationes vernales corpus noſtrum p. 3
magis ad morbos diſponere putat, quam vt ab illis liberent. Moxae aut veſicatorii crebriorem appli- p. 4
cationem in loco dolente eſſe mali iſchiatici vnum remedium. WERLHOFII vnguento contra ſca- p. 5
biem, quod ex vnguenti pomati vncia vna, et mercurii praecipitati albi drachma vna conſtat, addi optime ait oleum tartari per deliquium: atque tum ob virtutem exſiccantem ſingularem ad ſcabiem humidam, tineam et ad vlcera ſordida ſananda maxime conducere. Haemorrhoidibus coecis, p. 7
quas diligenter et caute tractari oportet, optime mederi pulmentum ex malis acidulis et vino rubro, *Pontac* dicto, coctum, quod ope lintei, repetitis

 vicibus,

vicibus, ano impoſitum, citum praeſtat leuamen.
p. 9. Contra carcinoma vnguentum a BASILIO VALENTINO laudatum, commendat, quod ex olei hyperici vnciis tribus, ol. oliuarum vncia vna et dimidia, ol. vitrioli vnciis tribus conſiſtat; atque aqua edulcoretur: illudque cum KORTHOLTII celebrato remedio *) conuenire forſan coniicit.
p. 15. Laudat remedium ad partum ciendum, conſtans ex foliis lauri, aut baccis eiusdem recenter ſiccatis et in puluerem redactis, quibus oleum oliuarum ad conſiſtentiam vnguenti admiſcetur.

p. 21. Infuſum e baccis iuniperi in eiicienda materie calculoſa laudat; deditque eius oleum deſtillatitium cum aqua Petroſelini iis, qui gonorrhoea et teſticulo venereo, a feminis concitati ſubita ſuppreſſione ortis, laborabant cum feliciſſimo ſucceſſu: Eo tantum betulae ſucco, qui e ſuperioribus ſauciatis eius ramis deſtillat, craſſitiem circiter trium digitorum habentibus, in podagrae et lithiaſeos acerbiſſimis tormentis mirabiliter eſt adiutus Cl. Auctor.

p. 23. In ſcorbuto inueterato *Sedum acre* LINN. cum
p. 25. lacte caprino paratum iuuare. Fruſtulo ſacchari Canarienſis albiſſimi liquefacto, atque in cellam ad fluorem vsque repoſito, tumque papillis applicato,
p. 26. omnes fiſſuras breui conſolidari. Diſſoluit Auctor petroſelino conciſo, et aegrotantis vrina leuiter cocto, parti laeſae calide impoſito, recentes mammarum ſcirrhos, qui cicutae et mercurii vſui ce-
p. 29. dere recuſarent. Sulphuri, praeter diaphoreticam, etiam roborantem tribuit virtutem, qua in diarrhoea, dyſenteria ac ſaliuatione laudabilia edat ef-
p. 31. fecta. Antinephriticum vnum Noſter offendit in pilulis, quae ex therebinthina Veneta et caſcarillae extracto

*) vid. Act. Vratisl. tentam. VII. p. 108 ſeq. tent. XIV. p. 459 et 672.

extracto, aequali portione mixtis, cum aqua nymphaeae parantur.

Sanatos meminit Cl. Auctor multos, qui ſub phthiſeos initium confugerent ad pultem, ex ſecalina farina, aqua pura et butyro inſulſo paratam: quam mane per aliquod tempus ſumerent. Raphani ruſticani (*Cochleariae Armoraciae*) ſuccum expreſſum aduerſus rheumaticos affectus valentiſſimos optimo cum ſucceſſu adhibuit. In morbis exanthematicis camphorae vſum reiicit: idque inprimis e natura remedii, et morborum ita explicat. *Eſſe quemuis globulum ſanguinis, in ſua natura et peculiari ſubſiſtentia conſideratum, non, niſi volumen fibrarum ſubtiliſſimarum, circa commune centrum, preſſionis ab omni parte aequabilis ope, in figuram ſphaericam complicatarum:* preſſione maiori hos globulos in fibras tenuiſſimas reſolui, atque ſub forma partis lanuginoſae in ſero innatare: hanc lanuginem partium ſolidarum iacturam reparare. Calorem febrilem hanc preſſionem maiorem praeſtare poſſe. Atque vermiculos, in febricitantium ſanguine ab aliis viſos, eſſe fibras ſe motilantes. Reſoluto igitur ſic ſanguine, non eſſe danda reſoluentia, e quorum ſit numero camphora. p. 33. p. 39. p. 44.

Ab hepatis et lienis obſtructione multos ſanavit extracto abſinthii, quod ſapone Veneto mixtum eſſet, et pilularum forma datum. Puluerem, qui ex marrubii foliis paratur, omnibus aliis remediis, propter virtutem inſignem, viſcidam materiem ſolvendi, antefert in aſthmate humido et quouis pulmonum infarctu ſanandis. In tarditate aurium, quae obſtructioni ductus Euſtachiani ortum debet, ſcilla eſt adiutus, eamque coniunxit cum floribus caſſiae cinnamomeae. *Phellandrium* ſeu foenicu- lum aquaticum optimum traumaticum iudicat. Cicutae non fidit; vel tantum in partes, vrinae dica- p. 55. p. 57. p. 66. p. 70. p. 71

 tas,

p. 74. tas, agere concedit. Pinguedinem viperinam ran-
p. 77. cidam in vngue oculorum laudat. In fluore albo, a menſtruorum ſuppreſſione orto, camphoram, ſuccino albo praeparato et nitro combinatam, feliciter
p. 81. exhibuit. Braſſicam et antiquitate, et viribus eſſe inſigne remedium, brodiumque eius in pectoris
p. 85. morbis eſſe laudandum. Acinos mali citrii ſpecificam contra aſcarides virtutem poſſidere.
p. 99. Aduerſus arthritidem vagam decoctum foliorum vrticae vrentis minoris omnibus antimoniatis
p. 102. antefert. Oleo ſuccini magnam eſſe vim in ſublevanda oculorum debilitate, eorumque acie reſtituenda; praeſertim ſi ei radix valerianae ſilueſtris
p. 117. addatur. Mercurii ſublimati corroſiui in lue venerea vim laudat, ſi cum aqua ita miſceatur, vt eius drachmae duae in aquae fluuialis vnciis duodecim, per eam temporis moram, qua oua indureſcunt, coquantur; tum reponantur in cellam, donec mercurius, inſtar coaguli, fundum petat, aqua ſupernatans caute ſeparetur, et aliquoties per goſſypium traiiciatur. Huius liquoris aegro, pro virium ratione, vna vel duae ſunt dandae drachmae, dilutae in aquae ſimplicis parte aequali. Idem praeſtat hic liquor, naribus attractus, praeſertim in ozaena
p. 126. et ophthalmia venerea. Olei Kaieput ſolam eſſe vim antiſpasmodicam, nec alias: hinc in cardialgia colica ſpaſmodica, epilepſia, atque aliis eius generis morbis illud commendari.

XVIII. Me-

XVIII.

Medical eſſays by JOHN ARMSTRONG, M. D. Phyſician to his Majeſty's Army. London. Printed for T. Dauies, Ruſſel-ſtreet, Corent-Garden; Bookſeller to the royal Academy. MDCCLXXIII. fol. min. plagg. 11.

i. e.

Tentamina medica, Auctore IOANNE ARMSTRONG, M. D.

Sermone vtitur Cl. Auctor nimis verboſo, ac potiſſimum de febribus earumque cura agit. Quae hic continentur, agunt 1. *de theoria;* vbi omnem vanam exiſtimat, nihilque fructus ex doctrina de ſecretione vel etiam circulatione ſanguinis in praxin redundaſſe, quod nobis videtur, falſo affirmat. Recte ceteroquin vrget, vt diligenter obſeruationes inſtituantur. p. 1.

2) *De inſtrumentis medicis.* Omni morbo a natura eſſe tutum ſpecificum. Nondum vero hactenus hic ſatis eſſe detectum. Medicamenta ſimplicia eſſe danda, vt vis eorum intelligatur; cognita hac, aliud poſſe addi. Laudat hic *mixturam ſalinam*, quae vires naturae iuuet. p. 6.

3) *De febribus*, praecipue neruoſis, quarum cauſſa ſit nimia acrimonia ſanguinis, quae augeatur eius diminutione: eſſe eum hic floridum, tenuem, vt in hyſterico et maniaco morbo: languorem deberi ſeptico, deleterio non coagulabili ſpiritui (*Gas*): non eſſe in febribus in Anglia dies criticos, neque ſigna certa de periculo morbi. p. 9.

4) *De venaeſectione remedio primario in febribus*, et quidem inflammatoriis. In pleuritide, cum vir robuſtus quinto iam die ea laboraret, eam vsque ad ſymptomatum remiſſionem repetitam vtiliſſi- p. 13.

mam eſt expertus. Tum de noxis ex incauto eiusdem vſu.

p. 16. 5) Monet in acutis morbis larga inciſione ſubito eſſe emittendum ſanguinem; ſi vero ſanguis emiſſus, frigidus factus, ſit floridus, reſolutus, et viſcidus, venaeſectio eſt intermittenda.

p. 19. 6) *De veſicatoriis*, quae, ſi pectori, ventriculo vel abdomini imponerentur, multis horum viſcerum periculoſis morbis mederi poſſe putat.

p. 20. 7) *De cardiacis in febribus* Vinum optimum habet cardiacum: dedit illud ad menſuram et dimidiam intra viginti quatuor horas in febre a debilitate neruoſa cum optimo ſucceſſu. Vtilia etiam in tali febre inuenit balnea pedum ex aqua calida, ac poſtea ex vino calido vel ſpiritu vini.

p. 22. 8) *Aeris liberi* acceſſum et *puritatis* obſeruationem maxime vtilia habet, vti quoque

p. 25. 9) *Balnea frigida* in omnibus febribus: haec potiſſimum in non inflammatoriis, ſi cortex non ſufficit: quae, ſi preſſione corpora laedant, transfundenda ſunt in corpus.

p. 29. 10) Si in febribus aeger quaedam vehementer appetit, quaecunque demum ſint, danda eſſe: ſicque plerumque aegrum curari; ſin contra, mori.

p. 32. 11) *Acrimoniam ſubacidam in arthritide latere* ideo putat, quod ſoda afficiantur arthritici, atque plerumque ſint potatores potuum acidorum, excitenturque dolores e tali potu. Hinc antacida, praeſertim vitam laborioſam morbo eſſe opponenda. *Rheumatiſmum* plane differre ab ea; frigidum eſſe interdum vlceroſum, interdum haemorrhoidibus ſiccis (coecis) iunctum: forſan hinc vlcera cauſſae haemorrhoidum coecarum? Coniuncti ſunt cum rheumatiſmo dolores dentium, atque clauos Noſter putat ſurculos eiusdem.

XIX. *Kurze*

XIX.

Kurze Anweiſung Inſekten zu ſammlen, entworfen von AVGVST CHRISTIAN KÜHN, *der Arzneywiſſenſchaft Doctor. Eiſenach, im Verlag der Grieſsbachiſchen Hofbuchhandlung.* 1773. 112 *Seit. in* 8.

i. e.

Breuis inſtitutio ad colligenda inſecta, Auctore AVGVSTO CHRISTIANO KÜHN, M. D.

Ad capiendos *Papiliones* vtitur Cl. Auctor reticulo, quod vlnae longitudinem latitudinemque aequet, ita quidem, vt illud ambabus manubus expanſum ſuper papilionem iaciat, atque poſtea inferius contrahat reticulum, cauteque illum prehendat. *Sphinges* vero melius capi aſſerit inſtrumento, ad hunc vſum vulgo adhibito (*Klappe*). Affert et alias ad inueniendas *Phalaenas* notatu dignas obſeruationes. *Phalaenas* nocte lucerna capi notum eſt: addit tamen Auctor, eſſe tantum mares, qui aduolent. p. 17.

De modo quaerendi et colligendi laruas *Lepidopterorum* vtilia dat Cl. Auctor praecepta: ſuadetque recte inprimis omnibus entomologis plantarum cognitionem. Erucarum quasdam ſpecies enumerat. Primo vere iam in apricis locis, verſus meridiem ſitis, quaerendae ſunt quaedam ſpecies. Serotinae non colligendae, neque laeſae ab *Ichneumonibus*, (niſi quis Ichneumones cupiat). In Thuringia interdum laruas *Sphingis Atropos* non adeo eſſe raras; veſcique *Solano tuberoſo*, et praeſertim circa hortos, domos, arbuſta atque arbores commorari. Larua *Sphingis Nerii* etiam in Thuringia in *Viburno Tino* et *Nerio Oleandro* inuenta eſt. Noctu eſſe quaerendas quoque quasdam laruas. p. 27.

De

p. 49. De ratione nutriendi laruas atque earum metamorphoſi in pupas. Schema *horti entomologici*, tum reliquae curae. Praeſertim puritas et liber acceſſus aeris ſuadentur. Mauult Cl. Auctor nutrire laruas in vitreis campanis, quam ligneis in ſcatulis.

p. 69. Coniicit poſtea, quamlibet pupam propriam quaſi habere atmoſphaeram: Atque, qua ratione pupas *Sphingis Atropos* feliciter metamorphoſin ſubire expertus ſit, refert.

p. 73. Praeparatio Lepidopterorum, et conſeruatio ab Auctore deſcribitur. Ad alas explanandas vtitur laminis vitreis. Contra alia inſecta ea munit Colocynthide et muria, ex balaenis cocta, (*Fiſchtrahn*:) vel ſuadet etiam mercurialia.

p. 94. De modo alia inſecta, Coleoptera, Diptera etc. capiendi. Dytiſcos nunquam exedi a *Dermeſtidibus* aliisque ait, propter odorem foetidum, muriae balaenarum ſimilem.

p. 100. *Tenthredinem* (*luteam?*) praeditam ait macula flaua ouali, qua thorax a ventre diſtinguatur, atque quae per vices eleuetur concidatque: hinc coniicit eam quaſi reſpirare, vel eſſe ibi locum cordis.

Addit Cl. Auctor deſcriptiones quorundam *Papilionum* et *Phalaenarum* rariorum, atque pollicetur *Faunam Thuringiacam*: quam, cum et ex hoc libello, quem ab omnibus entomologis ipſum lectum iri ſperamus, et ex aliis, alibi inſertis egregiis tractatibus, Cl. Auctoris ſollertia atque in rebus naturalibus ſcientia appareat, nobis aliisque gratam fore putamus.

XX. Noua

XX.
Noua phyſico-medica.

Ill. Abbas YART, cenſor regius, ſodalis academiarum, Rothomagienſis, Lugdunenſis cet. reliquis, quae in prouinciis ſunt, academiis atque aliis etiam litteratis nouum proponit *de diario harum academiarum* conſilium.

Cum enim ingenia hominum pro varietate regionum etiam differant: hoc commercio magnam enaturam eſſe vtilitatem arbitratur. Academias nempe ſe parum ipſas noſſe, neque de earum ſpeciminibus multa publici iuris fieri, niſi breuia excerpta; pauca impreſſa eſſe, multa non continuata. Huic incommodo ita obueniri poſſe ſuadet: ſi quidam diarii auctor, qui Pariſiis habitaret, atque cum omnibus Galliae academiis per litteras ageret, eligeretur, isque ſolis occuparetur commentariis academicis atque diſtribueret quolibet menſe ea, quae ab academicis per annum eſſent propoſita maxime vtilia. Atque ſic quolibet menſe a duabus academiis facile volumen conſcribi poſſe.

Neque ita is, qui hos commentarios edat, ſubditum fore iudicio, cum ea tantum vulgentur, quae ab omnibus bona fuerint iudicata, neque quidquam mediocris ita editum iri, cum honori omnium academiarum ita multum detraheretur.

Huius inſtituti Auctorem ſibi de ſatis egregio poſſe perſuadere praemio. Nullam enim eſſe academiam futuram, quin huic inſtituto faueat illudque foueat, neque vllam fore prouinciam, quae ſcriptis et inuentis carere velit incolarum ſuorum, omnemque ciuem eſſe optaturum, vt producta naturalia omnis generis, obſeruationesque vel propter varietatem curioſas, cognoſcat. Ipſumque Auctorem honorando academias, per fiduciam, quam in eo ponunt academiae, honoratum iri.

Inuitat

Inuitat itaque viros doctos, qui huic inſtituto ſe ſubtrahere poſſint, vt academiis proponant conditiones, quibus hoc conſilium perfectius reddatur, ipſasque academias, vt diarii auxilio hac de re ſecum conueniant.

Per annum iam *Berolini* celebres quidam medici et phyſici, e quibus GLEDITSCHIVM, MARTINIVM, GERHARDVM et PELISSONVM nominare ſufficit, *ſocietatem phyſicam* exſtruxerunt: cuius leges et ſtatuta, cum ſerius ad noſtras manus venerint, hic repetere iuuabit. Finis primarius huius ſocietatis eſt, communi ſtudio mirabilia naturae, quanta ſint, rimari ſtudioſiſſime. Socii igitur ſint *Phyſici* hoc nomine iam alias cogniti.

Quolibet die martii ſocii ordinarii, quorum numerus duodecimum non ſuperet, conueniunt.

Quo congreſſu, apud ſocios per vices ordinarias celebrando, vel memorabiliora naturalia oſtenduntur corpora, vel noua phyſica vel tractatus leguntur, ita, vt is, in cuius domo conuentus eſt, primus, quae habet, oſtendat vel proponat; ſublato tamen omni dignitatis vel gradus diſcrimine, cum omnes ſocii aequales habeantur. Propoſita notatu digna ex arbitrio Auctorum colliguntur ad librum, qui inſcribitur: *Beyträge zur Naturgeſchichte*, prodit.

Eorum cura, vti quoque aliarum rerum memorabilium cuſtodia tradita eſt ei, quem ſocii ſibi a ſecretis elegerunt, eſtque is hoc tempore Cl. MARTINI. Recipiuntur etiam exteri hiſtoriae naturalis amici in hanc ſocietatem, quorum eſt, vt primario fini omni opera faciant ſatis. Quod vt eo certius perficiatur, ſocietas eos ſocios tantum eligit, qui et cognitionis diligentiaeque fama, et pietatis,

pietatis, fidei amicitiaeque ſincerae nomine ei ſunt perſpecti et probati. Atque id demum curat, vt muſeum et bibliotheca, communitati inſeruientia, comparentur: in quorum augmentum quilibet ſocius pro arbitrio ſuam dat ſymbolam.

Eſt omnino hoc inſtitutum omni laude perſequendum vehementerque optandum, vt diu, quod ſapienter inſtitutis legibus certe futurum eſt, feliciſſime floreat Societas haec in omnium phyſicorum et publica, et priuata commoda.

Conuentu academiae ſcientiarum elegantiorum litterarum et artium *Lugdunenſis* celebrato, die 7 decembris 1773. praemia diſtribuit Eadem Cl. LASSVS chirurgo ſupra quaeſtionem aliquoties iam repetitam *) *de lymphae partibus conſtitutiuis, vaſis et elaboratione* **) et Cl. PEYSILHE, Med. D. et variarum academiarum ſodali, ſuper quaeſtionem: *cancri naturam effectus et optima remedia* ***) attinentem.

Quo facto nouas propoſuit quaeſtiones: Ac prima quidem, cuius praemium ex aerario Chriſtiniano deſumetur et monetis aureis duabus, quarum quaelibet trecentarum librarum valorem praebet, ita eſt comparata: *indicentur facillima et minus ſumptuoſa auxilia, vt ciuitati Lugdunenſi procuretur optima quaeque aqua, eaque ſatis larga in copia per omnes eiusdem partes diſtribuatur; (indiquer les moyens les plus faciles & les moins dispendieux de procurer à la ville de Lyon, la meilleure eau & d'en diſtribuer une quantité ſuffiſante dans tous ſes quartiers).*

Altera praemio ſexcentarum librarum, a Cl. POUTEAU ſuppeditato, ſic ſeſe habet: *dare theoriam*

*) v. comm. noſtr. Vol. XVIII. p. 538.
**) v. ib. Vol. XVI. p. 544.
***) v. ib. Vol. XV. p. 171.

riam atque methodum morbis chronicis pulmonum medendi, adiuncta disquiſitione hiſtorica et critica, ſupra praecipua remedia adhibita aduerſus hos morbos cum a veteribus, tum a recentioribus, etiam ab empyricis (donner la theorie & le traitement des maladies chroniques du poumon, avec des recherches hiſtoriques & critiques ſur les principaux moyens de guériſon employés contre ces maladies par les médécins anciens & modernes & même par les empirigues.

Commentarii ante 1. aprilis diem 1775. ita, vti ſupra *) monuimus, exſpectantur.

Academia ſcientiarum artium et litterarum elegantiorum *Diuionenſis*, cum nondum ſatisfacientem acceperit reſponſionem ad quaeſtionem nuper propoſitam **) et ita concinnatam: *In quibusnam morbis medico mox agendum eſt, in quibus vero exſpectandum, et in quibus hoc vel illud praeferendum, quaenam ſunt ſigna, ex quibus medicus intelligat vel agendum eſſe ſibi, vel quieſcendum, vsque dum tempus opportunius medicamenta applicandi appareat?* eandem quaeſtionem ad annum 1776 proponit.

Commentarii mittantur ad Cl. MARET, qui Academiae eſt ab epiſtolis, et eos ad diem 1 aprilis 1776 aſſumet.

Cl. BORIES praemium ſexcentarum librarum Gallicarum recepit a regia ſcientiarum *Monſpelienſi* ſocietate, cum theſin: *determinentur varii modi, vel gradus ſpirituoſitatis aquae vitae, vel ſpirituum vini per modum ſimplicem, et qui commercio reſpondeat****), ex voto ſocietatis reſoluiſſet. Suadet Vir Cl. duo areometra, vt res cognoſcatur, adhiberi. *Acceſſit*

obtinuit

*) v. comm. noſtr. Vol. XVI. p. 545.
**) v. ib. Vol. XVIII. p. 151.
***) v. ib. Vol. XIX. p. 158.

obtinuit Auctor dicti: *ſcientia a rebus occultis et ipſa natura abſconditis ad vſum communem adducenda.*

Cl. RATTE, qui ſocietati eſt a ſecretis, iudicium ſocietatis de commentariis tulit, ſuper quaeſtione ſequente elaboratis: *quinam praecipui characteres terrarum in genere et quae media, quibus vitia earum poſſint emendari, quae producendis cerealibus parum ſunt aptae* *). Praemium eiusdem valoris, vti ſupra, deportauit Auctor, cuius ſymbolum erat: *felix, qui potuit rerum cognoſcere cauſſas*, qui et rogatur, vt nomen ſuum profiteatur. *Acceſſit*, accepit Auctor theſeos cum ſymbolo *l'aura, qui pourra.*

Porro repetiit iam vulgatam **) quaeſtionem: *quinam meteororum influxus in vegetationem et quaenam conſectaria practica, quae ad haec ſpectant, profluunt, ex obſeruationibus meteorologicis variis, hactenus inſtitutis*, et praemium trecentarum librarum pollicetur.

Academia ſcientiarum, elegantiorum litterarum et artium *Maſſilienſis* d. 13 iunii h. a. in conuentu ſolemni, has quaeſtiones propoſuit. In annum 1775. *Quae ſunt varia fimus genera, quae Gallo Prouincia ſuppeditat, quaeque ſunt rationes, ea reſpectu variarum in regionibus qualitatum adhibendi; (ſur les differentes ſortes d'engrais que la Provence peut fournir, & les manieres de les employer rélativement aux différents qualités du terrein).*

In annum 1776. *Quae ſunt commoda atque damna, quae ex vſu lithanthracum, aut ligni in fabricas manuarias redundant; (ſur les avantages & les inconvéniens de l'emploi du charbon de pierre, ou de bois dans les fabriques.)*

In

*) v. comm. noſtr. Vol. XIX. p. 159.
**) v. ibid.

In annum 1777. *De amygdalo; in qua quaeritur, quaenam ſint ſpecies, quae conueniant climati in Gallo prouincia, quis ſit optimus iis cultus, quae auxilia, ſi vlla, earum floreſcentiam retardandi, vt muniantur a pruinis vernis, ita vt durationi arborum, copiae et qualitati fructuum nihil noceatur; (ſur l'amandier, dans laquelle on fera connoître les eſpêces analogues au climat de Provence, la meilleure culture, qu'on peut lui donner, & les moyens, s'il y en a, de rétarder ſa fleuriſon, pour le mettre à l'abri des gelées du printems, ſans nuire à la durée de l'arbre, à l'abondance de la récolte, & à la qualité du fruit).*

Quae praeterea cum in conſcribendis, tum in mittendis commentariis attendenda ſint, ea intelliguntur ex ſuperioribus *).

Academia regia chirurgica *Pariſienſis* die 14 iunii conueniebat. Atque praemium triplex quaeſtionis: *de incommodis ex abuſu vnguentorum* etc. **) diſtribuit.

Primum, quod quingentarum librarum erat, diuidebatur, atque partim accepit Cl. CHAMPEAU, chirurgus Lugdunenſis, partim Cl. CAMPER, partim Cl. CHAMLON, chirurgus Breuanenſis, prope *Lingones.* Aemulationis praemium ducentarum librarum accepit Cl. NOLLESSON filius, Magiſter artium et chirurgiae.

Quinque minores aureae monetae datae ſunt Cll. SANCEROTTE, CHAUSSIER, MAROCQUIER, DE LA MARQUE, iuniori, et L'HERITIER. Repetit quaeſtionem in annum 1775, ſupra ***) indicatam.

Societas

*) v. comm. noſtr. Vol. XVII. p. 348.
**) v. ibid. Vol. XVII. p. 161.
***) v. ibid. Vol. XVIII. p. 150.

Societas medicorum *Londinenſium* conſtituit monetam auream ei, qui optimam *diſſertationem de febribus* ſcripſerit.

Tractationes aſſumuntur vsque ad tertium aprilis diem 1775. Sint ſcriptae Anglice aut Latine, atque ſub initium et finem tractatus ſit ſcriptum ſymbolum, quod etiam inſcriptum ſit chartae, ſigillo clauſae, in qua nomen et habitatio auctoris lateat.

Quarto die iunii 1775 moneta publice tribuetur optimo tractatui, ac poſtea remittentur tractatus reliqui ad Auctores ita, vt ne aperiatur charta obſigillata. Tractatus ſolutis impenſis mittantur ad Secretarium ſocietatis.

Regiae ſcientiarum Academiae *Mantuanae* quaeſtionibus et praemiis non multum ante commemoratis *) hanc addamus: *Deſideratur occaſio morbi illius in oryza, quae vulgo dicitur* Carolo, *auxiliaque eum cauendi et repellendi.* (*On de mande ce qui occaſionne la maladie du rizen herbe, vulgairement appellée* Carolo, *& les moyens de la prévenir ou de la guerir*).

Explanatio huius rei exſpectatur 1775. Quid praeterea in elaborandis et mittendis commentariis obſeruandum ſit, ſupra monuimus.

Academia regia ſcientiarum *Burdegalenſis* repetiit quaeſtionem: ſecundum quam vult, vt *exhibeantur notiones clarae atque diſtinctae virtutum medicarum regni animalis* cet. **) et diſtulit eius elaborationem ad annum 1776. Ceterae quaeſtiones iam a nobis ſunt commemoratae ***). Elaboratio-

*) v. comm. noſtr. Vol. XVIII. p. 153. it. ib. Vol. XIX. p. 158.
**) v. ibid. Vol. XVII. p. 715.
***) v. ibid. p. 714. et Vol. XIX. p. 549.

nes mittendae ſunt ante primum diem aprilis eorum annorum, quibus quaeſtiones ſunt deſtinatae. Id quod locis dictis ſupra, a nobis eſt indicatum.

Academia, quae in incrementum agriculturae condita eſt *Florentiae* ac nomen gerit vernaculum *Georgofili* quaerit: *pendetne quies, quam per unum vel plures annos agris in prouincia dare ſolent, a cauſſis phyſicis, aut politicis, aut moralibus, et quomodo iis eſt aut ex toto, aut aliqua ex parte occurrendum?* (*Le repos d'une ou de pluſieurs années qu'on donne aux terres dans chacune de nos communautés ou provinces, depend-il de cauſes phyſiques, ou politiques, ou morales & comment y remedier en tout ou en parties*).

Examinetur et experientia probetur: *an deſpoliatio foliorum ſecundorum in moris, earum vegetationi et conſeruationi noceat, an vero melius ſit, ſi ea caſui naturali ex frigore primo committantur.*

(*Examiner & verifier par l'experience, ſi la cueillette de la ſeconde feuille, que pouſſent les mûriers eſt nuiſible à leur végétation et à leur conſervation & s'il vaudroit mieux la laiſſer tomber d'elle même aux premiers froids?*)

Commentarii ante finem 1774. exſpectantur. Reliquas leges ſupra*) narrauimus. Ibi quoque de forma ſcholae agrariae inuenies quaedam.

A Regia Societate ſcientiarum *Noruegica*, quae *Nidroſii* floret, propoſitorum problematum hoc eſt commemorandum, quod attinet *rationem detegendi fodinas lithanthracum in prouinciis* (*ſur les moyens de decouvrir les mines de houille dans les pays*).

Ad hac de re elaborandos commentarios omnes omnino inuitantur exteri viri docti, iique Danice vel

*) v. comm. noſtr. Vol. XVIII. p. 155.

vel Latine conſcripti mittuntur ante menſem decembris 1774 ſecundum leges ſocietatis, non multum ante a nobis *) communicatas.

Quaeſitum fuit in *mercurio Germanico*, qui prodiit opera Cl. WIELAND: *quaenam eſſet optima iuſtiſſimaque educatio in ruricolarum liberis, agriculturae deſtinatis, adminiſtranda.*

Praemium conſtabit ſexaginta aureorum. Commentarius reſpondeat regulis agriculturae, ab eius ſtudioſis obſeruandis. Succeſſus laborum hic ſuſceptorum non iis ipſis minor ſit. Scribendi genus ab ruricolis intelligatur et commentarius ipſe ante finem iunii 1775, ſolutis impenſis *Weimariam* mittatur. Inſcriptio exterior haec ſit: *nouo libro, inſtructioni ruricolarum liberorum ſacro, deſtinatum.*

Eadem quaeſtio quoque propoſita eſt ab academia, quae in incrementum agriculturae condita eſt *Florentiae* ac nomen gerit vernaculum *Georgofili*, quam vide ſuperius **).

Anonymus ſub nomine boni Sueci (*bon Suedois*) propoſuit palam hanc quaeſtionem: *Poſſitne ſocietas, ex definito numero agentium membrorum formata, exſtrui fundarique, cuius ſtudium et ſumtus finem ſibi propoſuiſſent, rationem corrigendi, fertilesque reddendi terras neglectas vel deuaſtatas, paludes exſiccandi et colendi regiones.*

(*Ne pourroit on pas établir une compagnie formée d'un certain nombre d'actionnaires, dont le travail & la depenſe auroient pour but l'amelioration de terres ruinées ou negligées, le deſſechement des morais & la culture des terreins en friche?*)

 Tri-

*) vid. comm. noſtr. Vol. XVIII. p. 541.
**) vid. ibid. Vol. XVIII. p. 155.

Triginta millia thalerorum offert ad hanc fundationem atque ſexcentos thaleros ei, qui ex ſententia ſocietatis pro patria, quae Holmiae eſt inſtituta, coniuncturus eſt plurima commoda. Atque *Holmiam* ante 24 iunium 1775 mittendae ſunt diſſertationes. Praeterea et duae monetae argenteae praemio conſtituto addentur.

Francofurti ad Viadrum CLEMENS AVGVSTVS DE STEINHAVSS Profeſſor medicinae extraordinarius factus eſt.

Cl. CHRISTIANVS GODOFREDVS GRVNER *) receptus eſt inter ſodales ordinarios ſocietatis Moguntinae ſcientiarum vtilium.

Cl. GVILIELMVS HENRICVS SEBASTIANVS BVCHOLZ **) ſodalibus ordinariis ſocietatis Moguntinae ſcientiarum vtilium eſt adiunctus.

IOANNES HENRICVS SCHÜTTE phyſicus prouincialis Cleuenſis, ob inuentum Cleuenſem fontem variaque ſcripta cognitus, *Cleuae* octuageſimo aetatis anno, ineunte hoc 1774 anno, apoplexia hanc vitam cum morte commutauit.

Mortuus eſt maximo cum dolore academiae Gottingenſis Illuſtris RVDOLPHVS AVGVSTINVS VOGEL, bene de hac academia meritus et variis ſcriptis perutilis, *Gottingae* die 5 aprilis 1774, maraſmo ſenili.

Rerum naturalium, phyſicarum et oeconomicarum cognitione clariſſimus Liber Baro OTTO DE MÜNCHHAVSEN, inprimis notus ob librum elegan-

*) v. comm. noſtr. Vol. XIX. p. 551.
**) v. ibid. Vol. XVIII. p. 494. it. Vol. XIX. p. 705.

elegantem, qui inſcribitur *der Hausvater*, obiit die 13 iunii 1774, anno aetatis quinquageſimo octauo.

Experientiſſimus FRIDERICVS CHRISTIANVS GÜNTHER, conſiliarius aulicus et archiater ducis Coburgici *Calouiae*, deſiit die 24 aprilis 1774 viuere. Aetas eius erat quadraginta et octo annorum, morbus, quo ſuccubuit, hecticus. Multa cum laude verſatus eſt in arte facienda medica et in natura perſcrutanda. Reliquit igitur magnam rerum naturalium collectionem, inprimis aues cum ouis et nidis.

Lipſiae deſiit viuere menſe aprilis 1774 IOANNES CHRISTIANVS TILLING, medicinae Doctor et Profeſſor Lipſienſis.

M. COMMERSON, Medicinae Doctor, ineunte hoc 1774 anno, in Africae colonia Gallica e rebus humanis exemtus eſt. Legauit teſtamento ſummam quandam, ſub nomine pretium virtutis (*prix de vertu*), quod ſingulo anno die ianuarii diſtribuetur dabiturque optimae actioni, quae in ordine morali et politico cognita fuerit. Rogat teſtator ſenatum ſummum Gallicum, hanc teſtationem protegendi, atque diſtribuendi in vltima ſeſſione decembris dicti anni.

Die 16 aprilis *Dresdae* 1774 obiit SAMVEL KRETSCHMAR morbo pectoris. Medicus doctus et naturae ſcrutator indefeſſus. Profectus eſt maximis cum moleſtiis per Belgium, Angliam, Galliam, Italiam, Poloniam magnamque in omni hiſtoria naturali nactus fuerat peritiam, quod ex variis ab eo editis libellis aliisque ſcriptis, diuerſis diariis inſertis docetur, nec non ex collectione ma-

gna rerum naturalium et nummorum, quam reliquit et partim Lipſicae, partim Wittenbergicae vniverſitati dono dedit.

Cl. IOANNES ANDREAS MVRRAY medico practicam bibliothecam vulgauit et continuabit.

Cl. MVRRAY ſolus hoc opus curabit, vtilia quaeque medico practico ſcitu neceſſaria, coniunctim et ſparſim edita in medicis et praeter eos in aliis libris, vt itinerariis, oeconomicis, fugitiuis et periodicis ſcriptis cet. indicabit; minus vtilia et abſurda vel prorſus praetermittet, vel breuiſſime tanget, hypotheſium, niſi ſumme probabilium et maxime vtilium, nullam rationem habebit.

Sufficiant iam haec ad magnam profecto vtilitatem huius operis intelligendam. Prodibit hoc opus per partes, quarum quatuor ſiſtunt volumen, indice inſtructum. Inſcriptum eſt ita: IO. ANDR. MVRRAY *mediciniſch practiſche Bibliothek. Erſter Band. Erſtes Stück. Göttingen, bey Johann Chriſtian Dietrich*, 1774. 8.

Cl. IOANNES HILL nouam *Horti Malabarici* editionem in 4to maiori molitur. Plantae ad ſyſtema Ill. LINNAEI in claſſes, ordines, genera, ſpecies diſtribuentur, nomina ſpecifica, ſynonyma et obſeruationes botanicae addentur.

Prima pars maio 1774 abſoluta dicitur, continebit plagulas centum et tredecim tabulas atque ita ſingulis tribus menſibus pars vna ſequetur. Pretium partis eſt aureus Anglorum. Inprimentur exempla chartae mediae et minori et quaedam viuis ornabuntur coloribus, quae 3 aureis Anglorum conſtabunt.

Ebermayerus, bibliopola Norimbergenſis, omnem b. EISENBERGERI apparatum librorum Blackwelliani

welliani herbarii et ſerpentium piſciumque ex CATESBAEO ſibi emſit. Continuabit iam et operam dabit, vt haec duo opera cito beneque finiat.

Memoria CHRISTIANI GOTTLIEB LVDWIG, Philoſophiae et Medicinae Doctoris, Therapiae Profeſſoris publici ordinarii in academia Lipſienſi, Ordinis Medicorum Decani, academiae Senioris et Decemuiri, Collegiorum maioris principalis et beatae Mariae virginis Sodalis, Academiae ſcientiarum regiae Boruſſicae, Societatis botanicae Florentinae, et Societatis oeconomicae Lipſienſis Socii, Societatis Teutonicae Lipſienſis Senioris.

Ergo etiam de eius vita dicendum eſt, cuius auctoritate hi commentarii per vnum et viginti annos ſcripti ſunt. Habuimus LVDWIGIVM, medicum experientiſſimum, profeſſorem artis ſuae eruditiſſimum, virum pium erga Deum, beneficum erga alios, publicis commodis multo plus, quam domeſticis deditum, omniumque officiorum ſtudioſiſſimum. Habuimus eum, neque vllus eſt deſiderii noſtri pudor; ac ne modus quidem foret, niſi diuina voluntate adquieſcendum eſſe ſciremus.

Hunc anno huius ſeculi nono, die vltimo aprilis, Bregae Sileſiorum ſuſcepit GEORGIVS, ſutor, ex ANNA ELISABETHA KOERNERIA: qui excuſatione magnae paupertatis nunquam eo vſi ſunt, vt filium publicae in ſchola disciplinae aditu intercluderent; imo adeo, cum eius ſtudium probari quibusdam vidiſſent, quidquid potuerunt pecuniolarum comparſere, ne deeſſet ſtudio materies. Quod autem multo maius fuit, vt Deum reuereri

 pieta-

pietatemque magni facere filius diſceret, id ipſum cumulate praeſtiterunt: nam paternarum cohortationum tamquam ſemina tam altas in animo eius radices egerant, vt ſenex adeo interdum ageret aliquid, quoniam (id enim diſerte fatebatur) ita agendum eſſe parentes praeſcripſiſſent. Inter magiſtros gymnaſii patrii SCHINDELIVS, Rector, plurimum de eo meritus eſt, a quo hiſtoriae notitiam ita diſpoſitam acceperat, vt, omnibus aliis poſthaec occupatus, loca tamen facile ſciret, quo quidque, e litterarum praeſertim hiſtoria, referendum eſſet. Cuius diſciplinae hic fructus in omnem vitam manauit, vt LVDWIGIVS neminem medicinae tironem admittendum putaret, niſi qui hiſtoria colenda ad eandem facultatem ſe paraſſet: nam turpe eſſe, vel penitus ignorare, quidquid vllo loco atque tempore accidiſſet, vel, in litteris nominatim, ſuam tantum aetatem praeceptorumque dictata noſſe, et omnia nunc demum prolata et patefacta opinari. Sed cum in ipſo illo gymnaſio nec philoſophiae, nec graecarum latinarumque litterarum ſcientiam vsque eo perfeciſſet, vt ſubtiliter et expedite ſcribere, aliorumque libros ad certam dialectices normam examinare poſſet: multum temporis ſarciendo huic damno impendit, ſuoque exemplo medicinae ſtudioſos peramanter monuit, vt et philoſophia et humanitatis doctrina aſſidue exercerentur, nec legere ſolum latine ſcriptos libros, ſed, quacunque demum lingua, ſcribere etiam ipſi ſubtiliter, diſpoſite, pure ac perſpicue diſcerent. Et fuit cohortatio haec tam ſeuera, vt, ſi quem his praeſidiis deſtitutum vidiſſet, non corriperet tantum atque reprehenderet, ſed ſuo ſumtu bene multos erudiendos curaret.

Iam cum maturus academiae videretur, a multis commendatus quidem eſt HOFFMANNO, qui Halam

Halam tum ornabat; ſed Lipſiam nihilo minus adiit, multo cum minore ſpe paupertatis ſuſtentandae. Quae voluntas miram ſane cauſſam habuit. Nam pater LVDWIGII, qui olim opificum ritu Lipſiam viderat, tantum vrbis contraxerat amorem, vt, difficultatum omnium ipſiusque paupertatis ſecurus, non ſine graui comminatione, vt fit, iuberet filium Lipſiae litteris vacare, quoniam ſibi quondam vrbis huius adfluentia et elegantia magnopere placuiſſet. In quo quis non videat, diuinae prouidentiae veſtigia latere, quae per huiusmodi ambages ſaepe numero ad finem tendit, et minutiis adeo, humanam aciem effugientibus, vtitur. Venit ergo Lipſiam a. 1728, nemini vni notus, praeterquam iis mercatoribus, quos itineris comites habuerat; nullo hoſpitio parato; paucis nummulis inſtructus, vt primum prandium eſſet merus panis, deuerſorium autem vnius noctis in ſuburbio, quibusdam obolis conductum, non procul ab illa domo et hortis, quorum ipſe poſtea ex Waltheriana hereditate dominus fuit. Quae rerum viciſſitudo eum per omnem vitam ad veriſſimas diuinae prouidentiae laudes excitauit, et ad conſolandos erigendosque pauperes diſertiſſimum fecit.

In litterarum ſtudiis IOECHERVM et HAVSENIVM elegit, illum philoſophiae, hunc matheматices magiſtrum. Medicos adiit SCHACHERVM, WALTHERVM, PLATNERVM, QVELMALZIVM, HEBENSTREITIVM et PLAZIVM, quem poſtea collegam amantiſſimum et in decanatu ſucceſſorem habuit. Hos omnes quidem indefeſſe ſectatus eſt, et, quidquid ab iis acceperat, imprimere animo ſtuduit; ſaepe tamen paupertas eum adegit, aliquam temporis partem in iis rebus collocare, vnde potius lucelli aliquid, quam verus et ad ipſam medicinae cognitionem neceſſarius fructus

ctus redundaret. Quod autem in patria familiariter vſus fuerat GVENTHERO, poeta nuper non ignobili, excitatus ab eo ad aliquem poeſeos vernaculae amorem ad GOTSCHEDIVM ſe contulit, eiusque auctoritate legendo, ſcribendo et vertendo multum temporis et operae tribuit: eſſetque longius progreſſus, niſi medicinae amplitudo et difficultas ab hoc quidem itinere eum deterruiſſet. Tamen hinc illud conſecutus eſt, vt, ſi quando de ſua arte dicendum ſcribendumue eſſet, oratio, viua praeſertim voce vtentis, non nihil ſuauitatis atque varietatis haberet. Omnino Gotſchedianae diſciplinae hoc acceptum tulit, quod audere aliquid et in publicum prodire coepit: libenter enim et gratiſſima mente faſſus eſt, ſe quidem, niſi GOTSCHEDII hortatu confirmatus eſſet, de maiore fortuna deſperantem, triennio in academia exacto, in patriam reuerſurum fuiſſe. Si ergo LVDWIGIVS vtiliter Lipſiae detentus eſt, GOTSCHEDIO hoc debetur.

Sed dum ita litteras tractat, FRIDERICVS AVGVSTVS, primus e Saxonica gente rex Poloniae, quosdam in Africae et Aſiae partes mittere decernit, qui naturae bona ibi diligenter inueſtigent. Deligitur IOANNES ERNESTVS HEBENSTREITIVS, medicus eruditiſſimus, ceterorum, qui iter facturi eſſent, dux et moderator. Cui cum iuuenilis ardor LVDWIGII et dexteritas multis modis innotuiſſent, hunc in primis comitem ſibi adiungit, eique botanices curam demandat. Rege ſalutato, a. 1731 menſe octobri Dresda proficiſcuntur, ac ſecundo menſe poſt per Heluetos Maſſiliam veniunt, ibique omnibus adparatis, ineunte proximo anno ſoluunt oram: ſed, poſt moleſtiſſimam nauigationem, menſe demum februario Algerium tenuere, ridentibus iam pratis, et amygdalo florente, ipſa-

que

que natura LVDWIGIVM botanicum ſalutante. Ille vero, grauiore morbo conſtrictus, ceteros, paullo altius in Algerienſem agrum progreſſos, comitari non potuit: tamen viribus collectis, ſolus in vicinia oppidi munere fungi, et plantas conquirere coepit. Eodem tempore aliud tentauit, vt, Rondeletiano opere adiutus, piſcium genera colligeret. Quorum ſiccandorum cum cupidiſſimus eſſet, neque tamen commodam rationem noſſet, ipſe proſpero ſucceſſu inuenit, piſciumque huiusmodi non paruam copiam ſecum Dresdam attulit. Solebat enim, ſi cuius rei efficiendae ſtudio teneretur, indefeſſe laborare, donec eam in poteſtatem ſuam redegiſſet; eiusque cauſſa immanes interdum ſuperabat moleſtias. Algerio Hipponem regium, quae nunc Bona eſt, contenderunt; inde Conſtantiam, Oranum, Tabarcam; quo in itinere marinae potiſſimum plantae examinatae ſunt. Non attinet commemorare, eum cum ſociis aliquoties a tumultuante plebe infeſtatum, in obſidione, qua claſſis Hiſpanica Algerium preſſit, magno periculo obiectum fuiſſe, ſummoque Algerienſium magiſtratu per ſeditionem interemto, dubium de itineris progreſſu et ſucceſſoris fauore haeſiſſe: hoc potius dicemus, pertinaciam et ſuſpiciones incolarum nullo modo vinci, aut omnibus perſuaderi potuiſſe, vnius naturae ſcrutandae ſtudio hos Germanos in illa loca veniſſe: imo vero, quantumuis commendati et muniti ab Europaeis conſulibus, vlterius procedere tunc prohibiti ſunt. Biſertam ergo et Tunetanum regnum adire placuit. Cuius ſummus magiſtratus cum alienior a Chriſtianis eſſet, nec veniam regni peragrandi faceret: reliqui, LVDWIGIO propter morbum Tunete relicto, Tripolin ſpectare coacti ſunt. Sed ipſa illa mora effecit, vt per AARONEM VSIELEM, medicum, quo-

cum

cum familiariter viuere, et Horatio legendo recreari conſuerat, proceribus aulae commendaretur: a quibus res eo deducta eſt, vt, ſpecie fodinarum aluminis inquirendarum, quae nuper detectae fuerant, medias terras Tunetinas, etiam plantarum cauſſa, liberius peragrare poſſet, praeſertim cum Cairouanum deuerti, et inde, quorſumcunque vellet, excurrere liceret. Ita Suſam vsque progreſſus eſt. Reuerſis ceteris, mitigatoque ad lenitatem ſummi magiſtratus animo, impetratum eſt, vt dactyliferam terram adirent. Vnde cum Tunetem rediiſſent, improuiſus de morte regis Poloniarum nuncius medio in curſu impediuit: iter enim ſic fuerat inſtitutum, vt, Barbaria peragrata, deſerta quoque loca et occidentalem Africae partem vsque ad bonae ſpei promontorium adirent. Sed nuncius ille de repetenda Germania cogitare iuſſit, ipſumque iter iam a. 1733 menſe martio coeptum eſt. Ac ceteri quidem per Maſſiliam redierunt; LVDWIGIVS vero, qui et animalia Africana, et alia deduceret, Gibraltariam verſus curſum flexit, vnde, tribus hebdomadibus poſt ſecundum ventum nactus, Hamburgum profectus eſt, et Albim nauigans tandem auguſto menſe Dresdam delatus.

In hoc itinere quidquid ſingulis diebus accidit, diligentiſſime conſignauit: et exſtant etiamnum commentarii, ipſius manu ſcripti. Ab iis vero edendis primo modeſtia eum detinuit, ne ab aliis occupata repeteret, a SHAWIO nominatim, quo aliquamdiu in Africa amiciſſime vſus eſt: deinde prudentiſſimum conſilium, vlterius in litteris progrediendi, et pluribus in dies experimentis ea confirmandi, in quibus obſeruandis iuueni aliqua fortaſſe fraus obrepſiſſet: denique HEBENSTREITII auctoritas, qui, cum ſociis itineris praefuiſſet, iure poſtulare videbatur, vt ipſe potiſſimum de itinere ſcriberet.

ſcriberet. Sed victis difficultatibus, et HEBENSTREITIO humanis rebus exemto, occupationes LVDWIGII tantopere auctae ſunt, vt omnis ſpes digerendorum vulgandorumque commentariorum euaneſceret. Quod non modo phyſicae doctrinae, ſed antiquitatum etiam, hiſtoriae, atque morum cauſſa dolendum eſt. Nam vt phyſicam doctrinam nunc mittamus, mores et inſtituta hominum tam attente ad certam rationis ſalutisque publicae ac priuatae normam exegerat, vt non modo, quid turpe, quid vtile, notatum haberet; ſed quid aliae nationes ab aliis, quid Turcae a Turcis diſtarent, quae litterarum, diſciplinae, oeconomiae vel impedimenta, vel adiumenta, vbi artibus, vi, donis, integritate opus eſſet. De veſtitu praeterea, re domeſtica, aedificiis, precibus, omnique incolarum religione, quaedam non protrita obſeruauit. Atque vt peritiſſimis viris ſermones de his rebus, vitaeque multiplicem vſum ſaepe numero probauit, ita ab ipſa hac experientia in librum eius de forenſi medicina, praeſertim vbi de publica ſanitatis cura dixit, multa deriuata ſunt. Omnino mirandum eſt, iuuenem viginti circiter annorum, (ea enim aetate fuit, cum iter ſuſceptum eſt) nullis magnopere admonitionibus aut praeparatum, aut gubernatum, omninoque botanicae colendae deſtinatum, tamen ſponte ſua ingeniique bonitate tam acute alia quoque obſeruaſſe, tam perite exigua cum magnis coniunxiſſe, et tam diligenter notaſſe, vt vix fieri poſſet peritius. Sed vt alia debuit ingenio et ardori, ita in naturae ſtudio mire eum adiuuit SHAWII amicitia: ab hoc enim planius accepit, quid tandem eſſet naturalis hiſtoriae ſyſtema, ab hoc ad RAII ſyſtema ductus eſt, ab hoc de modo artis huius cognoſcendae ac tractandae colloquiis potius et vſu, quam praeceptis et diſputatione, edoctus eſt. Scri-

pſit

pſit aliquando, vt pauca etiam de antiquitatibus addamus, de aquaeductu Carthaginienſi, eo modo, quo talia ſcribi debebant a pluribus. Neque enim in ipſius operis ſubſtructionibus haeſit, id quod norat iam a FRONTINO factum, et ab aliis repetitum; ſed fontes aquarum obſeruauit, et perſpicue oſtendit, incredibile propemodum videri, in tanta aquae penuria tamen tam largam copiam, e paucis ſcaturiginibus hauſtam, per multa miliaria ad vrbem frequentiſſimam deductam eſſe: quo quidem modo ad magnitudinem veterum aeſtimandam non minus contulit iis ipſis, qui de ſtructurae miraculo ſcripſerunt. Atque huiusmodi narrationibus pleni ſunt hi commentarii. Notauit inter alia bene multas inſcriptiones, e quibus videntur non nulla ad illuſtrandas antiquitates militares peti poſſe. Pleraeque ſunt ex Antoninorum aetate; vna, IVSTINIANO et THEODORAE conſecrata. Praeſertim ea notanda eſt, quam ad Caſſeriam detexit, nonaginta hexametris et decem diſtichis conſtantem, qua aliquis FLAVIVM SECVNDVM ob monumentum ſepulcrale, patri erectum, laudat, eique breuitatem aeui, diuturnitate operis ſuperatam, gratulatur.

Lipſiam redux denuo medicinam omnem tanto ardentius vtiliusque tractauit, quanto iam paratior a naturae cognitione erat. Sed aduerſante his conatibus fortuna, eo coepit inclinare animus, vt Americani itineris conditiones ſpectaret, meliorem fortaſſe ſortem apud alios experturus. Sed largiſſimo ſtipendio Siluerſteiniano ab hac voluntate reuocatus eſt:, ita enim poterat viam Lipſiae coeptam proſequi, et in botanicis eo maxime conſilio elaborare, vt ad profitendam in academia diſciplinam, in qua totus defixus erat, ſe pararet. Captis ergo a. 1736 Magiſtri philoſophiae honoribus, editaque

editaque diſputatione de plantarum marinarum vegetatione, multo cum fauore audientium rem herbariam explicauit, et, HEBENSTREITII veſtigiis inſiſtens, cum docendo, tum in ſiluas, hortos et campos excurrendo, complures ad hanc naturae partem excolendam commouit.

Cum inter haec a. 1737 medicinae Doctor creatus, iam artem faceret, Vitebergam vocatus eſt phyſices Profeſſor; ſed amor erga Lipſiam, plurium annorum beneficiis confirmatus, et voluntas, medicinae cum omni potius naturali hiſtoria, quam cum phyſicis, coniungendae, ſuaſerunt ei, munus hoc modeſte declinare. Quod etſi inuitis patronis fecerat, tamen paullo poſt, vt Lipſiae quoque praemium moleſti itineris haberet, electus eſt Profeſſor medicinae extraordinarius, cum ſtipendio lauto, et poſt obitum PLATNERI a. 1747 phyſiologiae Profeſſor ordinarius, a quo gradu a. 1754 ad profeſſionem anatomicam, quarto anno poſt ad pathologicam, mox ad Decanatum ſui Ordinis, et munus therapiae docendae, adſcendit, omnesque adeo honores, quos medico in hac academia capeſſere licet, deinceps tenuit.

In initiis huius curriculi CRAMERVS, libris chemicis et docimaſticis longe celeberrimus, Lipſiam venit, quem inter et LVDWIGIVM tanta familiaritas conciliata eſt, vt per dimidium annum communi habitatione et amiciſſimo conuictu vterentur. Quod omne tempus LVDWIGIO ad chemiam experimentis praeſertim illuſtrandam opportuniſſimum fuiſſe, per totam vitam gratiſſima mente agnouit. Adparuit vero etiam non ſpernenda chemiae cognitio, quoties medicamentorum formulas compoſuit, in quibus, quid chemia ſuaderet atque ferret, ſemper accurate cogitauit, iisque grauiter indignatus eſt, qui nouitatis ſtudio aut auda-

cia quadam decepti, quidquid vllo modo poſſent, commiſcerent, quantumuis aduerſante pharmacia.

Eo circiter anno, quo medicinae extraordinaria profeſſio ipſi conceſſa eſt, mandata accepit ab HEVCHERO, regis Poloniae archiatro, vt genera terrarum, in Dresdenſi muſeo adſeruatarum, digereret deſcriberetque. Quae cum maximam partem e Saxonia collectae eſſent, iuſſus eſt, metalla Saxonica circuire, vt eo verius peritiusque de ſingulis ſcribere poſſet, Atque vt nullis, vel ſumtibus, vel laboribus, in hoc opere perficiendo pepercit, ita nec regia liberalitas ei defuit: certe Ludwigianum opus de terris eo etiam ſplendore externo commendatur, qui facile regiam munificentiam declaret. Quodſi liber abſolutus dici nequit, (neque enim ipſe auctor celauit, mutari multa et addi poſſe) praeſertim ſi cum iis comparetur, quae recentior aetas adinuenit et correxit: tamen occaſio fuit LVDWIGIO, huius etiam partis naturae perſcrutandae, a qua ſua quidem voluntate paulo alienior fuit; certe praeſtitit tantum, quantum illa aetate praeſtari potuit.

Pluribus dicendum eſt, qua via et ratione ad eam botanicae artis perfectionem venerit, cuius laude eum vbique floruiſſe conſtat. Ex quo igitur Lipſiam venit, HEBENSTREITIO, vt ſaepe diximus, operam dedit, qui et hunc plantarum amorem cum eo communicauit. Ad haec initia non parum acceſſit Africani itineris opportunitate, ſiue varietatem et nouitatem ſtirpium, ſiue otium, vni botanicae arti deſtinatum, ſpectemus. Quibus omnibus ſi ardorem animi incredibilem, inauditam conſtantiam, frigoris calorisque ſingularem tolerantiam, alios labores, ſaepe illos valetudini et vitae periculoſos, quotidianam denique docendi exercitationem, haec igitur ſi adiuncta fuiſſe dicamus:

mus:

mus: facile adparebit, cur non modo breui tempore longe progreſſus ſit, ſed amor etiam artis tam alte inſederit animo, vt ne ſenem quidem relinqueret. Quod ſi enarrare ſingulatim placeret, quid iuuenis diſcendi docendique cauſſa fecerit, habitura quidem eſſet haec narratio plurimum admirabilitatis; ſed vbi ad prouectiorem venerat aetatem, multisque negotiis diſtrictus eſſe coeperat, nullum tamen totius fere aeſtatis diem, ſine aliqua occupatione botanica, elabi paſſus eſt. Vix enim terris adſpirauerat vernus tepor, cum de plantis cogitare et loqui, plantas quaerere et colere, plantas ſiccare, macerare, digerere, et titulis notare coepit: et poſtquam ſenex hac manuaria opera abſtinere penitus coactus eſt, alios tamen haec curare iuſſit, eorumque conata iuuit et rexit. Vbi vero auctumnus hortos et prata nudauerat, niuesque cum frigoribus botanicum domo concludebant, libros verſabat, inprimisque figuras aeri inciſas contemplabatur, ne in ea re, quae memoriae et oculorum eſſet, tempus aliquod exercitatione vacuum efflueret: omninoque hanc hiemalem floram omnibus, qui ſeuera lege proficere vellent, magnopere commendauit. Multo autem et copioſior et expeditior horum omnium occaſio fuit, poſtquam hortos Waltherianos, in vſus artis botanicae inſtructos, hereditate acceperat. Ceterum nunquam in ea herbariae rei parte ſubſtitit, quae claſſium generumque cognitione ac nominibus abſoluitur; omnem potius ſingularum plantae partium naturam, et phyſicam botanices partem, animo amplecti contendit. Cum enim naturam ipſam multis in regionibus contemplatus eſſet, eiusque vias omnes ſuis oculis, ſua acie perſecutus: qui poterat tandem ſe intelligentem eius putare, ſi nomina quidem, genera, formam atque habitum rerum teneret; neque vero,

 qua

qua ratione naſcerentur et euoluerentur, quam haberent fabricam, quem motum, quem vſum, quam inſtitutionem, diligenter ſcrutaretur. Certe liber eius de regno vegetabili, ſine hac attentione et cura reuelandae naturae, nec concipi animo, nec abſolui potuiſſet. Hinc iucundiſſimos ſaepe ſuper his rebus ſermones habebat, non ſcholae tantum, ſed et vitae vtiles, et paulo erectioris ingenii hominibus exoptatos: nam vbique tantam creatoris ſapientiam atque benignitatem demonſtrabat, vt vel alieniſſimos ab eo animos ad ſenſum pietatis atque reuerentiae commoueret. Mox enim in bulbo tulipae, aut arboris gemma, omnes futurae plantae partes latentes oſtendebat; mox inſtitutionem plantae, ſapienter et ad creſcendum, et ad permanendum accommodatam, mirabatur; mox hominum vitam, incrementa, alimenta et mortem, cum totidem plantarum viciſſitudinibus comparabat. Adſtans vero plantae, quae cum maxime animalculo ſuccum e nectariis praeberet, aut impeditum viſco teneret, aut ſpinis arceret, admirabundus concionari propemodum de Deo et rerum natura ſolebat. Huius igitur ſcientiae fructus proferre coepit in aphoriſmis botanicis, a. 1738 in vſus ſcholarum editis; ſed opuſculum hoc veluti fundamentum vberioris libri fuit, quo a. 1742 inſtitutionem regni vegetabilis complexus eſt: nam eadem fere, quae in aphoriſmis anguſtius dixerat, in maiore opere dilatauit. Sed iam ante, a. 1773, definitiones botanicas edidit, quae tertio et vigeſimo anno poſt cura BOEHMERI, medicinae Profeſſoris Vitebergenſis, recuſae et auctae ſunt, opus vtile, et commendatione digniſſimum. Condidit nimirum in eo ſyſtema, e Riuiniano, quo antea vſus erat, et Linnaeano compoſitum. Itaque voluit, vt floris involucra, calyx, corollae integrae et in petala diuiſae

ſae

ſae habitus, vel legitimus, vel aberrans, ſtaminum numerus, fructus denique ratio et natura, fundamenta diuiſionis generum ſummorum, mediorum et infimorum eſſent. Flores autem, inuolucris inſtructos, adpellauit inuolutos; iis contra deſtitutos, nudos: priores illos rurſus perfectos, ſi praeter inuolucrum ſtamina piſtillaque haberent; relatiuos, ſi harum vnam vel alteram partem. Corolla petaloideum, calyx ſolus apetalum florem conſtituebat, normamque ſubdiuiſionis offerebat, in inferioribus, quae dicunt, generibus ex variis harum partium conditionibus repetendam. Fuit autem haec methodus tantae facilitatis, vt, qui ei eſſent adſueti, reliquorum ſyſtemata ad eius normam facillime referre atque diiudicare poſſent: tenuit etiam aliquamdiu inter artis cultores, donec aliorum libris maior auctoritas tribui coepit.

In hac ſtudii botanici continuatione mirum non eſt, tot plantas, arte ſiccatas, ab eo collectas eſſe, quot nemo fere in omni Germania collegit; praeſertim ſi Africanae, et aliae exterae ſpectentur. Et cum ſciret, quantopere natura et habitus plantarum, e natali ſolo translatarum, cultura mutaretur, exoticas plantas nullas fere adſeruauit, niſi e patria ipſa acceptas, vt Italicas, Siculas, Africanas, Batauas. Nec difficilis fuit collectio, cum omnes fere per omnem Europam botanicos amicitia et neceſſitudine ſibi coniunctos haberet. Ad has, ipſius ſtudio congeſtas, acceſſit ante aliquot annos Boſianum herbarium, et ipſum numeroſiſſimum; quod cum aliquis minori LVDWIGII filio, in quo audiuerat acrem eſſe paternae gloriae aemulationem, dono dediſſet, placuit parenti, ſua quoque manu conquiſitas plantas donatione addere. Tenet ergo filius hunc duplicem theſaurum, duraturum laboris et amoris paterni monumentum.

 Anato-

Anatomicae ſcientiae, quam, vt omnia, multo et indefeſſo labore ſibi comparauit, haec habemus certa documenta. Quae ille de arteriarum tunicis et glandularum differentia, de cuticula, de cutis fabrica et pilorum origine, copioſius atque diligentius ceteris ſcripſit, ea tantam meruerunt adprobationem, vt in his quidem rebus ad hunc vsque diem auctoritas LVDWIGII plurimum valeat, et, quae traduntur, Ludwigiano nomine decorentur. Rurſus omnem huius diſciplinae cognitionem ita inſtituit, vt non tam partes ſingulas in millena divideret, et ad minutiſſima vsque progrederetur; quam ſitum nexumque partium ſpectaret: propoſuerat enim ſibi, anatomiam ad praxin referre, id quod fieri non poteſt, cum partes partium per ſe ſpectantur, vnde non adparet, quid quaelibet agat, quo modo, et quare ſic potiſſimum. Qua quidem de cauſſa in chirurgicis de natura et exitu morborum peritiſſime iudicauit. Tum numerus praeparatorum, qui fuit ex omni genere in muſeo Ludwigiano permagnus, non ipſe quidem ſcientiam declarat; ſed tanto magis ſumma ars et diligentia, qua confecta ſunt: pauca enim habuit, quae non aut ipſe confecerit, aut ab aliis ſe moderante fieri curauerit. Angiologica praeſertim et neurologica, quae maiori filio hereditate reliquit, tanta ſunt praeſtantia, vt, quisquis vel peritiſſimus ea viderit, ab vno, eoque priuato, rem vsque eo excoli et perfici potuiſſe, admiratus ſit. Nulla rurſus eſt oſſium laeſio, nullus fere morbus, cuius non reperiantur tot exempla, vt origo morbi, vis et ſucceſſio planiſſime cognoſci poſſit. Atque haec morboſa oſſa minor filius adſeruat. Neque tantum in docendo haec praeparata profuere; ſed multis inde ſuppeditata eſt occaſio diſputationum ſcribendarum, quibus aut ipſa pars corporis, cuius exemplum

plum in Ludwigiano muſeo exſtabat, deſcripta eſt diligentius, aut morbus, qui e praeparato diſci poterat, tractatus et illuſtratus: vnde plura ex hoc muſeo aeri inciſa proſtant. Conſignauit etiam ſub initia curriculi academici dictata anatomica, quae etſi nunquam prodierunt, tamen merentur laudem, partim a proprio illo Ludwigianis ſcriptis ordine et inſigni perſpicuitate, partim ab eo loco, qui de integumentis humani corporis agit. Itaque huius academiae Profeſſoribus in tradenda anatomia diu inſeruierunt, donec varietas et multitudo rerum recens inuentarum vſum huius compendii, de quo ipſe ſemper modeſte ſtatuit, abrogauit.

Satis videmur oſtendiſſe, quo modo eas quoque medicinae partes, quae non in arte facienda verſantur, tractauerit, et quid in ſingulis praeſtiterit. Videamus iam, qualis in facienda medicina fuerit, in quo genere eum excelluiſſe, nemo aequus aeſtimator vnquam dubitauit. Ergo LVDWIGIVS in primis inter nos vicit, quod vix tentare auſi fuerant ſuperiorum medicorum pauci, vt ſimplicitas illa Hippocraticae curationis reſtitueretur, quae per aliquot ſecula propemodum exſulauerat. Nam ſimul atque facere artem coeperat, calidioris illius regiminis abuſum, vbique dominantem, auerſatus eſt. Et quamquam non omnes illico difficultates, vt fit, ſuperare potuit, cum interdum adeo, contra quam ipſi perſuaſum eſſet, etiam in ſcriptis ſimulatione vti cogeretur: perſtitit tamen in propoſito, atque ſpirituoſa medicamenta indies magis improbauit, abuſumque diſcipulis accurate diſſuaſit. Tum re prudenter moderanda hanc felicitatem conſecutus eſt, vt febris puerperarum miliaris, endemia propemodum inter noſtras, et Lipſienſis morbi nomine ab exteris inſignita, tandem euaneſceret, certe vix veſtigia quaedam eius remanerent.

 Quae

Quae vero rara eſt eorum moderatio, qui aliquid innouant, vt modum ſeruent, ea fuit LVDWIGII, qui, ſi vel maxime a calidiore regimine diſcedendum eſſe ſtatueret, multisque modis recederet, non ita tamen ad frigidius tranſiluit, vt, quidquid olim vſitatum fuiſſet, penitus abiiceret, gloriamque nouitatis cum aegrorum et artis incommodo ſectaretur. Quantum potuit, mitiora medicamenta validioribus praetulit, non omnino tamen ſpretis vehementioribus. Ab ingerendis praeter modum medicamentis abſtinuit; interdum adeo incipiente morbo nulla plane exhibuit, vt ante omnia experiretur, quorſum natura tenderet, quam ſciret obſequio moderandam, non ſcholae, opinionum et conſuetudinis imperio cogendam. Atque cum magnam morborum turbam e vitioſa diaeta oriri conſtet, in iis praeſertim vrbibus, quarum elegantia et diuitiae non deliciarum modo parentes ſunt, ſed et morbos neceſſarios gignunt: primas in curando malo dabat temperantiae, et maxime laetabatur, ſi quem mature nactus eſſet, cui monendo caueret: ac plus adeo adloquio et regendo vitae genere, quam medicamentis, efficere conabatur; vnde multis non probatus eſt. Emetica, id quod ipſe fatebatur, iuſto parcius ſuadebat, fortaſſe ex primae diſciplinae conſuetudine et cautione. Abuſum venaeſectionis praeter modum oderat. Inuenta ab aliis medicamenta non temere probabat; ſed quae ratio ipſa monſtraret bene delecta, et apte compoſita, ea nihilo minus imitanda, et ſuo vſu cognoſcenda eſſe iudicabat. In praedicendo morborum euentu ſagaciſſimus erat, quae res ei ſummam interdum laudem peperit. In chirurgicis naturam quidem, ſi quam ipſa ſibi viam panderet, adiuuandam putabat; tamen etiam ſeueram manum et cultrum inutili vnctionis et emplaſtrorum

clementiae

clementiae praeferebat; et ſunt eo duce et auctore a chirurgis noſtris multa feliciter praeſtita. Pauca ſolebat ex tempore decernere; ſed partem diei cogitandae medendi rationi tribuebat: et quamquam primum locum doctrinae dabat, nunquam tamen obliuiſcebatur, eam mirifice variari, cum ad aegrotantes ipſos eſſet ventum: depromebatque ex doctrina, quid fieri poſſet, et ab aliis alibi factum eſſet; ex vſu vero et re, quid hoc tempore et loco fieri deberet. Morborum hiſtorias diligenter conſignabat, eo fere modo, cuius exemplum in methodo doctrinae medicae propoſuit. Quod inſtitutum non modo ei vtile fuit, cui ſaepe aliquid ſcribendum eſſet; ſed ad experientiam quoque praeſtantiſſimum: niſi vero quis neget, pluribus ex eodem genere collectis comparatisque, legem tandem atque normam conſtitui. Omnino contigerat ei haec facultas, celerrime aliquid obſeruandi, cum in morborum cauſſis et decurſu, tum in naturali hiſtoria: nec praeſentia tantum animaduertendi; ſed et concludendi, quid quamque rem ſecuturum videretur, quem habere vſum, quo modo emendari atque perfici poſſet: vnde multis varia ſuaſit experimenta, in iisque capiendis monitor et hortator fuit. Qui ſemel ad eius fidem et curam ſe contulerant aegri, hos non officio tantum et arte medici iuuabat, ſed integritate etiam atque comitate amici amplectebatur, eos in primis, qui multam in ipſo fiduciam ponerent, nec dubitando aut tergiuerſando ſuſpicionem mouerent. Palam ſe dimitti patiebatur; clam ſperni ſe et poſthaberi nullo pacto ferre poterat. Ergo etiam amorem malebat, quam ſoſtrum, quod non pauperibus modo remiſit, ſed iis etiam, qui mercenariam operam ſibi praeſtitam putarent, generoſo animo reddidit. Multum quoque valebat adloquio,

 cum

cum cruciatus ſummos, metum mortis, ſollicitudinem propinquorum non tam verborum ambagibus leuabat, quam vna tali ſententia, quibus plenum gerebat pectus, de prouidentia diuina, de vi religionis, de futura felicitate, de miſericordia diuina: cuiusmodi ſententias eo vultu et ore proloquebatur, vt certam animi perſuaſionem proderet, et hac vna re multo plus, quam facundis blandientium precibus et ſanitatis vana ſpe oſtendenda, efficeret. Paucis annis poſt, quam inter medicos huius vrbis eſſe coeperat, ita auctus eſt aegrorum ad eum confugientium numerus, etiam e vicinia, vt non niſi corpus robuſtum, acerrimi animi viribus adiutum, quale LVDWIGIO contigerat, tot itineribus, curis laboribusque par eſſet: totus enim dies ſcholis habendis et aegris inuiſendis discriminatus fuit. Accedebant quotidianae conſultorum epiſtolae, quibus accurato reſpondebat, et auxilium, in ipſa vrbe etiam ab iis quaeſitum, quorum medicus non erat. Tamen nec ſuccubuit his tot negotiis, nec vni alterius cauſſa aliquid detraxit; ſed in inſigni ordinis ſtudio ſatis temporis habuit.

Iam in docendo, quod alterum eius munus fuit, ſi non exiguae commendationis eſt, perſpicuitate vti, (quae quidem, niſi quis omnia via atque ratione cognita habeat, exſpectari a nemine poteſt) fuit haec virtus ita propria LVDWIGIO, vt, qui eum audirent, facillimas quidem res ſe accipere opinarentur; ſed repetendo, cogitando, aliisque exponendo intelligerent, profecto eas non omnibus in promtu eſſe. Doctrinam habuit paratam: modo enim ſciret, qua de re dicendum eſſet, omnia ei in mentem veniebant. Neque tamen hac facultate ad ſocordiam abuſus eſt; imo nullam habuit ſcholam, in qua quidem perpetuo ſermone vtendum

erat,

erat, ad quam non meditatus accederet. Nihil auerſabatur magis oſtentatione atque vanitate eorum, qui hypotheſes iactant, ſe ſolos verum tenere gloriantur, multa vbique ſcriptorum nomina recenſent, disſenſus aliorum potius enarrant, quam rem ipſam explicant. Non dubitabat fateri, ſi quid ignoraret; ſed cauſſas etiam inuictae hactenus difficultatis aperiebat, interdum et vias, quibus poſterior aetas fortaſſe ad verum ventura eſſet. Ab obſeruatione et experientia, velut ex fonte, omnem diſciplinam repetebat, in eaque digerenda et confirmanda iudicium malebat exerceri, quam in excogitandis ornandisque opinionibus ingenium. Tamen idem ille ſub finem vitae ad eas procliuior fuit, cum in iudicanda ſingulorum morborum natura, tum in condendo totius artis ſyſtemate, de quo infra dicemus. Quoties docebat, toties in hac re totus erat, vt et domeſticas curas, et aegrotorum mala, et munerum difficultates obliuioni penitus tradidiſſe videretur. Inſigni praeterea erat adſiduitate, qui omnia alia docendi negotio poſthaberet, ac tanta quidem cum conſtantia, vt non poſſet oſtentationi aut moroſitati tribui, ſed iudicio et deliberationi: fidem enim violari putabat, ſi quis ſibi in hac re indulgeret. Hinc illa alacritas et vis, quae nihil eum remiſſe, ſegniter, aut obiter dicere patiebatur; hinc illa laetitia, vt ſaepe, iactatus multifariis negotiis, vix exſpectare horam poſſet, qua ſe in otium ſcholae reciperet, e qua nunquam niſi recreatum ſe ac renouatum redire dicebat. Quod ſi ille demum ſtudio flagrare cenſendus eſt, qui non modo, quae praeſcripta ſibi ſunt, recte exſequitur, ſed etiam cogitat, quid addere, quid emendare poſſit, atque adeo negotia ipſe auget, vt aliorum commoda augeat: certum eſt, hoc in LVDWIGIO ſtudium fuiſſe, hoc eſt,

fideliter gerendi muneris vnicum praeſidium. Solebat inſtructam omni genere librorum medicorum bibliothecam non modo patefacere cuilibet; ſed horas etiam hebdomadis binas deſtinabat, in quibus e ſerie diſciplinarum medicarum libros proponeret, eorumque hiſtoriam, vſum et ſummam recenſeret, vt, tamquam aliud agendo, imbuerentur animi litterariae hiſtoriae amore. Alias item horas, praeter eas, quae diſputando dicatae erant, iis condicere ſolebat, qui ſcribendo dicendoque exerceri vellent. Cum vero ſtudioſos examinabat, tam perite velut obſtetricabatur, vt ex eorum animis depromere omnia videretur: multique faſſi ſunt, ſe hac parte Ludwigianae diſciplinae ad nexum doctrinarum cognoſcendum plurimum adiutos fuiſſe. Ne vero deeſſet aliquid iuſtae inſtitutioni, prouidit adparatum omnem, ſine quo praecepta intelligi nequeunt. Nam quod chirurgica inſtrumenta, quibus ipſe non vſus eſt, magno ſumtu coemit, id fecit diſcipulorum cauſſa, vt ea, de quorum vſu ſermo eſſet, tractare manibus et adſpectu cognoſcere diſcerent: quod ex horto botanico nihil ſibi redire voluit, ne ſumtus quidem, ad eum tuendum neceſſarios, id publico commodo et ſtudioſis dedit: eademque de cauſſa numerum praeparatorum anatomicorum et bibliothecam, vltra quam neceſſe erat, auxit. In his tot tantisque ſumtibus, ſenex praeſertim et muneribus beatus, a nemine mercedem doctrinae acerbius exegit, atque multas horas ſtudioſis ſponte obtulit, modo eſſent, qui diſcere et exerceri vellent. In vniuerſum ſtudia iuvenum, quamuis ſeuerus morum magiſter, et paulo acrior caſtigator, ſingulari amore et beneuolentia allexit, parentisque curam cum doctoris fide coniunxit. Multos excepit hoſpitio, multos victu largiter inſtruxit, neminem aditu prohibuit, nemini

re con-

re conſiliisque defuit, et, quaſi viuere vtilius beatiusque non poſſet, in comitatu ſtudioſorum laetiſſimus fuit. Tardiora ingenia nunquam deterruit; obtuſa exercendo et centies eandem rem repetendo exacuit. Specimina ab iis elaborata non abiecit, vt ipſe alia in eorum locum ſubſtitueret; ſed correxit, vt tirones ſua eſſe putarent, et ſe conando mutandoque tamen aliquid efficere poſſe intelligerent. Huius praeceptoris diſcipulos ſi per omnem Germaniam multos fuiſſe, et etiamnum eſſe dicamus, non videatur hoc a vero abhorrere, aut exiguum eſſe ad gloriam; ſed cum inter eos ſint, qui ſummis muneribus cum laude fungantur, qui libris ſcribendis inclaruerint, qui artem ſaluberrime faciant, id vero tantum eſt, vt ad pretium Ludwigianae diſciplinae ſtatuendum nihil certius, nihil item ad diuturnam meritorum famam clarius inueniri poſſit. Viuit, viuit ille in animis multorum, et quamquam humano generi ereptus, per hos ſemper prodeſt.

Hanc docendi prouinciam ſatis occupatam cum ſuſtinere coepit, animum ad compendia doctrinarum medicarum ſcribenda adpulit. Proſtant libri eius botanici, quos iam deſcripſimus, phyſiologici, pathologici, therapeutici, practici; praeterea de medicina forenſi et chirurgia: nam anatomica dictata, de quibus ſupra monitum eſt, et materiae medicae conſpectus non prodierunt. Neque ipſe tantum iis vſus eſt, ſed aliarum etiam academiarum doctoribus ſunt probati: nominatim forenſis medicina in Batauum ſermonem translata eſt, et Vir Clariſſimus in Francia in opere ſuo chirurgico*) ordinem chirurgiae Ludwigianae maximam partem ſeruauit. His autem ita tractandis hoc conſecutus eſt, vt partes omnes doctrinae medicae perſpiceret,

in

*) Précis de chirurgie prâtique par P***.

in quo ſummam muneris profeſſorii ponebat, vt vbique ſibi conſtaret, vt, quoad quidque tractandum eſſet, vbi currendum, vbi ſtrigandum, facile ſciret, ſcholamque ab vſu vitae internoſceret. In primis methodus doctrinae medicae, ab eo edita, declarat, qualis ingenio, opinione, inſtitutis, factisque fuerit. Ibi enim noua plane ratione triplex artis tractandae conſilium conſtituit, vel vt quis ſe inueniendo pararet, vel docendo, vel arti faciendae, et ad ſingula genera viam oſtendit. Quae vero in profeſſore et practico medico eſſe voluit, ea omnia ipſum tenuiſſe ſatis conſtat; ad inueniendi laudem adſpirare, nec res familiaris, nec varietas munerum et occupationum paſſa eſt.

Inter libros, quibus magnam ſibi nominis gloriam parauit, eſt nobile illud opus Commentariorum de rebus, in ſcientia naturali et medicina geſtis: quod qua ratione ortum ſit et progreſſum, etſi in praefatione vtriusque decadis demonſtratum eſt, tamen hic quoque breuiter narrandum videtur. Iam ante annum 1752 inſtitutum eſt, aduocatis amicis, quibuscum vel de moderanda re deliberaretur, vel libri perlegerentur, quorum ſumma poſſet indicari. Re ſatis conſulta, partes ita diuiſae ſunt, vt alii hiſtoriam medicinae tractarent, alii librorum argumenta diiudicarent. Sunt ergo binae hebdomadis horae conſtitutae, quibus ſocii conuenirent, excerpta librorum argumenta ſecum communicarent, et quae dubia eſſent communi conſilio conſtituerent. Ita prodiit prima pars, ſecutisque mox quibusdam aliis, tantopere ſe probauit res viris doctis, vt ſtatim de maiore exemplorum excudendorum numero cogitandum eſſet, atque prima decas haud interrupta ſerie deinceps ederetur. Cum vero placuiſſet, alteram quoque decadem a. 1763 ordiri, idem modus, eadem inſtitu-

tio

tio fuit, niſi quod interdum paullo tardius res proceſſit. Perductum eſt opus ad voluminis octaui atque decimi partem quartam, cum LVDWIGIVM mors abſumſit, tradito prius amicis quibusdam decadis abſoluendae negotio, quorum cura in exſequendis his mandatis cum maxime verſatur. Multum laboris in hoc negotio exhauſtum eſſe, facile exiſtimabunt, qui eiusmodi operis moleſtias cognitas habent, aut ei vnquam praefuerunt. Nec ſumtibus caruit res, partim ad libros coemendos, partim ad alia, quae hiſtoriae cauſſa ad manus eſſe deberent, conquirenda. Ceterum aut nullam, aut perraram habuit hoc opus offenſionem, cum prima eſſet lex, argumenta librorum excerpere, ſed ab omni in vtramque partem iudicandi ſtudio et cupiditate abſtinere, vt, ſi narrata eſſet libri ſumma, peritis lectoribus integrum relinqueretur iudicium. Voluit enim, eſſe hanc librorum medicorum veluti bibliothecam, iis, qui maiora et rariora opera coemere ipſi non poſſent, inſtitutam.

Extremus non conſilio quidem, ſed effectu, ſcribendi conatus fuit, cum a. 1769 Aduerſaria medico practica vulgare coepit, de quibus, vt e diſſertationibus primae partis adparet, viginti annis ante cogitarat; ſed multis impedimentis retardatus, cum dudum omne hoc conſilium abieciſſe videretur, repente ad id reuerſus eſt, et in eo exſequendo tantum laborauit, vt omnia fere alia Aduerſariis poſtponeret. Subſtitit in tertia parte voluminis tertii; quarta enim pars poſthumum opus eſt. Cauſſam edendi libri videtur hanc habuiſſe, vt partim vlterius elaboraturis colligeretur vndecumque materies, partim ſelecta diſciplinae capita, quae in compendiis, aut integris de arte operibus tantum indicari poſſent, hic explicatius tractarentur.

Vnius operis conſilium morte irritum fuit. Aphoriſticam nimirum medicinam inſtituerat, ſiue totius

totius artis ſyſtema, paucis comprehenſum. Qua in re duo ſpectauit, alterum, vt, quantum poſſet, ſententias denſaret, et interpreti futuro tot fere verba, quot ſententias, exhiberet, eumque adeo cogeret, occaſione ſingulorum verborum aliquid vberius explicare; alterum, vt hypotheſin aliquam ſtabiliret, ad quam amore et conſuetudine botanices ductus fuerat, euolutionem et incrementa corporum a vi vaſorum ſugente ſiue reſorptione deriuandam eſſe, qua laeſa, etiam corpus laederetur. Ac in priore quidem feliciſſime elaborauit; tantus ordo eſt, tanta diligentia et rerum copia: ac vere dici poteſt, exemplar hoc dogmatici libri futurum fuiſſe: quid autem de poſteriore videatur, non integrum eſt ſtatuere, cum quod hypotheſis mera fundamentum operis fuit, tum quoniam non multa abſoluit. Quatuor circiter plagulae huius operis eo conſilio typis excuſae ſunt, vt amicis examinandae traderentur.

Praeter hoc triplex munus, ſcribendi, docendi, artis faciendae, quod inter plures diuiſum ſatis tamen ſingulos occupare potuiſſet, etiam aliis functus eſt. Rectoratum academiae quater geſſit, nec vllum vnquam munus, quod ex ordine ad eum delatum eſt, quantumuis moleſtum, declinauit: ſunt autem ſingulis fere annis alia ei demandata. In Decanatu nominatim, quem ex more perpetuum geſſit, tanta fuit in ſingulis ordinandis ſtipendiisque curandis fide atque diligentia, vt nihil ab eius collegis deſideraretur. Et quamquam temporis magna pars huiusmodi negotiis ei erepta eſt, tamen animo tranquillo tulit, ſimul atque muneris rationem ita poſtulare cogitauit.

Sed fuerunt quaedam in litterarum ſtudiis inſtituta LVDWIGII, quae nondum attingere potuimus, quorum tamen mentio non iniucunda plane

aut

aut inutilis videtur. Egreſſus ſcholis medicis, ad libros in quocumque genere praeſtantiores legendos totum ſe dedit, et ſexennium ita exegit, vt hanc ſuam meſſem fuiſſe ſaepe diceret. Quae vero hoc ſexennio legerat, ea per omne vitae tempus memoria tenuit: vnde initia ſenectutis paullo impatientius tulit, cum multa, vix lecta, rurſus effluerent. Ab hoc legendi ſtudio remittere aliquid coactus eſt, aucto indies aegrorum aliorumque negotiorum numero; ſed damnum hoc ita compenſauit, vt, per occaſionem ſcribendorum commentariorum, tamen cognoſceret, quidquid a medicis vbique locorum actum et inuentum eſſet. A legendo ad ſcribendum tranſiit, nondum muneris neceſſitate coactus; ſed vt doctrinam ſubigeret, et in ſuam poteſtatem redigeret, (innumera enim ſcripſit, de quibus edendis nunquam cogitauit) interdum etiam vt diſcipulis dictata exhiberet. Sed cum aliquid vulgandum eſſet, libellos, multo ante elaboratos, et in nonum annum preſſos, recognoſcendi cauſſa promebat, aliquoties deſcribebat, (nam deſcribendi taedium nunquam ſenſit, quoniam ita limam adhiberi norat) cum amicis communicabat, quorum ſeueras de rebus et verbis admonitiones audire didicerat, ipſe denique typographorum ſpecimina examinabat. Pari cum cura in repetitis librorum editionibus verſatus eſt. Solebat praeterea, ne deeſſet vmquam materies, in ſchedas, quas mnemonicas appellabat, coniicere, ſi quid legenti, cogitanti, artem facienti, docentique in animum veniſſet. In docendo nominatim inſtituerat, vt adſideret aliquis, quum interdum iuberet, notare aliquid his ipſis verbis, quibus vſus erat, aut ſummam diſputationis, conſignatam hoc ordine potiſſimum, ad ſe deferre: nouerat enim, dicentibus ſaepe quaſi adflatu quodam tantam perſpicuitatem, tantam in

 ordine

ordine verborumque delectu felicitatem contingere, quantam interdum ne meditatio quidem efficit.

Vt autem adpareat, quare talis in omni vita fuerit, qualem deſcripſimus, omnino indolem eius adumbremus, praeſertim cum hactenus nihil, niſi de doctrina muneribusque, dicere licuerit. Omnem igitur eius vitam pietas erga Deum gubernauit, cuius maieſtatem vt natura contemplanda adorare didicerat, ita religionem, myſteria praeſertim, quae fide ſola ſine argutationibus probanda ſunt, tam reverenter eſt amplexus, vt nulla ratione poſſet ab iis demoueri, docuitque ſuo etiam exemplo, quo quis eſſet naturae intelligentior, hoc eſt, quo ſaepius intellexiſſet, eam tenebris abditam latere, eo illum in aeſtimanda religione ſapientius ac modeſtius verſari. Publicis ſacris, quantumuis interdum negotiis iuuandorum miſerorum diſtrictus, adſidue intererat, ſuosque his pietatis exercitiis adſuefaciebat. Superſtitionem et enthuſiasmum acerrime oderat; religionis vero contemtoribus, ſi vel ſummo loco conſtituti eſſent, libere obloquebatur, ac, monitos de natura et hiſtoria, ſtatuere de ſemet ipſis contemtim, et obedire Deo iubebat. Nemini fidem habebat, quem ab religione alienum eſſe ſciret, multoque minus eo amico vti ſuſtinebat. Quoties vel inopinata, vel paullo maior rei familiaris acceſſio facta erat, toties inde aliquid ad pauperes deriuabat, non quod animus repentina laetitia incaluiſſet, et ad beneficentiam abreptus eſſet; ſed ea de cauſſa, quam praeſcripſit religio. Plerumque rerum diuinarum cogitationem a natura bonisque rerum externarum orſus eſt, vt ipſius eſſent preces et laudes Dei, nec ab aliis ſumtae, et vt animus ſubinde ab adſpectabilibus ad maiora et occultiora eueheretur. Fiducia in Deum plane inconcuſſa

cuſſa erat; nam rite precatus, nihil ſibi, nihil liberis, nihil muneri timebat. Hinc tanta alacritas, tanta fides, tanta obſtinatio, quantam ſupra multis exemplis comprobauimus. Pectus habebat, ad ſuſcipiendas amicitias apertum, ad gerendas conſtans et fidele, et in vtriusque fortunae ſocietatem omni modo veniebat. Nulla tamen arte amor eius magis, quam integritate, labore et ordinis ſtudio, adlici confirmarique poterat. Bene de ſe ſuisque meritos vtique, et cum damno ſuo, iuuabat; certe animi ingrati turpitudinem tantum alienis exemplis cognitam habuit. Sed et iis, a quibus nullum commodum perceperat, ac ne percipere quidem poterat, ſe ſuaque conſecrabat: non modo aegris, diſcipulis, vicinis; ſed indigis, quicumque demum eſſent; nec ſingulis tantum priuatim, ſed publicis maxime fiſcorum inſtitutis. Vere ergo dictus eſt a multis parens. Cum ab amicis moneretur, ne nimius eſſet, fere reſpondebat, hos eſſe theſauros, quos in grato multorum pectore liberis ſuis relinqueret. Publicam ſalutem per omnem vitam omnibus aliis praetulit, Lipſiae laborauit, academiae vigilauit, arti medicae pecuniam, domum, hortos ſacrauit. Saxoniam, alteram patriam, tanta pietate coluit, vt indigenas aequaret; quos potuit, in ea retinuit; qui ſponte venerunt, eos excepit; de publica re conſultus, libenter ſententiam dixit. Impetus animi habebat acriores, vt ſemper aliquid moliretur, ſemper acceſſione quadam cumulum negotiorum augeret, atque etiam, vbi nulla ſpes efficiendi eſſet, de modo tamen inſtituendae rei cogitaret. Ergo plura interdum, quam quae recte ferre poſſet, ſuſcepit. Quae ipſi diſplicerent, ea impauide ſolebat reprehendere, interdum etiam non ſine offenſione. Ordinis erat diſertus laudator, ipſe eius tenaciſſimus: nam ſingulis horis ſingula negotia,

alia rurſus aeſtati, alia hiemi deſtinarat: erant adeo, quibus vacua temporis momenta, quae interdum caueri nequeunt, expleret. Omnis recreatio in cultura horti botanici, ſatis laborioſa, quaerebatur; neque tamen amicos et colloquia fugiebat, quibus inter coenam maxime frui optabat. Cum autem ad amicos ventum eſſet, nemo illo hilarior erat, vt, qui ſcirent, quantis laborum oneribus premeretur, vix caperent, poſſe aliquem, ceterorum oblitum, ita totum amicorum eſſe: videbatur enim, cum ſurgens a libris et curis frontem terſiſſet, omnes ſimul curas deterſiſſe. Facillimi erant ad eum, etiam inter medias occupationes, aditus, praeſertim ſi quid grauius cum eo deliberandum eſſet; atque adeo placebat ei, ſi ab ſuis conſuleretur. Quae ſemel decreuerat, ea libenter ſolebat eo, quo decreuerat, modo exſequi. Precibus aliorum facilem ſe praebebat, et ſi ipſe opitulari non poſſet, apud alios intercedebat. Miſeriis ſuorum maxime angebatur, vt interdum ſibi vix conſtaret; ſed primo impetu excepto, redibat ad indolem, atque ad negotia adminiſtranda animum colligebat.

Matrimonium iniit a. 1745 cum SOPHIA REGINA, filia IOANNIS GOTTLIEB REICHELII, patroni cauſſarum celeberrimi. Quae cum eadem liberalitate et humanitate, qua maritus, eſſet, tanta haec voluntatum conſenſio iucundiſſimam effecit ſocietatem; ſed multo etiam magis inſigne ſtudium, quo vxor, quamquam adſidue aegrotans, rem domeſticam, vltra vires ſaepe, curare, maritoque leuamento eſſe conſueuerat. Vnde eam incredibili amore proſecutus eſt, eaque a. 1767 e grauiore morbo amiſſa, non plane collegit animum, aut ad priſtinam hilaritatem rediit, cum perpetuo eius deſiderio vrgeretur. Duos habuit filios ſuperſtites, CHRISTIANVM, philoſophiae et medicinae

Doctorem,

Doctorem, qui phyſicen in hac academia ſcienter tradit, et CHRISTIANVM FRIDERICVM, medicinae ſtudioſum, ingenio, adſiduitate et moribus perquam commendabilem, quos ante omnia exemplo ſuo et meritis de genere humano, tum vero etiam omnibus iis bonis beauit, quorum conſtantia veram felicitatem humanaeque vitae ſalutem continet.

Valetudine vſus eſt recta, praeterquam quod aliquoties maligna febre laborauit. Nam ab iis vitiis, quae e chronica dyſenteria, quam Africanus aer et victus genuerant, diu remanſerunt, et intemperantia quadam legendi et ſcribendi ſedendoque aucta ſunt, ita liberatus eſt, vt ſaepe ſibi ipſi incredibile diceret, ſe plane conualeſcere potuiſſe. Sed paucis ante obitum annis tentari coepit tuſſi vehementiore, quamquam ab initio non continua, cuius ſaepe dixit hunc exitum fore, vt ex ea ſibi moriendum eſſet. Et auctum eſt indies malum: nam integrum annum iam fuerat tuſſis frequentior, et ſomnum ſaepe interturbarat, cum ita tandem inualuit, vt incredibilis copia ſputi purulenti et lymphatici quotidie eiiceretur, ſic debilitato corpore, vt de vita deſperare inciperet. Sed vernum tempus et ruſticatio reſtituerunt vires. Tamen anno proximo idem mali impetus fuit, eadem debilitatio, quae nullo aeris et ruſticationis vſu vinci potuit: nam ſi vel maxime aliquot dierum hilarius fuiſſet interuallum, tamen morbi vis eo atrocior redibat; et ſomnus plane erat recreandi corporis vi deſtitutus. Miſere ergo duodecim circiter hebdomadas extremas traxit, vno mortis ſolatio obuerſante, et interdum rurſus aufugiente, donec, impar eiiciendae materiae, nullo ſymptomate alio accedente, a. 1773 d. 7 maii ſuffocatus eſt. Secto corpore adparuit, ventriculum contractum, et, qua

pylorus eſt, calloſum eſſe, inteſtina anguſta, colon ſupra renem dextrum contra naturam inflexum, hepatis margines cum liene ſphacelo tactos. Dexter pulmo ſpumoſum eundemque albicantem humorem habuit, in tubercula ſcirrhoſa paſſim mutatus et ſebaceam materiem; ſiniſter, qui dextro firmiter adhaereret, nec niſi cultello ſeparari poſſet, pene cartilagineus fuit. Infra tertiam et quartam coſtam ſaccus pulmonis fuit, materia pingui coloris ſanguinolenti foetoriſque putridi repletus, paullo altius vlcus adparuit, et pulmonis indurati tertia fere pars abſumta fuit.

Animum habuit ad finem vitae ſui compotem, nec deſiit, negotia, liberos et amicos curare, atque paucis ante mortem horis amico cuidam nunciari iuſſit, ſe ita placido et confirmato animo eſſe, vt ipſi huic amico duo bona ſua ex animo precaretur, mortem ſine dolore, et animum, certa futurae beatitatis ſpe tranquillatum.

Index ſcriptorum a b. LVDWIGIO editorum.

De vegetatione plantarum marinarum Diſſ. Reſp. *M. Morgenbeſſer.* Lipſ. 736. 4. c. f.

Definitiones plantarum in uſum auditorum. ib. 737. 8.

De minuendis plantarum generibus. Pr. ib. 737. 4.

De ſexu plantarum Diſſ. Reſp. *C. F. Haaſe.* ib. 737. 4.

Aphoriſmi botanici. ib. 738. 8.

De vomitu nauigantium, epiſtola. ib. 738. 4.

De cuticula Diſſ. Reſp. *I. C. Schoos.* ib. 739. 4.

Obſeruationes in methodum plantarum ſexualem Cel. LINNAEI, Pr. ib. 739. 4.

De arteriarum tunicis, Diſſ. Reſp. *G. C. Hahn.* ib. 739. 4.

De minuendis plantarum ſpeciebus, Pr. ib. 740. 4.

Decas

Decas quaeſtionum medicarum. Lipſ. 740. 4.
De glandularum differentia, Pr. ib. 740. 4.
Inſtitutiones hiſtorico - phyſicae regni vegetabilis. ib. 742. 8.
De radicum officinalium bonitate ex vegetationis hiſtoria diiudicanda. Spec. I. generatim et II. ſpeciatim, Pr. ib 743. 4.
Decas quaeſtionum medicarum. ib. 743. 4.
Definitiones generum plantarum olim in vſum auditorum collectae, nunc auctae et emendatae. ib. 747. 8.
Panegyricus in Ill. WALTHERVM. ib. 747. 4.
De humore cutem inungente, Diſſ. Reſp. *F. Grützmacher*. ib. 748. 4. c. f.
De ortu et ſtructura vnguium. Pr. ib. 748. 4.
De primarum viarum debilitate, Diſſ. Reſp. *C. S. Kazowſky*. ib. 748. 4.
Terrae muſei regii Dresdenſis. Acceſſerunt terrarum ſigillatarum figurae. ib. 749. fol. mai.
De victu animali, Diſſ. Reſp. *H. D. Friedrich*. ibid. 750. 4.
De terris medicis, Diſſ. Reſp. *L. G. Rothe*. ib. 752. 4.
Inſtitutiones phyſiologiae cum praemiſſa introductione in vniuerſam medicinam, praelectionibus academicis accommodatae. ib. 752. 8. c. f.
De cortice dentium, Pr. ib. 753. 4.
De diarrhoea in febribus acutis, Diſſ. Reſp. *Ph. L. Haenlein*, ib. 754. 4.
De vſu roborantium medicamentorum in cacochymia, Pr. ib. 754. 4.
Inſtitutiones pathologiae praelectionibus academicis accommodatae. ib. 754. 8.
Inſtitutiones therapiae generalis praelectionibus academicis accommodatae. ib. 754. 8.
De collo femoris eiusque fractura, Pr. ibid. 755. 4. c. f.

De phyſiologia per phaenomena pathologico-therapeutica illuſtranda, Pr. Lipſ. 755. 4.

De natura fibrae animalis elaſticae per eiusdem geneſin in morbis declaranda, Pr. ib. 755. 4.

De criſibus variolarum acceſſoriis, Diſſ. Reſp. *C. A. Gebhardt.* ib. 755. 4.

De ſitu viſcerum in infimo ventre, Pr. ib. 755. 4.

De colore plantarum quaedam obſeruata, Pr. ibid. 756. 4.

Obſeruata in ſectione cadaueris feminae, cuius oſſa emollita erant, Pr. ib. 757. 4.

Inſtitutiones hyſtorico-phyſicae regni vegetabilis, praelectionibus academicis accommodatae. Editio altera, aucta et emendata. ib. 752. 8.

De debilitate corporum curationem morborum impediente, Pr. ib. 758. 4.

De vanis longaeuitatem acquirendi praeſidiis, Pr. in memor. L. B. DE SILVERSTEIN. ib. 758. 4.

De abſceſſu latente, Pr. ib. 758. 4. c. f.

Obſeruatio, quae viam bilis cyſticae declarat, Pr. ib. 758. 4.

De colore florum mutabili obſeruata, Pr. ib. 758. 4.

De medicamentorum contrariorum compoſitione, Reſp. *C. G. Bürckner* *). ib. 758. 4.

Inſtitutiones medicinae clinicae praelectionibus academicis accommodatae. ib. 758. 8.

Fines officii medentium in morbis contagio nocentibus ſiſtens, Pr. in orat. anniuerſar. HEBENSTREITII. ib. 758. 4.

Monita de exſcindendis tumoribus tunica incluſis ib. 758. 4.

Eruditio medica placidae mortis adiumentum, Pr. in orationem anniuerſ. QVELMALZII. ib. 759. 4.

De colore plantarum ſpecies diſtinguente, Pr. ib. 759. 4.

Obſer-

*) Huius diſſertationis Auctor eſt Reſpondens.

Obſeruationes de ſitu praeternaturali viſcerum infimi ventris, Pr. Lipſ. 759. 4.

De cauſſis praeternaturalis viſcerum abdominalium ſitus, Pr. ib. 759. 4.

De fallaci iudicio vulgi ſuper vi imaginationis maternae in foetum obſeruata, Pr. ib. 759. 4. c. f.

Monita ſemiotica in diiudicandis infimi ventris doloribus, Pr ib. 759. 4.

De laeſa oſſium nutritione, Diſſ. Reſ. *C. E. Oſchatz.* ib. 759. 4.

De ſanitate ſenili, Pr. ib. 759. 4.

De medendi methodo in praeternaturali viſcerum abdominalium ſitu, Pr. ib. 760. 4.

Praefatio ad editionem tertiam definitionum generum plantarum, quam BOEHMERVS curauit, ib. 760. 8.

De membrana epicrania et muſculis in eam inſertis, Pr. ib. 760. 4.

Praefatio ad Germanicam editionem materiae medicae GEOFFROY: *Daß der ſicherſte Weg, die Kräfte der Arzeneymittel zu beſtimmen, die genaue Beobachtung der Wirkungen in dem geſunden und kranken Körper ſey. ebend.* 760. 8. pagg. 44.

De celeri corporum incremento cauſſa debilitatis in morbis, Diſſ. Reſp. *S. C. I. Locke.* ib. 760. 4.

De celeri corporum obeſitate cauſſa debilitatis in morbis, Pr. Lipſ. 760. 4.

Praefatio ad ectypa vegetabilium officinalium TRAMPII.

De vita molli cauſſa debilitatis in morbis, Pr. ibid. 761. 4.

De aquae ductu Carthaginenſi, Pr. in memor. L. B. DE SILVERSTEIN, ib. 762. 4.

De aquarum puritate a magiſtratu curanda, Pr. ib. 762. 4.

De lumbricis inteſtina perforantibus, Pr. ib. 762. 4.

De nimia animi defatigatione cauſſa debilitatis in morbis, Pr. Lipſ. 762. 4.

De immoderatis exercitationibus cauſſa debilitatis in morbis, Pr. ib. 763. 4.

De nimiis haemorrhagiis cauſſa debilitatis in morbis, Pr. ib. 763. 4.

De contentione ſtudiorum ad ſanitatis normam moderanda, Diſſ. Reſp. *I. Mencke.* ib. 763. 4.

De medicina cultoribus exitioſa, Pr. ad orat. anniverſariam Dn. D. IANCKII. ib. 764. 4.

Obſeruationes quaedam angiologicae, Pr. ib. 764. 4.

Inſtitutiones chirurgiae praelectionibus academicis accommodatae, ib. 764. 8.

Inſtitutiones medicinae forenſis praelectionibus academicis accommodatae, ib. 765. 8.

De vera ſtudiorum ineunda ratione *ad doctrinae medicae alumnos*, Pr. ib. 765. 4.

De cauto vſu exemplorum proſperae curationis ad definiendas letalitatis gradus, Pr. ib. 765. 4.

De plethorae differentiis, Diſſ. Reſp. *I. Mumſen.* ib. 766. 4.

Anfangsgründe der Wundarzneykunſt, zum Gebrauche ſeiner Vorleſungen abgefaſst, *ebend.* 766. 8.

Methodus doctrinae medicae vniuerſae, praelectionibus academicis accommodata, ib. 766. 8.

De cura oculorum in litterarum ſtudiis, Pr. in memor. L. B. DE SILVERSTEIN, ib. 766. 4.

Inſtitutionum pathologiae, editio altera emendata, ib. 767. 8.

De nutritione puerperarum non lactantium, Pr. ib. 767. 4.

Aduerſaria de contagio varioloſo, Pr. ib. 767. 4.

De variantibus arteriae brachialis ramis in aneuryſmatis operatione attendendis, Pr. ib. 767. 4.

De iſchuria ex tumoribus veſicae, Pr. ibid. 767. 4. c. f.

De

De paraplegia ex fractura vertebrarum colli, Pr. Lipſ. 767. 4. c. f.

De venaeſectione differentiis plethorae accommodanda, Diſſ. Reſp. *I. G. Gokuſch*, ib. 767. 4.

De luxatione vertebrarum colli a medico forenſi circumſpecte disquirenda, Pr. ib. 767. 4.

De morbi notione, Diſſ. Reſp. *I. A. Ridder*. ib. 767. 4.

De contentione ſtudiorum in puerili aetate cauenda, Pr. ib. 767. 4.

De rei herbariae ſtudio et vſu, Pr. ib. 768. 4.

De ſuctione vulnerum pectoris, Pr. ib. 768. 4. c. f.

De elaboratione ſuccorum plantarum in vniuerſum. P. I. Radix, Caudex, Folium, Pr. ib. 768. 4.

De cruore poſt venaeſectionem aucto vel imminuto, Pr. ib. 768. 4.

De lucubrationis damnis, Pr. in memor. L. B. DE SILVERSTEIN. ib. 769. 4.

De cauſſis obſtructionis aluinae, Diſſ. Reſp. *C. F. E. Boden*. ib. 770. 4.

Inſtitutiones therapiae generalis, praelectionibus academicis accommodatae. Editio altera et emendata. ib. 771. 8.

De oligochymiae differentiis, Diſſ. Reſp. *C. G. Altenburg*. ib. 771. 4.

De elaboratione ſuccorum plantarum in vniuerſum. P. II. Flos, Fructus, Germen. Pr. ib. 771. 4.

De nutritione differentiis oligochymiae accommodata, Diſſ. Reſp. *G. L. Wockaz*, ib. 772. 4.

De exercitatione corporis cum litterarum ſtudio coniungenda, Pr. in memor. L. B. DE SILVERSTEIN, ib. 772. 4.

De elaboratione ſuccorum plantarum in vniuerſum. P. III. Medulla, Pr. ib. 772. 4.

De cacochymiae differentiis, Diſſ. Reſp. *A. G. Stoeckhardt*, ib. 772. 4.

De plantarum viribus medicis in vniuerſum, Pr. ib. 772. 4.

De medicinae ſtudio non praecipitando, Pr. in memor. I. C. MÜLLERI. Lipſ 772. 4.

De viribus plantarum, cultura mutatis, Pr. ib. 772. 4.

De plexibus neruorum abdominalium atque neruo intercoſtali duplici, Pr. ib. 772. 4.

De plantarum viribus ſpecificis. Comment. I. Pr. ib. 772. 4.

De medicamentis euacuantibus differentiis cacochymiae accommodandis, Diſſ. Reſp. *C. F. Sartorius*. ib. 773. 4.

XXI.

Supplementum indicis ſcriptorum phyſico-medicorum, quae anno 1768 prodierunt.

Hiſtoire & mémoires de l'Academie Royale des ſciences de Paris pour l'ann. 1756. Voll. II. qui faiſent les Tomes XIII. & XIV. de la nouvelle centurie des volumes de cet ouvrage. à Amſterd. 12.

Mediciniſche Bemerkungen und Unterſuchungen einer Geſellſchaft von Aerzten in London. Dritter Band. Aus dem Engliſchen. Altenburg gr. 8. *m. K.*

Harzmagazin, das neue, von Sachen, ſo in die Oekonomie, Policey, Bergwerk- und Cameralwiſſenſchaft einſchlagen, 1 *und* 2*tes Stück. Blankenb.* 8.

Schwediſches Magazin, oder geſammlete Schriften der gröſten Gelehrten in Schweden für die Liebhaber der Arzneywiſſenſchaft, der Naturgeſchichte, Chemie und Oekonomie. Aus dem Schwediſchen überſetzt von IO. CHRIST. WEBERN. 1*ſter Band. Kopenhagen* 8.

Neues Bremiſches Magazin zu Ausbreitung der Wiſſenſchaften, Künſte und Tugend. Mehrentheils aus den Engliſchen Monatsſchriften. 2*ten Bandes,* 2*tes Stück. Bremen* 8.

Mélanges intereſſans & curieux ou abregé de l'hiſtoire naturelle, morale, civile & politique de l'Aſie,

l'Aſie, l'Afrique, l'Amerique & des terres polaires. Tomm. XI. et XII. à Berne 8.

Neue Sammlung auſerleſener Wahrnehmungen aus allen Theilen der Arzneywiſſenſchaft. 3ter Band. Strasburg 8. *m. K.*

Der neue Bienenſtock. 3ter Theil. Hamburg 8.

Dictionnaire abregé de phyſique. Voll. II. à Avignon 8.

Dictionnaire de chymie theorique & prâtique & ſon application à la phyſique & à l'hiſtoire naturelle Voll. II. à Paris 8.

La nouvelle maiſon ruſtique, ou économie générale de tous les biens de la Campagne, la maniere de les entretenir & de les multiplier etc. Neuvieme edition. ib. 4. c. f.

Allgemeine Haushaltungskunſt und Landwiſſenſchaft, aus den ſicherſten und neueſten Erfahrungen und Entdeckungen von einer ökonomiſchen Geſellſchaft in England. Hamburg und Leipz. 8. *m. K.* 5 *Th.*

Neue ökonomiſche Nachrichten 41 *bis* 44*ſtes Stück. Leipzig* 8.

Der Hausvater, eine ökonomiſche periodiſche Schrift, 2 *und* 3*tes Stück des* 3*ten Theils. Hannover* 8 *mai.*

Oekonomiſche Gedanken zu höhern Nachdenken eröffnet. Aus dem Däniſchen überſetzt. Kopenhagen u. Leipzig 8 *mai.*

Kurzer und deutlicher Unterricht, wie die Färberröthe oder Grapp mit Vortheile anzupflanzen und zuzurichten ſey. Mannheim 8.

Abhandlung von Zubereitung der weißen Stärke, oder einer anzulegenden Stärkenfabrik. Erfurth 4.

Gründliche Anweiſung alle Arten Vögel zu fangen, einzuſtellen, abzurichten, zahm zu machen, ihre Eigenſchaften zu erkennen, Baſtarden zu ziehen. Nürnberg 8. *m. K.*

Kurze

Kurze Beſchreibung der Barometer und Thermometer, auch anderer zur Meteorologie gehörigen Inſtrumente. ibid. 8. *m. K.*

Lettres patentes du Roi en forme d'Edit portant réglement pour le college de chirurgie de Paris, données a Verſailles, mois de mai 1768. à Paris 4.

Memorial von einem Italieniſchen Arzte über die Nothwendigkeit und Art, die Arzneykunſt von der gräulichen Krankheit der Charletanerie zu heilen. Aus dem Italieniſchen. Zürich 8.

Sammlung verſchiedener die Fieberrinde betreffender Abhandlungen und Nachrichten. Aus dem Engliſchen überſ. und mit Zuſätzen vermehrt. 2 *Theile. Nürnberg* 8. *mai. m. K.*

Traité de l'économie animale & des cauſes premieres des maladies. à Geneve & Basle 12.

Traité des ſenſations & des paſſions en général & de ſens en particulier. Tomes II. à Paris 8.

Obſeruationes clinicae ad ductum meditationum in noſocomio generali Varſauienſi. Faſcic. II. Vratislav. et Lipſ. 8.

** AELIANI de natura animalium libri XVII. Graece et Latine, cum animaduerſionibus CONRAD. GESNERI et DAN. WILH. TRILLERI, curante ABRAH. GRONOVIO. iuxta exemplar Londinenſe. Tubing. 4.

IO. ASTRVC tractatus pathologicus. Pariſiis et Lipſiae 12.

PET. ION. BERGII deſcriptiones plantarum ex capite bonae ſpei. Lipſ. 8. c. f.

I. U. BILGUERS *chirurgiſche Wahrnehmungen, welche im letztern Kriege in den preußiſchen Feldlazarethen aufgezeichnet worden. Frankf.* 8 *mai. m. K.*

LEOPOLD. BIWALDI phyſica generalis et particularis. Graec. et Norimb. 8 mai. Tomm. 2.

Recueil

Recueil de divers traités ſur l'hiſtoire naturelle de la terre & des foſſiles. Par Mr. BERTRAND. à Avignon 4.

Contemplation de la nature. Par Mr. CH. BONNET. Tomm. II. Nouvelle édit. augmentée. Berne 12.

EIVSD. conſidérations ſur les corps organiſes, ou l'on traite de leur origine, de leur développement, de leur reproduction. Amſterd. 8. Voll. 2.

Wallerius Lotharingiae: ou catalogue de mines, terres, foſſiles, ſables & cailloux, qu'on trouve dans la Lorraine etc. Par Mr. BUC'HOZ. Nancy 8.

Abdeker, ou l'art de conſerver la beauté. Par Mr. LE CAMVS. à Paris 12. Voll. 4.

Traité prâtique de la goutte ou l'on indique les moyens de guerir cette maladie. Par Mr. COSTE. Troiſieme édit. à Paris 12.

THOM. DIMSDAL'S *neue Methode für die Einpfropfung der Pocken. Aus dem Engl. Zürich* 8.

I. G. ECKHARDTS *gründliche und ausführliche Abhandlung von den Blattern, und deren Entſtehung und Heilungsart. Meinungen* 4.

I. C. A. FABER de potu Caffeae. Rentel. 4.

H. A. FISCHER *zuverläßige und in der Wirthſchaft wahrbefundene Mittel, wodurch der mittlere und kleine Landmann bey Ackerbau und Viehzucht ſeinen Nahrungsſtand verbeſſern kann. Budiſsin* 8.

WILH. FORDYCE *Unterſuchung der veneriſchen Krankheiten und ihrer Hülfsmittel. Aus dem Engliſchen überſetzt von* G. H. KÖNIGSDÖRFERN. *Altenburg* 8.

DAN. GOTTFR. FRENZELS *Natur und Würkung des mineraliſchen Waſſers zu Lauchſtädt, durch Verſuche und Erfahrungen beſtätiget. Halle* 8.

IO. DAV. GRAVENS *Abhandlung von der lebendigen Kraft des menſchlichen Körpers. 1ſter Theil, welcher*

welcher die Phyſiologie dieſer Lehre enthält. Lemgo 8.

ALB. HALLERI hiſtoria ſtirpium indigenarum Heluetiae. Tomm. III. Bern. fol. mai. c. f.

DU HAMEL DU MONCEAU *Ergäntzung zu ſeinem Tractate von Erhaltung des Getraides, beſonders des Weizens. Aus dem Franzöſiſchen von* IO. DAN. TIETZEN. *Leipzig* 8.

ZIVSD *Kunſt türkiſche Tapeten zu weben. Königsberg* 4.

MICHAEL CHRIST. HANOWS *der Danziger groſſen Mondjahre monatliches, voriges und künftiges Wetter, oder Anweiſung, wie die Wetterprognoſtica aus dem Mondzirkel mittelſt der Obſervationen des* 1767 *Jahres abzunehmen. Danzig und Wittenberg* 4.

ANTON HEINS *patriotiſcher Medicus. Erſter Th. zweyte Auflage. Hamburg* 8 *mai.*

GEORG. HEINR. KÖNIGSDÖRFERS *Ronneburgiſche Krankengeſchichte. 2te Sammlung. Altenburg* 4.

IO. CHPH. HENKELS *einige neuentdeckte chemiſch-phyſikaliſche Wahrheiten, den Kennern der Naturlehre und Arzneybereitungskunſt zur Beurtheilung und Anwendung hingegeben. Leipz.* 8.

LEON. EL. HIRSCHEL *Gedanken von der Starrſucht oder* catalepſi. *Berlin.* 8.

NIC. AMBROS. KRAPFENS *Geſpräch zwiſchen einem Philoſophen und Medicus von dem ſchon ſo viele Jahrhunderte mit der forma vergebens geſuchten und nunmehro gefundenen* principio vitae. *Augsburg* 8.

IO. MOVLTRIE diſſ. med. de febre maligna bilioſa Americae, Anglice *the yellow fever*, edidit et praefatus eſt E. G. BALDINGER. Longoſaliſſ. 4.

CARL

CARL CHPH. OEHLHAFEN VON SCHÖLLENBACH *Abbildung der wilden Bäume, Stauden und Buſchgewächſe, nach der Natur mit lebendigen Farben vorgeſtellet und gründlich beſchrieben. Nürnb. gr. 4.*

P. S. PALLAS ſpicilegia zoologica, quibus nouae inprimis et obſcurae animalium ſpecies iconibus, deſcriptionibus atque commentariis illuſtrantur. Faſcic. V. Berol. 4 mai.

EIVSD. *Naturgeſchichte ſeltener Thiere, überſetzt durch* C. G. BALDINGERN. *Berlin und Strahlſund. Erſter Theil. 4 mai. m. K.*

L'electricité ſoumiſe à un nouvel examen dans différentes lettres addreſſées á Mr. l'Abbé NOLLET. Par Mr. le P. PAVLIAN. à Avignon 12. c. f.

CAR. PISONIS ſelectiorum obſeruationum et conſiliorum cet. liber ſingularis. Amſtelod. 4.

Eröffnete Geheimniſſe der vornehmſten auserleſenen Haushaltungskünſte und Wiſſenſchaften von CARL RAELMEYER. *Wien* 8.

F. VON RAMECOURT *Kalkbrennerkunſt. Königsberg 4 mai. m. K.*

Herrn VON REAUMUR *Anweiſung, wie man zu jeder Jahreszeit allerley zahmes Geflügel ausbrüten und aufziehen ſoll. Zweyter Theil. Aus dem Franzöſiſchen von M.* I. CHPH. THENN. *Augspurg* 8. *m. K.*

CHR. TOBIAS EPHRAIM REINHARDS *Ausmeſſung des menſchlichen Körpers und der Theile deſſelben zum Gebrauche der Aerzte, Maler und Bildhauer. Neue Auflage. Glogau m. K.*

EIVSD. *Bibelkrankheiten. 5tes u. letztes Buch.* ib. 8.

Abregé méthodique des principes d'anatomie & de chirurgie. Par JEAN RIST. à Francfort. fol.

GEORGE ROTHENS *kurzer Begriff der Naturlehre nach den neueſten Entdeckungen. Neue verbeſſerte Auflage. Breslau* 8.

Manuel d'agriculture pour le laboureur, pour le proprietaire & pour le gouvernement. Par Mr. DE LA SALLE DE L'ETANG. à Paris.

VON SCHÖLLENBACH V. OELHAFEN.

GOTTW. SCHVSTERS *mediciniſches Journal über allerhand in die Arzneywiſſenſchaft und deren Ausübung einſchlagende Materien. 4 Theile. Chemnitz* 8.

IO. ANT. SCOPOLI *Einleitung zur Kenntniß und Gebrauche der Foſſilien, für die Studierenden. Riega und Mietau* 8.

IO. AVGVST UNZERS *phyſikaliſche Unterſuchungen von der Structur der Erdfläche und den Urſachen der Erdbeben. Hamburg und Lüneburg* 8.

EIVSD. *Sammlung kleiner phyſikaliſcher Schriften. Neue Ausgabe.* ib. 8.

** VALENTINI *chymiſche Schriften. 3 Theile. Wien* 8.

XXII.

Supplementum indicis ſcriptorum phyſico-medicorum, quae anno 1769 prodierunt.

Sammlung einiger in die Cameral und ökonomiſchen Wiſſenſchaften einſchlagender Abhandlungen. Frankfurt und Leipzig 8.

Hiſtoire & mémoires de l'Academie Royale des ſciences de Paris pour l'année 1764, en 3 volumes, qui forment les tomes 32, 33 et 34 de la nouvelle centurie de cet ouvrage de l'edition de Hollande. à Amſterd. 12.

Allgemeine Hiſtorie der Natur, nach allen ihren beſondern Theilen abgehandelt, nebſt einer Beſchreibung der Naturalienkammer Sr. Majeſtät des Königs von Frankreich. VI. Theils 2ter Band. Leipz. 4 mai. m. K.

Hiſtoire naturelle & civile de l'Isle de Minorque. Traduit de l'Anglois. à Amſterd. & à Leipſic 12.

Traité

Traité du plantage & de la culture des principales plantes potageres recueilli & augmenté par les ſoins de la ſocieté économique de Berne. à Berne 12.

Traité complet ſur la maniere de planter, d'elever & de cultiver la vigne ib. 12. Voll. 2.

Allgemeine Hiſtorie der Reiſen zu Waſſer und zu Lande. XIX. Theil. Leipzig 4. *m. K.*

Utkaſt dill beskrifningen om Upſala. Tom. II. Upſal. 8. c. f.

Gründlicher Unterricht von erſtaunlicher Erhöhung des Ertrages der Feldgüter, vornehmlich mittelſt Anlegung künſtlicher Wieſen, nebſt einer Abhandlung von Steinkohlen, welche nicht rauchen. Jena 8.

Wittenbergiſches Wochenblatt zum Aufnehmen der Naturkunde und des ökonomiſchen Gewerbes auf das Jahr 1768. *Erſter Band. Wittenberg* 4. (Auctore IO. DAN. TITIO.)

Beyträge der neuen zu der Cameral- und Haushaltungswiſſenſchaft von einer Societät in Thüringen. 5*tes und* 6*tes St. Jena* 8. (cum ind. primi volum.)

Briefe über die vornehmſten Merkwürdigkeiten der Schweitz, zum Nutzen junger Reiſenden. Erſter Band. Leipzig 8.

Kurzer Inbegriff aller Wiſſenſchaften, welche zu Einrichtung einer guten Oekonomie und Hauswirthſchaft erforderlich ſind. Nürnb. 8.

Traité des arbres, fruitiers, extrait des meilleurs auteurs & augmenté par la ſocieté économique de Berne. Tomm 2. à Berne 12.

Philoſophiſche Unterſuchung der thieriſchen Schöpfung, in welcher die allgemeine Verwüſtung und der Krieg, der unter den verſchiedenen Claſſen der Thiere herrſchet, aus einem neuen Geſichtspuncte betrachtet wird. Aus dem Engliſchen. Leipzig 8.

Medicinal Ordnung der Graſſchaft Lippe. Lemgo Fol.

ERNEST. GODOFR. BALDINGER progr. continens memoriam IANI CORNARII, primi quondam ordinis medicorum in academia Ienenſi decani, reſtauratoris Hippocraticae medicinae. Ien. 4.

GEORG. HEINR. BARTHSCHENS *ökonomiſche, theoretiſche und practiſche Handgriffe. Berlin* 8.

Traité des maladies des enfants; traduit du Latin des aphoriſmes de BOERHAAVE commentés par VAN SWIETEN. Par Mr. PAVL. à Avignon 12.

CARL BONNETS *philoſophiſche Palingeneſie, oder Betrachtungen über den gegenwärtigen und künftigen Zuſtand der Menſchen.* 2. *Theile. Aus dem Franzöſiſchen. Münſter* 8.

L. COCHIVS *Unterſuchungen der Neigungen, welche den von der königlichen Academie zu Berlin für das Jahr* 1767 *geſetzten Preis erhalten hat. Berlin* 8.

IO. MATTH. COSTENBAVER de abuſu veſicatoriorum in febribus malignis. Lugd. Bat. 4.

** COYERS *Sendſchreiben über die Rieſen in Patagonien. Aus dem Franzöſiſchen. Danzig* 8.

IO. CHPH. DITHMARS *Einleitung in die ökonomiſche Policey - und Cameralwiſſenſchaft. Neue durch Herrn Prof.* DAN. GOTTFR. SCHREBERN *vermehrte Auflage. Frankf. an der Oder* 8.

IO. LEONH. EYRICHS *Entwurf der vollkommenſten Bienenpflege für alle Landgegenden. Nürnberg* 8. *m. K.*

GRAVENHORST, *der Gebrüder, Nachrichten an das Publikum, viere der Gravenhorſtiſchen Fabrik in Braunſchweig chymiſche Producte betreffend. Braunſchweig* 8.

G. D. GRVNER *auserleſene Sammlung zum Vortheile der Staatswirthſchaft, der Naturforſchung und des Feldbaues.* 2*ter Band. Aus dem Schwediſchen. Baſel* 8 *mai. m. K.*

HEINRICH HAGENS *phyſikaliſch-chymiſche Betrachtung über die Herkunft und Abſtammung des feuerbeſtändigen vegetabiliſchen Laugenſalzes. Königsberg* 4.

Elémens de phyſiologie, traduits du Latin de Mr. A. HALLER; par Mr. BORDENAVE. à Paris 12.

EIVSD. opuſcula pathologica. Edit. noua et aucta. Bern 8. c. f.

PHIL. D. HECQVETS V. PHIL. D'HVCQVETS *).

HIPPOCRATIS opera genuina recenſuit et praefatus eſt ALBERT. HALLER. Lauſan. 8. Voll. 4.

NIC. VON KAMPEN *Abhandlung von den Zwiebelgewächſen. Aus dem Franzöſiſchen. Regensb.* 8. (*zweyte Auflage.*)

IO. HERRM. KNOOP beſchryving von de moes en keukentuyn te Leuwarden. fol. min.

IO. GOTTL. LEHMANNS *kurzer Entwurf einer Mineralogie, zum Gebrauche der Vorleſungen.* 3*te Auflage. Nürnberg* 8.

IO. GOTTLOB LEIDENFROST diſſ. inaug. de morborum complicationibus rite diiudicandis. Reſp. *Frid. Hoffmann.* Duisb. ad Rhen. 4.

La nouvelle maiſon ruſtique; ou économie genérale de tous les biens de campagne. Par Mr. LIGER. 8me édition augmentée conſiderablement. à Paris 4.

IO. LVDW. LEBR. LÖSECKENS *Pathologie, oder Lehre von den Krankheiten des menſchlichen Körpers. Dreßden und Warſchau* 8. *Neue Auflage.*

EIVSD. *Semiotik, oder Lehre von den Zeichen der Krankheiten.* ibid. 8.

MARC. LOOFTS *niederſächſiſches Kochbuch, nebſt Anhange von Confituren.* 7*te verbeſſerte Auflage. Altona* 8.

*) v. comm. noſtr. Vol. XVII. p. 730.

CARVS LVCRETIVS de rerum natura lib. VI. interpretatione notis illuſtrauit. TH. GREECH. Baſileae 8 mai.

** MALOUINS *ausführliche Beſchreibung der Müller- Nudelmacher- und Beckerkunſt, nebſt der kurzgefaßten Geſchichte des Brodbackens. Berlin und Königsberg* 4 *mai. m. K.*

Cours de phyſique expérimentale & mathématique. Par VAN MVSSCHENBROECK. Nouvelle édition, traduite par Mr. SIGAUD DE LA FOND. à Paris 4. Voll. 3.

ERN. ANT. NICOLAI diſſ. inaug. de putredine. Reſp. *Io. Godofredo Eſſich.* Ien. 4.

SIEBOLD V. SINBOLD *).

IO. IOACH. VON SANDRAST *deutſche Akademie der Bau- Bildhauer- und Malerkunſt.* 2. *Bände. Nürnb. Fol. mai.*

JVSTINA SIEGMVNDIN *königlich Preußiſche und Churbrandenburgiſche Hofwehmutter. Neue Aufl. Berlin* 4.

IOSEPH VON SONNENFELS *Ermunterung zur Lectüre an junge Künſtler. Wien* 8 *mai.*

EIVSD. *von dem Verdienſte des Portraitsmalen.* ibid. 8 *mai.*

Nouvelles récherches ſur les découvertes microſcopiques & la génération des corps organiſés, traduites de l'Italien de SPALANZANI, avec des notes par Mr. NEEDHAM. à Paris 8. c. f.

Ouvrages divers de Mr. S. A. TISSOT, en Latin & en François. à Paris 12.

EIVSD. l'onaniſme, diſſertation ſur les maladies produites par la Maſturbation. Quatrieme édition. ibid. 12.

EIVSD. traités ſur differents objets de médécine. ibid. 12.

*) v. comm. noſtr. Vol. XVII. p. 748.

Contenta

Contenta in hac parte.

Pag.

I. Noui commentarii Academiae ſcientiarum imperialis Petropolitanae Tomm. XIV. XV. XVI. pro annis 1769. — 1771 3

II. GOUAN illuſtrationes et obſeruationes botanicae 16

III. SCOPOLI principia mineralogiae 22

IV. LINNAEI *vollſtändiges Naturſyſtem von* MÜLLERN, I — III. *Theil* 28

V. NEVBAVER deſcriptio anatomica neruorum cardiacorum. Sectio I. 37

VI. EIVSDEM diſſ. inaug. ſiſtens deſcriptionem arteriae innominatae et thyroideae imae 42

VII. Manuel de jeune chirurgien. Tom. I. et II. 45

VIII. SAGAR hiſtoria morbi epidemici circuli Iglauienſis cet. 56

IX. Journal de médécine cet. Par Mr ROUX Tom. XXXIV. 60

X. SELLE rudimenta pyretologiae methodicae 77

XI. Eſſais ou reflexions intéreſſantes relatives a la chymie cet. Par Mr. STRUVE 90

XII. MEAD monita et praecepta medica permultis notationibus illuſtrata. Auctore WINTRINGHAM 96

XIII. STEINS

Pag.

XIII. STEINS *Beſchreibung einer Bruſt- oder Milchpumpe* 101

XIV. Noua acta naturae curioſorum Tom. IV. 103

XV. MARTINI *neues ſyſtematiſches Conchylienkabinet. Zweyter Band* 122

XVI. GRVNER cenſura librorum Hippocrateorum 127

XVII. LANGE miſcellae veritates de rebus medicis. Faſcic. Imus 133

XVIII. Medical eſſays. By ARMSTRONG 137

XIX. KÜHN *Anweiſung Inſekten zu ſammlen* 139

XX. Noua phyſico-medica 141

XXI. Supplementum indicis ſcriptorum phyſico-medicorum, quae anno 1768 prodierunt 188

XXII. Supplementum indicis ſcriptorum phyſico-medicorum, quae anno 1769 prodierunt 194

COMMENTARII
DE REBVS
IN
SCIENTIA NATVRALI
ET
MEDICINA
GESTIS.



VOLVMINIS XX PARS II.

LIPSIAE MDCCLXXIV.
APVD IOH. FRIDERICVM GLEDITSCH.

Venduntur etiam
Amſtelodami apud I. Schreuder, Londini apud Io. Nourſe, Pariſiis apud
Briaſſon, Venetiis apud I. B. Paſcali, Patauii apud Io. Manfré,
Holmiae apud L. Saluium.

I.

Verhandelingen uitgegeeven door de Hollandſche Maatſchappye der weetenſchappen te Haarlem XIV. Deel. Te Haarlem by I. Boſch 1773. 8. mai. Alph. I. plagg. 20. c. t. aen. 10.

i. e.

Commentarii Societatis ſcientiarum Harlemenſis Tom. XIV.

I.

Theoria molendinarum naualium obliquarum (Roſenkransmolens) a Cl. WENCESL. IO. GVST. KARSTEN. p. 1.

2. Obſeruatio *epilepſiae, ex carie oſſis occipitis et abſceſſu cerebri oriundae*, ab IO. VICRAC, M. D. p. 49. Femina 36 annorum, tenera et debilis, ſcorbuto ſubiecta, pulſu debili et facie tumida, de dolore in articulo dextro maxillae inferioris queſta linguam viſcidam cum tumore in parte affecta, hic non adeo infrequenti, maxillam ſpaſmi ad inſtar immobilem reddendi, Noſtro obtulit. Antiſcorbuticis fruſtra datis, tumor, iam in abſceſſum mutatus, ad inſignem magnitudinem increuit. Ex abſceſſu aperto non minus, quam per aurem dextram magna copia puris boni effluxa, abſceſſuque ſenſim disparente, cacochymia in dies aucta, iam ſedimentum purulentum in vrina conſpiciebatur. Doloribus poſtea in regione lumbari ſubſequutis, paullo poſt vero euanitis, ingens dolor in parte ſuperiore oſ-

ſis occipitis prodiit. Effluxu materiae purulentae per aurem nunc ceſſante, plus vna vice de die paroxyſmo epileptico afficiebatur. Reſpiratio breuis cum halitu foetido antecedebant; paroxyſmum vero vomitus cum materia ſanioſa et foetida ſequebantur.

p. 53. Trepanatio inde, etſi varia adeſſent contraindicantia, praeſertim ſumma debilitas et cacochymia corporis, in parte affecta per ruborem diſtincta, inſtituebatur, cum Auctor cariem ibi et abſceſſum ſuſpicaretur. Sedimentum purulentum iam quartam partem vaſis impleuit, facies in ipſo paroxyſmo ſudans, manibus frigidis. Operatione peracta, os carioſum et abſceſſus infra duram meningem inuenta ſunt: Symptomatis iam paullo mitioribus, ex abſceſſu nunc aperto vncia circiter materiae ſanioſae effluxit. Diaeta et regimine iuſtis aegra per tres dies ab epilepſia plane libera, quarto die poſt paroxyſmum grauiorem mortua inuenta eſt. Sectionem cadaueris non conceſſam Noſter dolet; ſuſpicatur interim abſceſſum paullo profundiorem, iam priore aperto, auctam epilepſiam denuo produxiſſe, aegramque extinxiſſe.

p. 67. 3. *Super inueſtigatione et inuentione lithanthracum* differit IAC. DE STEHLIN *).

p. 93. 4. Experimenta chemica *cum corallina vulgari officinali*, a IO. GEORGIO MODEL **). Corpus hoc, quoad partes conſtitutiuas, ortum vel locum natalem et vires medicas non iuſte cognitum, id Noſtro videbatur, in cuius naturam paullo profundius inquireret: Cum porro videret a Cl. GMELINO in *hiſtoria fucorum* ad *androſaces*, ab Ill. LINNAEO

*) Ex deſiderio ſocietatis, ex idiomate Germanico tractatio translata eſt a Cl. P. BODDAERT.

**) Ex Latino conuerſa ab EODEM.

NAEO ad *tubularias* a Cell. vero PALLAS et BASTER ad plantas eam referri ex analogia partium, quid veri ſineſſet, disquiſiuit. Iam hic experimenta, quae multa et bona ſunt, referre cum longum ſit, quae inde corollaria duxerit, hic colligemus. Materiam primariam margaceam eius, ex partibus ſuis conſtitutiuis ad regnum vegetabile iure referri debere: hanc vero materiam minimam partem efficere; maximam potius ex calce, vel potius materia, oſteocollae ſimili, a Cel. MARGGRAFF *) expoſita conſtare, nec tamen vllum terrae vitreſcibilis veſtigium prodere: id quod Noſtro loco eius natali maritimo tribuendum videtur. Quaeſtiones ſub finem has mouit: quae eſt origo terrae calcareae in corallina? an ex ea ſalia alcalina, vel ex iis ea ipſa terra, producuntur? Quomodo, ſi iſta ad zoophyta refertur, terra calcarea ab oſteocolla diſtinguitur? In quonam conſiſtit virtus anthelmintica eius, an in calce, vel partibus ſolidis, vel etiam odore bituminoſo? Cui vltimo hanc virtutem attribuit, et quidem ſi corallina recens ſit, id quod et alia corpora maritima, eodem odore imbuta praeſtare videntur. p. 109.

5. Relatio *de diſtributione et confluxu fluuiorum*, p. 112. Auct. Cl. PAVL. FRISIO **).

6. Tractatio *ſuper oleo vitrioli dulci, liquore anodyno minerali* HOFFM. *et ſpiritu aethereo* FROBEN. Auctore Cl. BOVDEWYN TIEBOEL. In ampla ſatis et fuſiori hac tractatione omnia ea Cl. Auctor ex ſcriptis Auctorum colligit, quae vel ad hiſtoriam et fata, vel varium haec producta praeparandi modum pertineant: quibus quaedam, quae ipſe expertus ſit, adiicit. Nos vero, cum omnia haec iam p. 131

*) vid. *Chymiſche Schriften 2ter Theil.*

**) Ex Latino ab EODEM conuerſa.

ex ſcriptis aliorum conſtent, fuſiusque hic recenſeantur, non, niſi ſummam totius tractationis relaturi ſumus paucis, quae Noſter habet, adiiciendis.

p. 134. Agit itaque primum de hiſtoria et ortu horum productorum; deinde proceſſus chemicorum varios narrat, ſua experimenta adiecturus; tertio, quae praecipue ingredientia requirantur, et quae in ipſo proceſſu obſeruanda ſint, demonſtrat; inquirit quarto in indolem productorum, experimentis illuſtratam; modum ipſum procedendi quinto, quidque in ipſo et per eam fit, exponit; quid, ſexto, ex hac operatione ſequatur, docet; et ſeptimo tandem obſeruationes quasdam, quae praecipua momenta tangant, adiicit.

p. 194. Olei vitrioli, quo Auctor Cl. in experimentis vſus eſt, grauitas ad grauitatem aquae pluuialis erat, vt 46 : 24. Olei vitrioli et alcohol vini ana vnciis ſedecim in retortam amplam immiſſis, graduque ignis ſenſim ad ebullitionem aucto et furno nunc clauſo, vapores albos ex retorta adſcendere, in vaſe vero recipiente euaneſcere Noſter vidit, qui, cum multum odorem ſulphureum ex foraminulo facto perciperet, partes aetheris FROBENII

p. 201. Noſtro videntur; cuius vero $7\frac{1}{4}$ vncias obtinuit. Colorem olei vitrioli fortitudinem eius non determinare putat, cum albus color puritatem eius, brunnus admixtum phlogiſton demonſtret; illud tamen hoc in experimentis praeſtare. Quantitatem olei maiorem vel minorem ſpiritum vitrioli dulcem fortiorem vel mitiorem reddere; ad oleum vero

p. 210. dulce maiorem alcoholis quantitatem requiri. Digeſtionem calidam in genere improbans, cohobationem mauult; frigidam vero in praeparatione liquoris anodyni concedit. Subſidens oleum Noſter plus acidi in ſe continere credit, vnde grauitas eius maior pendeat; quod vero ex gradu ignis maiore deriuandum

riuandum ſit. Liquorem anodynum *ſpiritum* vocat, *ex oleo vini eſſentiali, efferueſcentia et aqua diluto, et ex ſubtiliſſimis maximeque volatilibus vitrioli partibus, deſtillatione intima iunctis, compoſitum.* p. 231.

Fuſius expoſito aetheris FROBENII parandi modo, Cl. SCHWEITZER*) ſententiam perſtringit, eiusque experimentis inſtitutis, colligit: oleum eius eſſentiale non, niſi aetherem purum, vel oleum eſſentiale vini, ſubtiliſſimis oleoſis caryophyllorum partibus impraegnatum fuiſſe, et exinde nullum commodum redundare, cum olea eſſentialia multo facilius, minorique ſumptu parari poſſint. Praeſtantiam acidi in aethere FROBENII ita demoſtrat, vt, cum aliquid ſubtilis albaeque naphthae petrolei in partem aetheris FROBENII inſtillaret, mixtura non ſolum aequalis eſſet, ſed admiſtione etiam alcoholis eadem maneret; ſed quantitas eius Noſtro nondum innotuit. Quae porro ex his colligit conſectaria, Lectoribus noſtris commendamus. p. 260. p. 276. p. 279.

7. Tractatio *ſuper reſiſtentia fluidorum in genere, et in ſpecie aeris contra globos tormentorum bellicorum*, Auct. Cl. I. I. WARTMANN. p. 295.

8. Differit Cl. A. YPEY *de villis ſugentibus plantarum.* Plantis quae ſit cum animalibus breuiter expoſita harmonia, ſuctionem fluidorum in plantis, per radices factam, non alio fieri modo in foliis plantarum, ope villorum reſorbentium, ad inſtar reſorptionis in inteſtinis animalium celebrandae. Quorum villorum, in terreſtribus plantis minus, magis in aquaticis v. c. *Nymphaeis*, *Typha latifol.* cet. conſpiciendorum, alia ſtructura ſimplicior et animalium indoli haud abſimilis videtur, p. 363.

 alia

*) Differt. med. chem. de oleis eſſentialibus abſque deſtillatione parandis, ſv. comm. noſtr. Vol. VI. p. 301.

alia magis artificioſa eſt et compoſita: valuulae in his, in illis nullae conſpiciuntur. Illud *Nymphaeae*, hoc *Typha*, *Poa*, *Sparganium*, *Butomus*, *Crinum*, *Acorus*, *Stratiotes* cet. demonſtrant. Ex iconibus adiectis magis, quae Auctor probata velit, intelliguntur.

p. 379. 9. Sectio poſterior *de integumentis cutis animalium*, *potiſſimum pilis*, Auctore Cl. IOB. BASTER. Antea Noſter de integumentis cutis animalium et praecipue ſquamis piſcium *) agens iam hic in pilos potiſſimum inquirit. Conſiderantur pili hominum, animalium brutorum, auium, amphybiorum et piſcium, inſectorum et plantarum. Nos hic exempli loco, pilorum hominis tractationem excerpturi ſumus, reliquorum ſagacem et doctam explorationem Lectoribus tradituri. Ortum eorum iam antea **) disquiſiuit aſſeruitque, crinium, myſtacis cet. originem in membrana cellulofa eſſe, eosque cutem perforare; lanuginis vero ſedem ſub cuticula in cute ipſa figi, cuticulamque, arte ſeparatam ſequi. Bulbi pilorum in capite et partibus genitalibus ouales, in ciliis et ſuperciliis globuloſi et in aliis partibus tenues et longitudinales reperiuntur. Bulbus ipſe membrana tenui, tenuiſſimis et circumuolutis vaſculis ſanguineis, ſeroſo lymphaticis neruoſisque compoſita, cingitur. Innumera eiusmodi vaſcula in centrum quoddam confluunt; vnde radix oritur, quae ſiccior, durior tenuiorque facta, creſcit, prolongatur cutemque perforat, vel, quod Auctor mauult, per foraminulum, in cute relictum, transgreditur: Iam membranula cuticulae circumuoluitur, vnde ſtrictior firmiorque, et ad in-
p. 385. iurias aeris ferendas aptior redditur. Inter multiplicem

*) v. Verhandel. van deeze Maatſch. VI. Deel. bl. 746. comm. noſtr. Vol. XI. Part. II. p. 312. Vol. XII. p. 286.
**) v. Acta phyſ. med. ann. 1748. obſ. XII. p. 52.

plicem eorum vſum et hic eminet, vt eorum frictione pori cutanei aperti maneant. Conſtat pilus, microſcopio detectus, praeter membranam externam, ex ſex vtplurimum *) filamentis paralleli modo decurrentibus, fibriſque tranſuerſalibus coniunctis, et canalem in medio relinquentibus, qui medullam ſiue ſuccum nutritium, colorem pilis reddentem, contineat. Chemice pilus examinatus exhibet per deſtillationem parum phlegmatis, ſpiritum vrinoſum et ſal alcali fixum, vnde et pili deſtructioni ita longe reſiſtunt. Indolem porro eo- p. 391.
rumque electricam, colorem in variis varium, gryſeum ex aetate, formam et ſtructuram externam fuſius perſequitur. Cauſſam, cur aethiopes barba careant, quae affinitas barbam inter et partes genitales ſit, vt vno tempore erumpant, cur eunuchi barba deſtituantur, cur cornua apud ceruos, partibus genitalibus non longe poſt partum priuatos, non erumpant, inueſtigare nequit. An ergo aliquid in pilo deprehendatur, quod non miratu vel notatu dignum ſit, quaerit.

10. *Organa vitalia in variis animalibus* conſi- p. 437.
derat Cl. PIETER BODDVERT. Ill. A LINNE' Noſter ſequuturus eiusmodi organa in *quadrupedibus*, *auibus*, *amphybiis*, *piſcibus*, *inſectis* et *vermibus* examinat, quibus et *zoophyta* addit. Refert ad haec *cor*, quo motus ſanguinis exercetur, *pulmones*, quibus ſanguis depuratur, *inteſtina*, vbi nouus paratur et *encephalum*, quo tria haec, moueantur. Quaecunque animalia arteriis veniſque inſtructa ſunt, cor habent, id quod polypis denegatur. Cum vero corpus humanum ex fluidis et ſolidis, in ſe inuicem agentibus conſtet, cum hoc et in zoophytis

O 5 obſerue-

*) Cl. LEEVVENHOECK viginti quinque numerat. Verhandeling. van deeze maatſch. VIII. Deel. bl. 47.

obſeruetur, ſequi putat humores in iisdem eodem moueri modo, vti in plantis. Varietates porro cordis et vaſorum ſanguiferorum in animalibus percurrit, vnde videmus, cor quidem in omnibus adeſſe, formam eius vero iuſtam et conſtantiam ab
p. 451. homine vsque ad zoophyta ſenſim imminui. Ex examine pulmonum, quod iam inſtituit, perſpicimus, eos in quadrupedibus ex vaſis, veſiculis et glandulis componi, auium muſculoſiores, amphibiorum membranaceos eſſe, piſcium ex branchiis (*Biemoen*) conſtare et vermium medium piſces inter et inſecta, duobus canalibus aereis inſtructa, tenere, in zoophytis tandem plane deficere. Quae
p. 460. ad nutritionem requiruntur partes ordine diſpiciuntur, quaeque in variis circa eas obſeruantur
p. 484. varietates exponuntur. Iam denique de encephalo et medulla oblongata neruorum vitam perficientium, fonte agit. Vti ergo encephalum humanum omnium maximum eſt: Sic ea in maximis brutis animalibus minima eſſe, ex ſectionibus Cel. D'AUBENTON patet. Quae vero animalia (quorum maxima pars eſt) encephalo et medulla ob-
p. 489. longata inſtructa ſunt, neruos quoque habent. Etſi itaque circuitus ſanguinis, reſpirationem cum nutritione ad vitam ſuſtentandam maxime neceſſaria eſſe ex dictis patet; vitam tamen ſolum ſyſtemati neruorum, medullae inprimis oblongatae tribuendam eſſe, experientia conſtat.

p. 493. 12. *Modum abſceſſus aperiendi varium* exponit Cl. DAN. VAN GESSCHER. Inciſione abſceſſuum hactenus non ſatis determinata, regulis in ea obſeruandis nondum diſtincte expoſitis abſceſſibusque ipſis maiorem minoremue interdum inciſionem deſiderantibus, nondum ſatis declaratis, in modum abſceſſus aperiendi iuſtum paullo ſtudioſius inquirere

rere Noſtro non alienum viſum eſt. Leges ergo, quas natura in ſanandis abſceſſibus obſeruat, praemittendae ſunt: his loco abſceſſus et ſymptomatis ſimul conſpicuis reſpondeant regulae poſitae: hae denique regulae non vltra modum multiplicandae ſunt; ſed, quod fieri poſſit, experientia nitantur. Legibus itaque naturae in curandis ab- p. 505. ſceſſibus declaratis, his ipſis et aliis hic ſuperuenientibus rebus accommodatas ponit regulas. *In quolibet abſceſſu, iuſta peripheria determinata, partem eiusmodi, quae premi poſſit, occupante, inciſio mediam partem diametri eius non exſcedat.* Etſi etiam p. 510. depuratio abſceſſus valde neceſſaria reſciſſioque partium deſtructarum inciſionem ampliorem poſtulare videntur; id tamen ipſo naturae interdum beneficio efficitur, partesque emortuae atque deſtructae viſae, iuſta interdum coniunctione cum partibus ſanis reſtituuntur, id quod hiſtoria non obſcura illuſtratur, vt ergo hae obiectiones nullae ſint. *Abſceſſus quamuis ſimpliciores, ſi ſub parte tendinea latent, aliquo modo complicati redduntur, et, ſi non ita maiores ſint, per omnem longitudinem, in ſtatu vero contrario inciſione plus minusue ampla aperiri debent.* Fibrae enim hae tendineae admodum elaſticae breui diſciſſione mox poſt effluxum materiae contrahuntur, aperturamque claudunt. *In* p. 521. *omnibus materiae congeſtionibus, totum partis cuiusdam ambitum occupantibus, cutemque a muſculis ſubiectis ſeparantibus, in parte effluxui puris aptiſſima mediocris inciſio ſemel vel bis inſtituatur.* Hos abſceſſus per metaſtaſin formari intelligitur. *Qui ex* p. 522. *carie proficiſcuntur abſceſſus inciſione, peripheriae cariei reſpondente, aperiantur.* Nam cariei incognitus ambitus, perioſtiique deſtructi progreſſus amplam inciſionem poſtulare videntur: *Eiusmodi quoque inciſio fiat in abſceſſu; qui in prominentiore parte excreſcen-*

excreſcentiae oſſeae, diu absque ſymptomate accedente alio duratae. Hic enim vel ab inflammatione perioſtei, vel carie oſſis vel ipſa vi externa oriundus, non rite determinari poteſt, ideoque ampla inciſione aperiendus. *Num abſceſſus, in ſpina ventoſa conſpicuus, eodem modo incidi debeat?* quaeritur; quod tamen a Noſtro, etſi plures id ſuadeant, cum inflammatio non partialis, ſed cauſſa in vniuerſa hu-
p. 525. morum acrimonia poſita ſit, negatur. *Sic in fractura complicata ex ſpina relicta, vel apice oſſis fracti, partes molles irritante, abſceſſus oritur: is per omnem diametrum incidatur.* Cauſſa enim ſublata, tolletur effectus. *Abſceſſus ſub cornea ex magnitudine ſua ſatis ampla ſectione aperiantur.* Nam lamellae eius admodum tenaces ſtatim poſt ſectionem contrahi aperturamque coanguſtare ſolent, vnde puri, per ſe iam craſſiori, exitus difficilior redditur. *Idem fere valet de ſtaphylomate.* Has ſpeciminis loco regulas adieciſſe ſufficiat; 18 reliquarum ſummam, quibus omnes fere corporis partes, vbi eiusmodi abſceſſus comparere ſolent, percurrit, breuitatis cauſſa omittimus.

p. 549. 12. *Computum incolarum, aedificiorum, quotannis natorum, matrimonio iunctorum mortuorumque in vrbe Alkmaer; et quae ſub eius imperio eſt vicinia; cui quaedam, quae huc ſpectant, adduntur*, a Cl. R. PALVDANO.

p. 609. 13. *Annotationes ad obſeruationem celeritatis ventorum*, Cl. C. BRVNINGS.

p. 630. 14. *Obſeruationes meteorologicae Zwanenburgenſes ad annum* 1772.

Relationes ſocietati communicatae.

p. 3. 1. Obſeruatio *maniae, vſu cort. Peruv. curatae* Cl. IO. WILLEMSE. Diarium hic maniae, a medio

dio iunii ad menſem decembris vsque, varia facie conſpicuae, et tunc plane curatae nobis ab Auctore Cl. offertur. En eius ſummam! Iuuenis 25 annorum ſanus et robuſtus, menſe iunio 1771 maniacus redditus, venaeſectionibus reiteratis 70 vnciis ſanguinis amiſſis, veſicatoriisque non ſuccedentibus, in paedagogium delatus Noſtro traditur. Camphora, cui multum in eiusmodi morbo leuando a Cl. LOCHER *) tribuitur, vtendum hic eſſe videbatur. Antea vero aeger, quo medicamentum hoc eo efficacius ageret, tranquillus erat reddendus: id quod puluere hypnotico, nuperrime **) ſatis laudato, cum opio non fideretur, optime effici poſſe putauit. Hoc itaque, praemiſſo laxante, a 12 iulii ad 21 eiusdem in ſedecim ſcrupulis ſine vllo effectu adhibito, hauſtum aegro camphoratum, ex camphorae drachma ſemis, aceti deſtillati vncia ſemis cum pauco ſacchari et aquae deſtillatae paratum Noſter praebuit cum iulapio antiphlogiſtico et decocto hordei. His medicamentis ad 8 auguſti continuatis, vbi camphorae doſin ad drachmam vnam de die auxit, ſymptomata admodum leuata videbantur. Calor blandus, ſudor leuans, ſomnus quodammodo cum ratione reſtitutus, virium formaeque externae bonitas, appetitus fortis, bonam formarunt prognoſin, vt etiam quatuordecim diebus poſt, camphorae doſi ſenſim imminuta, ſymptomatisque omnibus fere ceſſantibus, aeger non ex cuſtodia ſolum excederet, ſed etiam d. 23. eiusd. domum abiret. Paroxyſmo vero eodem die recurrente, venaeſectioneque larga cum laxante antiphlogiſtico non ſuccedentibus, in cuſtodiam reddebatur. p. 18.

*) vid. obſeruatt. pract. circa luem veneream, epilepſiam et maniam, Vienn. 1762. comm. noſtr. Vol. XII. p. 34.

**) vid. Verhandel. van deeze maatſch. XII. Deel. bl. 31. it. comm. noſtr. Vol. XVIII. p. 582.

batur. Indicatis anthelminticis indicationi non reſpondentibus, camphora denuo doſi eius ad quatuor ſcrupulos aucta, ad 25 ſeptembris vſus eſt. Iam vero paroxyſmum periodicum eſſe decimoque circiter quarto die recurrere ſolere obſeruatum eſt. Hinc tandem, paroxyſmo a 23 oct. ad 6 nouembr. finito, cortex Peruuianus a drachmis tribus ad vnciam dimidiam de die ita bene adhibitus eſt, vt, vſu eius per menſem continuato, aeger plane reſtitutus ſit.

p. 28. 2. Obſeruatio *maniae cum moerore per camphoram curatae*, ab EODEM. Fuit haec eiusmodi maniae ſpecies, vbi aeger, 30 annorum phlegmaticus, poſt febrem iuſto citius ceſſantem, continuo fere, absque vllo furoris indicio, deliraret, ſecumque colloqueretur. Quem itaque in cuſtodiam datum amore ante morbum verſus puellam, quacum matrimonio iuncturus erat, tractum fuiſſe Noſtro referunt. Hic per tres fere menſes ſibi relictus Auctori Cl. iam traditur, qui, primis antea viis iuſte euacuatis, camphoram aegro in pilulis a ſcrupulo ad drachmam ſemis et vltra per ſeptimanam exhibuit. Pilulis vero non ita ex voto ſuccedentibus, hauſtum ex camph. gr. 50 acet. deſtill. et ſyrup. 5 radic. aperientt. ana drachm. 6 et aqu. ſambuc. vncia vna a 24 auguſt. ad 4 d. ſept. elegit, qui egregie ſuccederet. Camphorae doſi ad drachmam poſtea aucta et ad 16 circiter continuata, ita aeger conualuit, vt d. 18 octobr. e cuſtodia dimitteretur.

p. 33. 3. *Effecta mirabilia tempeſtatis* communicat Cl. I. F. MARTINET. Recenſet hic primum phaenomena tonitru et fulguris potiſſimum in aede et aedificio vicino d. 21 auguſt. conſpicua, ab alio ſibi communicata: quae, cum experientia iam conſtent, praeterimus. Obſeruationem deinde propriam

priam adiicit, vbi fulgur, ſpatio vacuo facto, effectum ſuum edidiſſe pateret: vt ergo ſententia Cl. MAY *) confirmata videatur.

4. Obſeruatio *ſudoris ſanguinei* a Cl. D. H. GALLANDAT. Cum eiusmodi phaenomenon rariſſime accidat, a multis in dubium vocetur, et exemplum Chriſti miraculoſum habeatur, eiusmodi obſeruandi in naue ſub maxima turbulentiſſimaque tempeſtate Noſtro data fuit occaſio. Vidit, nimirum remigem 30 annorum vegetum, habitu cutaneo tenero; crinibusque pallidis inſtructum, ex ſumma anxietate ſummoque metu inſtantis mortis ſubito in terram coniici. Quem cum Noſtro erigeret, faciemque ſanguineo humore conſperſam ex vulnere quodam deriuaret, eamque linteamine detergeret, obſtupefactus veras ſanguineas guttas ex poris cutaneis prodire, iisque abſterſis, nouas ſuccedere vidit. Nec hoc phaenomenon in ſola facie, ſed in collo etiam et pectore animaduertebatur, ita, vt linteamen, hoc ſudore imbutum et rubrum totum eſſet, et digitos etiam Cl. Auctoris eodem colore afficeret. Ceſſante demum hoc phaenomeno, aeger ad ſe, nulla ſequela relicta, rediit. p. 46.

5. Relatio *phaenomenorum quorundam, in effodiendo puteo conſpicuorum*, per Cl. G. BRVGMANS. Puteum a. 1729 menſe auguſto in agro *Aengwieriano* ad altitudinem 24 pedum effoſſerunt: hinc terebra immiſſa, turba ſubtus audiebatur, quam, terebra educta, flamma ignea et paulſo poſt halitus ignitus ſubſequuta ſunt, quibus operarii non ſolum ab opere deſiſtere deberent, ſed etiam valide afficerentur: Puteus iam igne vaporibusque plenus, nec ita multo poſt his vacuus, aqua nunc impletus p. 53.

*) v. Verhandel. van deeze maatſch. XII. Deel bl. 391. comm. noſtr. Vol. XVIII. p. 593.

pletus conſpiciebatur, quam, vaſe quodam exhauſtam, flammam ad inſtar alcoholis concipere viderunt. Quae cum ita eſſent, nec aqua haec pecoribus conduceret, puteus iterum terra repletus
p. 56. eſt. Alius puteus a. 1746 in loco, abhinc horam dimidiam diſtante, effoſſus eadem fere phaenomena, excepta aqua, pecoribus grata, oſtendit.

p. 57. 6. Hiſtoria *peculiaris metaſtaſeos materiae purulentae* cet. a Cl. IACOB. DACHS, chir. maior. Miles 47 annorum ſanus et vegetus caſu in foueam verſus fruticem in latere ſiniſtro ad duas vltimas coſtas ſpurias ita concutiebatur, vt absque motu et ſenſu iacens irritante in parte affecta a Noſtro detecto, aeger, de nullo dolore querens, a Noſtro etiam ſine venaeſectione dimiſſus eſt. Septem diebus poſt dolor ſatis vehemens in parte affecta protinus abſceſſum ibi formatum, non extus conſpicuum, indicare videbatur. Parte hac per aliquot dies emollientibus fota, die decimo quarto dolor vehementiſſimus verſus pylorum totum abdomen fere occupans, ſumma anxietas, reſpiratio difficilis cum pulſu paruo, duro ſpaſticoque aegrum plane proſtrauerant, colicamque ſpasmodicam reliquerant. Metaſtaſin hanc cum adhibitis remediis per aluum educere non poſſet, conatusque vomendi adeſſent, ſcrupulos duos radicis ipecacuanhae, quo vtrique fini faceret ſatis, aegro dedit, vt inde inſignem copiam puris euomeret Huic, cum dolor in viis vrinariis quoque vrgeret, aliis bonis medicamentis cum clyſmatibus ſubſtitutis, triplici hac via copioſa materia purulenta excreta fuit cum leuamine ſymptomatum, eorumque plenaria ſubſequuta ceſſatione. Sed breui poſt idem paroxyſmus rediens eandem fere ſcenam luſit, quam eadem methodo ſuſtulit; interuallis iam paullo maioribus

ter

ter eundem paroxyſmum retrogreſſum dolet, vsque dum plenaria ſequeretur ſanitas. Inquirit ſub finem in vias, quibus materia ad varia haec loca ducta ſit.

7. Obſeruatio *vulneris pectoris*, a Cl. CONR. D. FLEBBE, M. D. et chir. mag. Miles 28 annorum plethoricus et ſanus, nulli antea morbo obnoxius, enſe lato in pectore dextro ſub papilla mammae et abhinc digitum circiter verſus humerum ita perfodiebatur, vt apex a tergo ſpinam inter et ſcapulam egrederetur. (Coſta ex obeſitate nimia indicari non potuit; laeſionem vero, inter tertiam et quartam fuiſſe ex teſtimonio adiecto videmus.) Sanguine ex vulneribus quidem emanante, nullo vero ex ore effluente, nec alio graui praeſente ſymptomate, aegro repetitis venaeſectionibus ſexaginta vnciae ſanguinis ſubducebantur. Vſu decocti hordeacei cum melle et nitro, et obtegente vulnus anterius ſolo emplaſtro, poſteriore vero libere relicto, aeger poſt ſedecim dies fere reſtitutus videbatur.

8. Relatio *de oleo aſphalti*, a Cl. M. HOFKENS, COVRCELLES. Hoc oleo antea *) a Noſtro commendato, nouis exemplis **) denuo confirmato, ibi ſimul in ſe ſuſcepit, ſi quid ſibi accidiſſet, quod voto non reſponderet, id ſocietati communicaturum eſſe. Iam vero profitetur, varia experimenta cum eodem oleo, in iisdem morbis, omnibus iuſte disquiſitis, non ſucceſſiſſe: Cuius quidem cauſſam in varia indole aſphalti inueniſſe aſſerit. Alium enim aſphaltum calcinatum poſt deſtillationem ita acrem

*) v. Verhand. van deeze Maatſch. VIII. Deel. bl. 475. comm. noſtr. Vol. XVII. p. 132.

**) vid. ibid. IX. Deel bl. 603. comm. noſtr. l. c. p. 464.

acrem fuiſſe, quem aegri ferre nequirent, pharmacopola Noſtro retulit, cuius vero acritatem repetita deſtillatione correxerit: alium, ex quo oleum antea laudatum paratum erat ſucceſſusque habuerat proſperos, per triginta fere annos in officina conſeruatum fuiſſe, eumque fortaſſis alius indolis fuiſſe, quam qui iam proſtaret.

p. 82. 9. *Quae triſtia effecta mons igniuomus ſeu ſulphureus ex ruptura ſua et collapſu menſe auguſto* 1772 *produxerit in inſula Iaua, cum annotationibus eiusdem phaenomenis* recenſet IOB. MAVR. MOHR. Situs eſt hic mons, *Papandajang*, ſeu *mons ſulphureus* dictus, in prouincia *Soekapoera*, Iauae regione meridionali, 40 milliaria a Batauia diſtante: cuius latitudo cum longitudine, quae ex relationibus non patent, ex comparatione cum monte coeruleo (*blaauwe berg*), cuius altitudinem ad tria millia et trecentos pedes Rhenolandicos adſcendere dicunt, deriuatur. Tempore itaque nocturno intra 11 et 12 diem aug. mons nubibus iuſto clarioribus obtectus, cum magno murmure interno, et euomitione ignea ex ore eius, quae omnia per quinque ſexageſimas durarent, ſubito collapſus eſt, terraeque planitiem, ad trium milliarium longitudinem, latitudinem $2\frac{1}{2}$ ſecum corripuit. Quadraginta pagi cum 2957 hominibus vel obruti vel alio modo vita priuati ſunt, Incolarum 40 in quodam pago, ſaluo relicto, ſervati ſunt: Brutorum 1500 interfecti ſunt et multae officinae deſtructi.

II.

Die Harbkeſche wilde Baumzucht, theils Nordamerikaniſcher und anderer fremder, theils einheimiſcher Bäume, Sträucher und ſtrauchartigen Pflanzen, nach den Kennzeichen, der Anzucht, den Eigenſchaften

genſchaften und der Benutzung beſchrieben von D. IOHANN PHILIPP DU ROI. *Erſter Band. Mit 4. Kupfern. Braunſchweig* 1771. *Im Verlage der fürſtl. Waiſenhaus-Buchhandlung.* 8. 1 *Alph.* 10 *Bog. Zweyter Band. Mit* 2 *Kupfern. Ebendaſ.* 1772. 8. 1 *Alph.* 11½ *Bog.*

i. e.

Plantarium arborum exoticarum indigenarumque Harbeccenſe, Auctore IOANNE PHILIPPO DU ROI, M. D. Pars I. II.

Veniam dabunt et Lectores, et Cl. Auctor, quod grauioribus impediti cauſſis libri huius, in re oeconomica et botanica vtiliſſimi, non prius fecerimus mentionem. Iam vero, iis remotis, breuitatis ſtudio, atque ideo etiam, quod perſuaſi ſumus, verſari iam librum hunc multorum in manibus, ea tantum indicemus, quae propria notatuque maxime habet digna. Continentur igitur in eo vltra trecentae ſpecies vel arborum, vel fruticum, vel ſuffruticum, quas omnes Cl. Auctor primo curate denominat, deinde earum ſynonyma determinat memorabiliora, additque nomina Germanica, Anglica et Gallica, quae quidem omnino ſunt ſcitu digniſſima; tum, ſi quae ſint icones bonae, eas laudat, nonnullasque nouas hic eleganter delineatas tradit plantas; poſtea deſcriptiones plantarum ſaepius dat, atque ſemper obſeruationes egregias refert, quae et ad fructificationis hiſtoriam, et ad culturam earum vtiliſſimae deprehenduntur. Laudat Cl. Auctor humanitatem Ill. Nobilis DE VELTHEIM, DE MÜNCHHAVSEN et Cl. POTT, qui ſibi obſeruationes communicarint. Recenſet vero plantas ordine alphabetico, quo eo citius earum numerus, ſpecies atque varietates computari poſſint:

 ſyſtema-

ſyſtematicum earum indicem, vt et alphabeticum et catalogum librorum allegatorum libro praepoſuit.

Plantaria Harbeccenſia ſumtibus poſſeſſoris Nobilis DE VELTHEIM exſtructa ſunt et in aridis, parumque fertilibus collibus, et in vallibus. Separatae ſunt arbores ſemper virentes et aceroſae ab iis, quarum folia quotannis decidunt, nuper tamen plantarium vtrasque continens conditum eſt. Solum maxima ex parte eſt limoſum cum terra ſabuloſa commixtum. Iam igitur quaedam ex notatu digniſſimis proferamus, ac primo quidem de botanicis, tum de oeconomicis videamus.

Tom I. p. 1. Quaedam deprehenduntur arbores *Aceris campeſtris*, *rubri* et *Negundo*, maſculis tantum floribus praeditae. Petalorum numerus in hoc genere variat, vt octo interdum ſint. Eo ordine ſpecies huius generis recenſet Cl. Auctor, vt eas, quae foliis ſibi ſunt ſimiles, coniungat, ordiens ab indigenis.
p. 8. *Acer ſtriatum**), quod depictum dat, et ſollicite deſcribit, ex America boreali ortum, maio floret, differtque in eo a *Penſyluanico* et *Pſeudoplatano* maxime, quod pedicelli ſint vniflori. Corolla calice longior eſt, ſtamina 7—8, antherae dilute flauae, cortex glaber, in inferiore trunci parte albo viridique ſtriatus. Arbor, quae, cum floreret, anno octauo ſexpedalis erat, hyemis frigus perdurat. In
p. 17. plantario Harbeccenſi nulla *Aceris rubri* colitur arbor, quae femineos tantum flores obtulerit; ſed omnes aut hermaphroditos, aut mares ferunt. Folia maris profundius fiſſa acutioraque ſunt, calix tetraphyllus, foliolis oualibus tomentoſis, corolla monopetala irregulariter quinquefida, ſtaminaque corolla longiora. Hermaphroditi calix eſt ſexfidus, corolla tetra- vel pentapetala, ſubinciſa, ſtamina corollae

*) vid. comm. noſtr. Vol. XIX. p. 547.

rollae aequalia, antherae diuiſae; non tamen Noſter nouam conſtituere vult ſpeciem*). *Acer Penſylvanicum* LINN. tabula 2 depictum, ita definit: *foliis ſubquinquelobis inaequaliter ſerrulatis, florum racemo compoſito erecto, pedicellis ſubdiuiſis.* Flores parui lutei, iunio florentes. Arbor humilis. *Acer Tataricum, foliis cordatis ſubquinquelobis ſerratis: lobis obſoletis, florum racemo compoſito erecto* dicit. Calix quinquefidus; ſi vero corolla decapetala eſt, octofidus fit. In *Acere Negundo* flores femineos tantum vidit, corollam tetrapetalam. *Amygdalum* a *Perſica* habitu ligni foliorumque, pedunculis bifloris, cum *Perſicae* ſemper ſint flores ſolitarii, ſeſſiles, fructuque differre ait: hinc ea, tanquam familias diſtinguit. *Amygdalum dulcem, foliis petiolatis marginibus crenatis, corollis calice vix longioribus,* ex MILLERO conſtituit. *Amygdali pumilae*, quam LINNAEVS *Mantiſſ.* 1. p. 74. aſſumſit, nullos, cum flore ſit pleno, fructus vidit; incertum igitur eſſe, quosnam proferet, an amygdalas, vel perſicas, vel pruna. Foliatione conuoluta cum *Pruno*; longitudine vero foliorum cum *A. Perſica* quaedam habet communia. *Azaleae viſcoſae* ſtamina, atque ſtylum corolla longiora vidit. *Betulae lentae* iunioris folia aſpera ſunt, adultae demum glabra. *Betulae pumilae*, quae icone eſt egregie delineata, foliis vtrinque, ſubtus tamen magis tomentoſis, amentis erectis, femineis maſculis duplo longioribus, tenuioribus, praedita eſt. *Betulam Alnum incanam*, quam LINNAEVS varietatem tantum habet, vt ſpeciem ſeparat, cum ſemine, amentis, capſulis ſeminalibus aliisque conſtanter differat. Affert etiam *Betulam Alnum rugoſam* **), quae Americae

p. 22. p. 28. p. 32. p. 46. p. 50. p. 53. p. 73. p. 92. p. 96. p. 109 p. 112

*) conf. LINN. *Syſt. veget.* edit. XIII. per Cl. MVRRAY, p. 766. vbi etiam fere pro alia ſpecie aſſumitur.

**) vid. comm. noſtr. Vol. XIX. p. 546.

p. 124. auſtrali inhabitat. In *Carpino Betulo* ad ſedecim
numerauit ſtamina; in *C. Oſtrya* plura, quam ſe-
p. 143. decim, atque duo tantum piſtilla. Addit *C. Virgi-
nianam* et *orientalem* diſtylam. *Celtis occidentalis*,
cum paullum contra frigus munita eſſet, in plan-
tario Brunſuicenſi fructus tulit maturos rubros.
p. 146. Corollae in *Cephalantho occidentali* laciniae ſunt oua-
les; antherae oblongae, erectae, bifidae; ſtigma
p. 148. globoſum, punctatum. Non vidit Noſter in *Cerci
Canadenſi* folia pubeſcentia, quae dicit LINNAEVS.
p. 151. *Chionanthi Virginicae* corollam interdum in ſex vel
octo etiam lacinias diuiſam vidit, atque tum ſtami-
na quoque vel tria, vel quatuor aderant; ſtylus,
ex Noſtri obſeruatione, calice multum eſt breuior.
Male etiam Cl. DU HAMEL ſynonymon PLVKE-
NETII, quod ad *C. Zeylonicam* LINN. pertinet,
p. 154. huc refert. *Clethrae alnifoliae*, *foliis alternis*, *alni
anguſtioribus*, *vtrinque acuminatis ſerratis*, perian-
thii foliola ſunt lanata *apice incurua*, petala calice
duplo longiora, atque vnicuique petalorum vngui
baſi ſubnata ſunt petala ſpuria, filamenta corolla
paullum longiora, germen margine lanatum, ſtylus
ſtaminibus longior: reliqua cum charactere, a
LINNAEO dato, congruunt. Semen eius per an-
num in terra latet, atque ſurculi biennio egent,
p. 159. vt radices agant. *Coluteam orientalem*, *foliis corda-
tis minoribus*, *caule fruticoſo*, dicit, quae LINNAEO
p. 172. eſt varietas *β. arboreſcentis*. *Corylum maximam*, *ſti-
pulis oblongis obtuſis*, *ramis erectioribus* (*die Lam-
bertsnuſs*) cum MILLERO et DE MÜNCHHAVSEN
vt ſpeciem diſtinguit: vti quoque *C. arboreſcentem
p. 184. laciniis perianthii pinnatifidis*. Inter *Crataegi* ſpe-
cies *Crataegus vniflora*, *foliis lanceolato ouatis ſerra-
tis*, *ſubtus villoſis*, *ſtipulis ſemicordatis*, *floribus ſoli-
tariis*, *calicibus foliaceis*, *ſpinis longiſſimis* notanda
eſt: de *C. lucida* ſupra *) diximus. Addit etiam
ex

*) vid. comm. noſtr. Vol. XIX. p. 545.

ex MILLERO *C. alpinam, foliis oblongo ouatis ſerratis vtrinque virentibus.* Diſtinguit etiam *Cytiſum* p. 208.
alpinum, foliis ouato lanceolatis, racemis longioribus pendulis, caule fruticoſo. Et in *Daphne Mezereo* et *Laureola* vidit Noſter corollae oppoſitas lacinias duas eſſe maiores, duas minores. Cum. Cl. SCO- p. 225.
POLI (*Flor. Carniol.* ed. II. P. I. p. 166) *Euonymum* p. 286.
verrucoſum et *latifolium* (ibid. p. 165) aſſumit. Ex MILLERO *Fraxinum rotundifoliam, foliolis ouato lanceolatis ſerratis, floribus coloratis;* cuius flores ſunt purpurei, foliis praecociores; et *Carolinianam, foliis integerrimis, petiolis teretibus, fructu latiore;* et *Fr. nouae Angliae, foliis integerrimis, in mucronem productis, petiolis teretibus,* affert: quas poſteriores LINNAEVS in *Fr. Americana* coniungit.
Definit *Hypericum Kalmianum, floribus trigynis* (non p. 310.
pentagynis), *caule fruticoſo, foliis lineari lanceolatis marginibus reuolutis. Iuglandem cineream* LINN. *oblongam* dicit, *foliolis cordato lanceolatis inferne neruoſis, pedicellis foliorum pubeſcentibus;* additque *Iuglandem glabram, foliolis cuneiformibus ſerratis, exterioribus maioribus,* ex MILLERO: vti quoque *Liguſtrum Italicum, foliis lanceolato acutis, ſemperui-* p. 368.
rentibus. Myricae Ceriferae var. β. LINN. vt ſpe- p. 440.
ciem nominat cum MILLERO *Myricam Carolinienſem, foliis lanceolatis ſerratis, caule ſuffruticoſo.*

Diximus ſupra*), quomodo a Noſtro *Pini* genus Tom. II.
determinetur, diuidaturque: nunc tantum notemus, p. 11.
definiuiſſe Cl. Auctorem omnes ſpecies ex ſuis legibus, atque, praeter illic indicatas nouas, addere ex MILLERO varietatem *ſylueſtris, Pinum rubram, foliis geminis breuioribus glaucis, conis paruis mucronatis. Pinum montanam, foliis geminis, conis pyrami-* p. 16.
datis, ſquamis oblongis obtuſis, trunco ramisque flexuoſis;

*) vid. comm. noſtr. l. c. p. 546.

xuoſis; quam certe ſemper immutatam manere ait:
p. 38. *Virginianae* varietatem *Pinum echinatam, foliis gemi-
nis et ternis, conis oblongis incuruis, aculeis ſquama-
p. 16. rum reflexis: Pinum ſylueſtrem* eſſe interdum dioe-
p. 54. ciam ex OELHAFENII libro *) monet. Quas HAL-
LERVS diſtinguit *Pini Cembrae* arbores vel Sibiri-
cas, vel Helueticas, Noſter easdem putat atque
locorum differre tantum diuerſitate, cum ex ſemi-
nibus Sibiricis Tyrolenſibusque ſimillimae natae
p. 130. ſint arbores. *Platani orientalis* folia iuniora tan-
tum palmata eſſe, adultiora fieri quinquepartita,
p. 159. eſſeque ſemper glabra, ſubtus venoſa. *Pruni* ge-
nus diuidit in familias, *Prunum*, *Armeniacam*, *Ce-
p. 170. raſum* et *Padum:* ad definitionem *Pruni Sibiricae*
p. 182. addit eſſe eam *petiolis glanduloſis; Prunum Maha-
leb* vero, non ouata, ſed *ſubcordata folia, petiolos-
p. 194. que glanduloſos* ferre. Nova eſt *Prunus nana* **) Cl.
p. 198. Auctoris, quam hic egregie depictam dat. Ex
MILLERO aſſumitur *Prunus Padus Carolina, foliis
lanceolatis acute denticulatis ſemperuirentibus.* Subdi-
p. 216. vidit *Pyrum*, in *Pyrum*, *Malum* et *Cydoniam.* Inter
Pyros relatae ſunt: 1. *Pyrus irregularis, foliis oua-
tis acute ſerratis, floribus cymoſis;* quam deſcripſit
p. 219. Ill. DE MÜNCHHAVSEN ***). 2. *Pyrus Amelan-
chier*, quam LINNAEVS ad *Meſpilos* refert: con-
iungere haec dicitur a Noſtro *Meſpilum* cum *Pyro:*
eſſe enim eius ſemina mollia, ſed deeſſe valuas car-
p. 231. tilagineas. *Pyri Cydoniae* tres ſpecies ex MIL-
LERO facit *Cydoniam oblongam, foliis oblongo oua-
tis, ſubtus tomentoſis, pomis oblongis, baſi productis.
Cydoniam maliformem, foliis ouatis, ſubtus tomen-
toſis, pomis rotundioribus. Cydoniam Luſitanicam,
foliis obuerſe ouatis, ſubtus tomentoſis.*

In

*) vid. ſupra p. 193.
**) vid. comm. noſtr. l. c. p. 545.
***) vid. *Hausvater 5ter Theil* p. 246.

In *Quercus* ſpeciebus hinc inde definitiones ſunt emendatae a Cl. Auctore, atque depicta folia *Quercus rubrae* *), *foliis ouato oblongis, obtuſe ſinuatis, angulis ſetaceo mucronatis: Quercus paluſtris* **): *Quercus albae, nigrae, Marylandicae* et *Prinus*. Ad *Rhois* ſpecies adiicit *Rhus Canadenſe, foliis pinnatis, obſolete ſerratis, lanceolatis, vtrinque glabris, panicula compoſita*; MILLERI. p. 236. p. 265.

Quantum operae, diligentiaeque in determinando *Roſae* genere Cl. Auctor adhibuerit, ſupra ***) vidimus: quasdam hic enarratas, non a LINNAEO nominatas, repetamus: *Roſam luteam, calicibus ſemipinnatis; germinibus globoſis, pedunculisque glabris; foliolis ouatis, glabris, ſerratis, ſerraturis petiolisque villoſis, glanduloſis; caule aculeato. Roſam muſcoſam, calicibus ſemipinnatis; germinibus ouatis; pedunculis foliorumque ſerraturis hiſpido viſcidis; caule petiolisque aculeatis; foliolis ouatis, ſerratis, glabris*: et *Roſam Damaſcenam, calicibus ſemipinnatis; germinibus ouatis, turgidis, pedunculisque hiſpidis; caule petiolisque aculeatis; foliolis ouatis acuminatis, ſubtus ſubuilloſis.* Vt ſpeciem, recte diſtinguit Cl. Auctor *Sambucum laciniatam, foliis pinnatis, foliolis laciniatis, floribus vmbellatis, caule fruticoſo.* Ad *Syringas, S. laciniatam, foliis lanceolatis, integris diſſectisque* ex MILLERO refert. p. 368. p. 369. p. 413. p. 447.

Tiliae ſpecies auget *Tilia cordata, foliis cordatis acuminatis, inaequaliter ſerratis, fructibus quinquelocularibus, tomentoſis: Tilia Americana, foliis cordatis acuminatis ſerratis ſubtus piloſis, floribus nectario inſtructis*: et *Tilia Caroliniana, foliis cordatis obliquis glabris ſubſerratis cum acumine, floribus* p. 466.

*) v. LINN. *Spec. plant.* p. 140.
**) v. comm. noſtr. l. c. p. 546.
***) vid. ib. p. 545.

p. 502. *nectario inſtructis.* *Vlmo* addit *Vlmum ſatiuam, foliis ouatis acuminatis duplicato ſerratis, baſi inaequalibus:* et *Vlmum Hollandicam, foliis ouatis acuminatis rugoſis, inaequaliter ſerratis, cortice fungoſo.* Hae ſunt, quas nouas, vel aliter definitas exhibet Cl. Auctor plantas. Ceterum generatim diligenter ad ea, quae perfectam plantarum adumbrationem ornant, attendit, foliorum nempe ſitum, inuolutionem, bracteationem, florendi germinandique tempus, ligni ſtructuram et colorem, corticisque demum varietates.

Oeconomica vniuscuiusque arboris tractatio plenior perfectaque a Cl. Auctore data eſt, quae reſpiciat et arborum culturam, et vſum, qui ex ligno, cortice, radice, fructibus etc. in oeconomiam et medicinam redundet. Itaque, cum plures exoticae arbores in plantario hoc cultae ſint, ſpeciatim indicat, quod ſolum quaeque amet, quae varietates ex ſoli differentia ſequantur, quo et modo, et tempore ſint ferenda ſemina, quibus modis multiplicari arbores poſſint, quae arbores melius ex ſeminibus, quae alio modo pronaſcantur, qualem tempeſtatem quaeque ſuſtineat. Sic alias exoticas, plures Virginicas et Canadenſes, hiemis frigus perpeti experientia docuit; alias iuniores eſſe in tepidario reſeruandas; adultas vero liberi aeris iniuriis exponi poſſe; ex his eſſe e. gr. *Bignoniam Catalpam, Cercin Canadenſem, Cephalanthum occidentalem, Clethram alnifoliam, Gleditſiam triacantham,* et *inermem, Hibiſcum Syriacum, Iteam Virginianam, Iuglandes* etc. Alias exigere, vt ſtramine parum obuolutae a frigore muniantur, vt *Celtis occidentalis, Laurus Benzoe, Liquidambar Styraciflua, Magnoliae, Liriodendra, Periploca graeca* etc. Ad ea vero, quae ſpecialem culturam, atque vſum attinent, Lectores ſunt ad ipſum

ipſum librum remittendi, cum nos, per breuitatis leges, pauciſſima tantum excerpere poſſimus.

Aceris ſemina vere optime ſeruntur, atque arena Tom. I.
mixta ſicco in loco tuto reſeruantur, aliaque in
loca transmittuntur. *Aceris Pſeudoplatani* ligni proprium p. 4.
id eſt laudandum, quo a verme difficilius p. 7.
exedatur. Ex ſucco *Aceris Pſeudoplatani*, *Platanoidis*, *ſaccharino*, *rubro* et *Negundo* ſaccharum parari poteſt. *Betulae* et *Quercus* ſemina non mixta, p. 85.
ſed ſeparata ſerere mauult: cum a ventibus agitatae *Quercus* laetius creſcant, *Betulae*que iis nutritiuos ſuccos detrahant. E *Betulae nigrae* ſucco ſaccharum paratur. *B. Alni* ſemina optime eiusdem p. 102.
anni octobri vel nouembri ſeri ait, niſi in locis, per hiemem aquae expoſitis, vbi vere ſunt ſerenda. Plura de transplantatione huius arboris egregia docet. *Corni floridae* lignum duriſſimum, vtiliſſimam p. 168.
arborem reddit; eſt et eius cortex antifebrile. De
Fago egregie docet quo modo ſeri et faginetum coli p. 212.
debeat. *Ilicem Aquifolium* menſe auguſto optime, ſi p. 318.
caute fiat, transplantari expertus eſt. *Iuniperi Virginianae* p. 349.
et *Carolinianae* cultus noſtris in terris eſt ſuadendus, cum lignum iis ſit duriſſimum, et putredini non facile ſubditum.

Pinus Cembra lignum praebet, quod tineae Tom. II.
fugiant; magnaque eſt eius gemmarum vis in p. 56.
ſcorbuto. *Pini Strobi* culturam valde commendat, p. 60.
propter tenacitatem atque alias laudandas virtutes
ligni. Iunioris *Pini Laricis* flores femineos de- p. 71.
cerpi ſuadet, cum celeri nimis fertilitate earum incremento detrahatur. *Pruni Mahaleb* lignum egre- p. 185.
gii eſt odoris, atque contra maniam ab Hiſpanis
probabiliter adhibetur. *Pruni Lauroceraſi* flores p. 198.
foliaque, cum lacte cocta, gratum amygdalinum

ſaporem

ſaporem ei tribuunt; ſed neruis ea eſſe infeſta ex morte quorundam expertum eſt.

p. 242. *Quercus* optime per ſemina multiplicantur, atque glandes autumno ſunt ſerendae. Arbores quarto anno transplantandae, ſi vero tardius id fieri neceſſe ſit, anno prius, quam transplantantur, radices a reliquo ſolo ſunt ſeparandae atque anno
p. 312. elapſo caute transplantandae. Ex baccis *Ribeſii rubri* preſſis, mixtisque cum aqua et ſaccharo, fermentatione vinum, *Campanenſi* ſimile, parandi mo-
p. 496. dum indicat. *Vlmum campeſtrem* amare humum, non arenam, atque libero aeri ſolique expoſitum locum: transplantari anno octauo optime experientia docuit.

III.

Deſcriptionum et iconum, rariores et pro maxima parte nouas plantas illuſtrantium Liber I. conſcriptus a CHRISTIANO FRIIS ROTTBOELL, M. D. Anat. et Botan. in Vniverſit. Hafnienſi Profeſſ. Hafniae, ſumptibus ſocier. typographicae, 1773. fol. plagg. 22. tab. aen. 21.

Primo hoc libro continentur modo gramina; de quibus Cl. Auctor iam quaedam in peculiari programmate, 1772 edito, praemonuit, operis autem rationes nunc in praefatione reddidit. Plurima hic memorata gramina collegerunt GERHARD KOENIGIVS, miſſionis Malabaricae medicus, et FORSKAEHLIVS; horumque prior ſpecimina ex India miſit, alterius autem herbarium viuum magnam rariſſimarum, inprimis Cyperorum, cohortem exhibuit. Collectio ROLANDII Surinamenſia obtulit. FORSKAEHLII autem aduerſaria conſulere non licuit Auctori: hinc etiam ſpecierum,

ex

ex Eiusdem herbario memoratarum, deſcriptiones perfectas, loca natalia, vſumque exhibere, non vtique potuit. Laudauit etiam artis hippiatricae profeſſoris ABILDGAARD in hoc opere exornando ſingulare ſtudium, quippe qui non ſolum tabulas octodecim priores nitidiſſime delineauit, ſed minutiſſimas etiam fructificationis partes ſaepius extricando, Auctoris deſcriptiones partim confirmauit, partim correxit, et perfectiores reddidit. Inter multa, aut penitus noua, aut iconibus et deſcriptionibus non ſatis illuſtrata gramina, quaedam etiam occurrunt, cognita et diu perſpecta, vt *Scirpus articulatus*, *miliaceus*, *dichotomus*, *Cyperus articulatus*, *odoratus*, *fuſcus* etc., aſt cum rara ſint, omittere noluit. Inter ſatis nota, ea, quae LINNAEVS in vltima Mantiſſa nominauit, et breuiter deſcripſit, minime retulit, cum Illuſtris Archiater ſpecimina ab eodem Collectore acceperit, eodemque fere tempore deſcripſerit, quo Auctor deſcriptiones ſuas confecerit. Repetiit hinc eadem, et pleniori deſcriptione, additisque, vbi haberi poterant, ſynonymis ac figuris egregie illuſtrauit.

Tria noua Cel. Auctor confecit graminum genera; aſt plura facile conſtituere potuiſſet, ſi ob leuem, in parte quadam fructificationis differentiam, eadem multiplicare voluiſſet. In *Cyperi* et *Scirpi* genere coniunxit ſpecies, etiamſi aliae vnum, vel duo modo ſtamina, loco trium, vel duos ſtylos, loco vnius, habeant, et *Schoenum*, qui *compar* a LINNAEO dicitur, quam parum natura eiusmodi differentias fecerit, luculenter monſtrare, monuit Auctor, cum ille in flore terminali tria, in reliquis quatuor oſtendat ſtamina; ſic porro nec *Scirpum dipſaceum*, ob germen prorſus ſingulare, ſcil. lineare, incuruum, concauum, margine vtroque ſpi-

nulis

nulis ciliatum, a reliquis ſeparauit, nec *Schoenum inuolucratum*, etſi ſquamae ſexciliatae, ſtamina et piſtillum cingentes, peculiarem characterem oſtendunt, ab iisdem generibus remouere voluit.

Septem ſunt genera, quorum ſpecies hic recenſuit Cel. Auctor, harumque ſumma eſt nonaginta. Primum eſt *Reſtio;* hoc pro nouo habuit, antequam LINNAEVS illud conſtituit, eidemque *Kyllingae* nomen adſcripſit; quod quidem nunc cum Linnaeano commutauit, aſt paullo mutatum characterem genericum expoſuit. Calicem Ille nullum, praeter ſquamas, flores diſtinguentes, aſt ſex petala admittit; cum vero folia tria exteriora figura et fabrica a tribus interioribus conſtanter differant, eadem ſeparauit, et in calicem ac corollam diſtinxit. Huius generis decem deſcripſit ſpecies, quarum modo vna hactenus innotuit, ſcilicet *Reſtio dichotomus*, reliquae omnes, vt nouae, acceſſerunt.

p. 1.

p. 10. Secundum dicitur *Chondropetalum;* multum conuenit cum priore, aſt ſquamarum et floſculorum, nec non calicis et corollae proportione atque ſtructura penitus inuerſa, petalorum inprimis rigida et cartilaginea natura, molli ac membranaceae teneritudini prioris prorſus oppoſita, euidenter diſcrepat. Hinc ſeparauit, et a natura corollae cartilagineae nomen generi impoſuit, eidemque ſequentes characteres tribuit. Spica imbricata ſquamis concauis, coriaceis, rigidis, flores diſtinguentibus; flores dioici, triquetri, ſolitarii in axillis ſquamarum, quibus longiores, ſeſſiles. Maſculi perianthium tribus conſtat foliis, quorum duo concaua carinata exteriora, tertium interius planum amplexantia; petala tria, calice multo longiora, cartilaginea, rigidiſſima, quorum duo nauicularia,

carinata,

carinata, compreſſa, tertium erectum planum; filamenta tria membranacea breuia, aſt antherae longitudine ipſius corollae; in feminis germen triquetrum magnum, ſtyli tres patentes, et ſtigmata plumoſa. Huius generis duas modo, aſt nouas recenſuit ſpecies.

Tertium quoque nouum genus ſiſtit, etſi eiusdem ſpecies plures dudum innotuerunt. Fuerunt autem illae ad alia genera relatae, nunc ex characteris conuenientia coniunctae. Dixerat in programmate Auctor *Schoenoidem*, nunc appellauit illud *Kyllingam*, a Clariſſimo Danico medico. Character ſequens eſt: Flores in capitulum vel ſpicam imbricati, calix gluma biualuis, valuis lanceolatis, concauis, altera breuiore; corolla gluma biualuis, calice multo longior, valuula altera maiore, lanceolata, acutiſſima, concaua, gibba, marginem alterius breuioris anguſtioris amplexante; ſtamina tria; germen ouatum campanulatum, margine altero gibbum; ſtylus bi-vel trifidus, ſtigmata ſimplicia. Reduxit huc, et deſcripſit *Schoenum coloratum* et *Scirpum glomeratum* ac *cyperoidem* LINNAEI, duasque nouas addidit ſpecies. p. 12.

Sequitur quarto loco *Cyperus*. Cuius ſpecies plures difficile inter ſe verbis, melius viſu diſtingui poſſe monuit, et characterem genericum a LINNAEO datum, vnica nota emendauit; ſquamas ſcilicet omnes, duabus infimis quandoque exceptis, floriferas, easque, ſi attente ad baſin conſiderantur, alternas eſſe, obſeruauit. Species memorauit quadraginta, quarum aliquae nouae ſunt, plurimae a LINNAEO iam adductae. p. 17.

Quinto capite *Scirpum* poſuit, eiusque characterem genericum ſequentem dedit Cl. Auctor: ſpica p. 44.

vndique

vndique ſquamis imbricata, cunctis, ſi inferiores duas, quae tunc loco inuolucri haberi poſſunt, in pauciſſimis ſpeciebus exceperis, flores ſolitarios includentibus, et a proximis diſtinguentibus; corolla floſculis nulla; ſtamina tria; germen triquetrum vel gibbum, cum ſtylo tri- vel bifido, ad baſin, vel apicem germinis in paucis ſpeciebus ſunt ſetae paruae, breues, quae vero in plurimis, a LINNAEO ad hoc genus relatis, deficiunt. Qua ratione *Scirpus* a *Schoeno* differat, ex huius deſcriptione apparebit; a *Cypero* autem rotunditate ac toroſitate ſpicarum, inprimis imbricatura non diſticha, ſed omnigena diſtinguitur. A *Caricibus hermaphroditis* vero difficile remoueri, Cl. Auctor exiſtimauit. Capſulas enim, vel Linnaeana nectaria, ſemen inuoluentia, *Caricis* generi ſoli non eſſe propria, docent plurimae *Scirpi* et *Schoeni* ſpecies, inprimis illae, quae ſtylum gerunt, pyramidis inſtar, germini impoſitum, quaeque omnes capſulam formant, ſemen vnicum includentem. Huius indolis ſpecies ſub nouo *Pyrgophorae* genere tradere, olim conſtituerat Auctor, nunc vero ad *Scirpum* reduxit,

p. 48. et ſpecies viginti et vnam recenſuit. *Scirpum ſetaceum* et *ſupinum* ac *Cyperum minimum* LINNAEI vnam eandemque plantam eſſe, exiſtimauit, quae teneritate ac magnitudine culmorum, longitudine inuolucri, craſſitie ac numero ſpicarum, vt et ſquamarum, has componentium ratione aetatis et ſoli admodum variat. In *Scirpo ſquamoſo* ſtamen plerumque vnum, raro duo inuenit, aliumque deſcripſit *monandrum*.

p. 60. Sexto capite *Schoeni* ſpecies vndecim exhibuit; de genere autem ipſo notauit: ſpicam duplicis indolis ſquamas oſtendere, inferiores ſcilicet, vel exteriores duras, coriaceas et inanes, ſiue ſteriles,

non

non raro ariſtatas; ſuperiores autem, vel interiores, longiores, membranaceas, molles, fertiles, muticasue eſſe; hac autem, licet euidenti, nota praeſente, tamen aſſeruit, *Schoeni* genus prorſus extingui, ſpeciesque vel *Scirpis*, vel *Cyperis* accenſeri poſſe, vti etiam ſuaſor fuit IVSSIAEVS.

Capite ſeptimo nouum propoſuit genus, *Fuirena* nominatum, cuius character eſt: Spica oblongo ouata, vndique ſquamis tricarinatis, ariſtatis imbricata; flos intra ſquamam ſingulam ſolitarius, minimus, tuberculo inſiſtens. Calix, praeter ſquamas diſtinguentes, nullus, petala tria obcordata minima, tricarinata, membranacea, cirro vel filo terminata; ſtamina tria, tuberculo extra corollam, qua multo longiora, affixa; germen acute triquetrum, corollam totam explens, ſtylus vnicus, apice bifidus; huius generis vnicam adduxit ſpeciem, eamque *vmbellatam* dixit. p. 70.

Ex his facile Auctoris in graminibus aliisque plantis examinandis et rite diiudicandis ſingulare ſtudium apparebit, et cum in hoc primo libro deſcriptiones accuratiſſimas, egregiasque imagines exhibuerit, et ſic graminum hiſtoriam inſigniter locupletauerit, continuationes nobiſcum deſiderabunt, et Cl. Auctori ſanitatem et otium exoptabunt omnes.

IV.

Von Würmern des ſüßen und ſalzigen Waſſers, von OTTO FRIEDRICH MÜLLER, *königlichen Kanzley-Rath, der Römiſch kaiſerlichen, Schwediſch- und Bayerſchen Akademien der Wiſſenſchaften, wie auch der Norweger, Turiner und anderer Geſellſchaften Mitglied. Kopenhagen,* 1771.

Verlegts Heineck und Faber. Gedruckt in der Hofbuchdruckerey, bey Nikolaus Möller. 4. 1 *Alph.* 2 *Bogen. Mit* 16 *Kupfern.*

i. e.

De vermibus aquarum dulcium et ſalinarum, Auctore OTHONE FRIDERICO MÜLLER.

Etſi iam Cl. Auctor in libro, *Hiſtoria vermium terreſtrium et fluuiatilium* inſcripto, qui a nobis proxime ſubiungetur, vermium vberiorem dedit hiſtoriam: cum tamen illic vermes marinos non tractaverit, non iniucundam Lectoribus huius etiam libri ſuccinctam indicationem futuram eſſe perſuaſi ſumus. Eſt enim is omnino et vtiliſſimus propter egregias obſeruatoris clariſſimi doctiſſimique de natura vermium obſeruationes, et, cum additae ſint curatae elegantesque icones, a fratre Auctoris delineatae ſollicite, ipſeque Cl. MÜLLER in *hiſtoria vermium* Lectorem ad hunc librum remittat, neceſſarius.

Correctis characteribus, quos Ill. LINNAEVS et Cl. PALLAS his vermibus tribuunt, quatuor ex iis conſtituenda eſſe genera putat, *Naidem*, *Nereidem*, *Aphroditem* et *Amphitritem*, quarum prior aquarum dulcium, poſteriores maris ſunt incolae.

p. 6. *Naidis* character eſt *corpus ſerpens, elongatum, loco pedum ſimplices ſetae, tentacula nulla, oculi vel duo, vel nulli.* Huius generis ſex conſtituit ſpe-
p. 7. cies. *Nereidem* diſtinguunt *corpus ſerpens, elongatum, pedes ſetis praediti, tentacula ſimplicia, qua-*
p. 8. *tuor oculi.* Septem ſunt eius ſpecies. *Aphrodite* cognoſcitur *ſerpente, oblongato, ſquamato corpore, pedibus ſetis inſtructis, tentaculis annulatis, oculis quatuor.* Huic dat tres ſpecies. *Amphitriti* eſt *corpus elongatum in tubulo reconditum, pedes verrucoſi, tentacula*

tentacula conglomerata, *oculi nulli.* Quatuor ſpecies enumerat.

Terminos hic definit, vt deſcriptiones intelli- p. 9.
gantur. Miratur, quod LINNAEVS vermibus caput deneget: illud enim certe adeſſe. Tentaculorum numerum in vermibus incertum eſſe. Quae p. 10.
LINNAEVS tentacula in *Nereidis* genere dicit, ſunt veri pedes. In *Nereidibus* ſunt *porrecta acumina* p. 11.
capitis: ſub capite in quibusdam huius generis ſpeciebus, corpuſcula retractilia deprehenduntur, quae ob ſimilitudinem *mammillas* dicit. Pedes plerumque ſunt *ſetis* inſtructi, ad quorum latera fila carnea in *Nereidibus* pendent, quae *fila lateralia* dicit. *Nereidum* quarundam pedes planis corpuſculis oblique ſitis praediti ſunt, haec *patellae* Noſtro dicuntur. *Naidibus* mobiles *laterales ſetae*, prae- p. 12.
ter pedes ſeticulatos, datae ſunt.

E *Naidibus* primo de *Naide proboſcidea* tractat. p. 14.
Huius ſynonyma a LINNAEO ſub *Nereide lacuſtri* confunduntur. TREMBLEYVS et ROESELIVS *proboſcideam Naidem* deſcripſerunt: SCHAEFFERVS et LINNAEVS *lacuſtrem*, toto coelo diuerſam. (Poſtea tamen (p. 94) *lacuſtrem* SCHAEFF. non eſſe huius generis monet.) Obſeruationibus aliorum breuiter indicatis, Cl. Auctor primo partes omnes et externas, et internas ſollicite et curatiſſime deſcribit. *Corpus* album pellucidum. *Caput proboſcide*, *prominentiis*que *auriformibus* inſtructum. *Os*, ſub capite ſitum, inciſura eſt, ex qua lingua extenditur, retrahiturque quoties animalculum aquam haurit. *Prominentiae auriformes* non ſunt os, vt ROESELIVS dicit. Praeter ſetas laterales, veri pedes *Naidi* ſunt, qui ex quatuor ſetis minoribus conſtant, neque conſpiciuntur, niſi in inferiori ſuperficie. Articuli corporis numero differunt. *Vas*

inteſtiniforme, quod omne vermis corpus tranſit, eſt tum viſcus concoctionis, fauces, et inteſtinum rectum, tum vtrinque appoſitae arteriae. In cauda, prope anum, humor circulans fluctuans conſpicitur, atque ex eo loco in arterias transfunditur. Forſan igitur hic locus cordis. Venas in *Naidibus* non vidit. Ex inteſtino ſucci nutritii ſtatim in vtrinque appoſita vaſa circulatoria tranſeunt. Sub vaſe illo, alba pellucidaque poſita eſt membrana, quam contextum cellulоſum eſſe putat. Nutritur *Nais* haec, vti et omnes congeneres, ſolis inuiſibilibus terreſtribus in aqua contentis particulis.

p. 34. Modus, quo *Naides* multiplicantur, mirandus, eſtque is ita a Cl. MÜLLERO primo inuentus. Non enim ſolum, ſiue ſponte, ſiue de induſtria lacerentur, capite caudaque denuo inſtruuntur; verum corpus etiam, quod vnum prius vermem conſtituebat, in tres, vel ſex cohaerentes vermes euoluitur, quae breui a ſe inuicem ſecedunt. Nempe articulus ani prolongatur, et in eius media parte lineae transuerſae, quae rudimenta nouorum articulorum ſunt, poſt quosdam dies apparent; tum ſetae iuxta eas ſingulas; motus arteriarum fit in his articulis viſibilis, excrementa per eos tranſeunt; ſetae interiores cutem veteris articuli ſenſim perforant, atque longitudinem iuſtam acquirunt. Quae cum fiunt, transuerſalis linea ſubnigra, diuerſa a prioribus, apparet, atque in prominentias excreſcunt eius anguli, paruaque enaſcitur ex media parte proboſcis; tandem apparent oculi. Cum hac filia mater per quoddam tempus cohaeret. Quid? quod in altera parte articuli analis materni generationis ſecundae, tertiae et perraro quartae rudimenta eodem modo ſe manifeſtant. Porro in ipſis filiabus nouae euoluuntur ſoboles: nam in articulo anali primae et ſecundae filiae iam articuli nouae ſobolis

ſobolis conſpiciuntur. Ita *Nais* vna e ſeptem generationibus eſt compoſita: qualem delineatam tradit: Omnes hae generationes vno ore et ano, vno humorum vitalium inſtruuntur affluxu, vnoque inteſtino recto. Filia natu maior adoleta, a matre ſeparatur; quod praecipue motu partis extremae matris fieri videtur.

Interdum alia etiam multiplicandi ratio obſervatur, ita, vt ſine vllo veſtigio lineae transuerſalis noua appendix omnibus articulis ſetisque inſtructa euoluatur, quae matrem quadraginta articulis inſtructam mentiatur, donec articulus vnus ex mediis diuidatur appareatque noua ſoboles. p. 39.

Coitum *Naidum* non obſeruauit: cohaeſio enim earum differt ab illo. Inter centenas tres vidit, in quibus iuxta fauces flauae moleculae, ouarium fortaſſe indicantes, conſpicerentur: obſeruauit etiam in aqua prope hanc partem diſperſos complanatos globulos, qui forſan oua eſſent. Cum tamen ex verme ipſo ea exire non viderit: coniecturam probabilem de ouis earum tantum habet. p. 42.

Iam Cl. Auctor tentamina exponit, quae circa naturalem atque artificialem *proboſcideae Naidis* et matrum, et virginum, multiplicationem earumque reproductionem inſtituit, eaque tabulis, celeritatem horum euentorum oſtendentibus, illuſtrat: ex quibus, quae ſequuntur, tantum hic referamus. p. 43.

Celeritas euolutionis in integris *Naidibus*, quo propriores ſunt loco cordis, eo maior eſt; partes earundem in oppoſita ratione euoluuntur. Humor circulans efficit euolutionem. Intra decem vel duodecim dies ab origine prima *Nais* plane euolvitur. Quolibet quinto vel ſeptimo die proles a matre naſcitur. Mater in qualibet generatione dimidiam vel tertiam articuli vltimi partem amittit: quae iactura, cum articuli ad numerum quindeci- p. 49.

 mum

mum imminuti ſunt, euolutione nouorum articulorum reſarcitur.

p. 54. Matri ſi caput demitur, nihil proles patitur; ſed donec illi caput accreſcat, nutriuntur a reſiduo alimentorum in inteſtino recto; interdum prolis caput ſimul euoluitur. Minoribus inſtruuntur articulis eae filiae, quarum matri caput demitur. Mater, capite priuata, eo poſt tres aut quatuor dies denuo praedita eſt. Cum natura ſimul in vno animali tria, vulnerum ſanationem, capitis reſtitutionem, euolutionemque noui animalculi efficiat: neceſſe eſt, ſint in omnibus horum vermium par-
p. 60. tibus gemmae, quae ſic euoluantur. Si filia *Naidis* diſſecatur, ad reproductionem caudae eius quinque vel ſeptem dies, capitis vero quatuordecim vel ſedecim requiruntur; contra matris cauda decem vel quatuordecim, caput vero tribus diebus re-
p. 63. ſtituitur. In *Naidibus*, nulla prole praeditis, quas virgines dicit, caput caudaque, biduo nondum elapſo, ſimul oriuntur. Artificialis multiplicatio multo celerior, quam naturalis fit.

p. 64. *Naides* nondum plane diſciſſae iterum coniunguntur, circulusque humorum per laceras partes tranſit. Cum ſponte *Nais* quaedam, duplici prole praedita, ita dilaceraretur, vt proles natu maior ſeparata eſſet, in prolis iunioris poſteriori parte, quae cum natu maioris capite cohaeruerat, verrucas rotundas prominentes vidit, in quibus intus extusue vndae humoris fluentis conſpicerentur: indeque putat, compoſitas eſſe arterias maiores ex multis minoribus canalibus.

p. 67. Monſtra *Naidis proboſcideae* coeca, vno oculo inſtructa, prominentiis proboſcideque carentia dantur: eaque plerumque perfectam interdum tamen etiam monſtroſam pariunt prolem.

Morbus

Morbus *Naidum* eſt, ſi totum earum corpus, p. 68.
poſtremo caput in ſpumam ſubtilem, quae in veſicam expanditur, reſoluitur; ſetis tamen lateralibus remanentibus. Adhaerent etiam corpori *Naidis proboſcideae* duae ſpecies *Vorticellae.*

Nais elinguis ſetis lateralibus ſolitariis, probo- p. 74.
ſcide nulla, minimus vermis, nudo oculo inſtar fili quatuor linearum cognoſcitur. Cutis eius pellucida vas inteſtiniforme, ſubluteum, flexuoſum oculo armato conſpiciendum offert. Caput caudaque ſunt obtuſa, rotundata. Reliquae partes internae et exteriores, et phaenomena cum iis, quae de *proboſcidea* narrauimus, conueniunt. Adeſt ta- p. 77.
men quaedam diuerſitas in modo ſeparationis matris a filia. Nam caput filiae cum matre in puncto tantum cohaeret: illudque ab ea in hoc vel illud latus alternatim contorquetur: communio circulantis humoris inter matrem et filiam tollitur; ſyſtole tamen et diaſtole porro praeſente: tandem ſubito punctum cohaeſionis rumpitur atque filia natat, poſtquam ter aquam hauſerit. Ante ſeparationem omnibus excrementis purgatur inteſtinum, cum mater per decem minuta prima ano careat. Filia *Nais* poſt quoddam tempus, corpore opaco, vtrinque acuminato, media parte craſſo reddito deformabatur, vaſa lateralia materia cinerea replebantur et in ſetis corpuſcula verruciformia haerebant. Poſt quosdam dies plane diſparuit.

Nais barbata ſetis lateralibus faſciculatis, pro- p. 80.
boſcide nulla, priorem magnitudine aequat. Ante ſetas laterales faſciculus ſetarum, inſtar barbae, eſt, vnde nomen. Inuenit eam Cl. BONNETVS: Noſter, cum tentamina inſtitueret, quam anno priori copioſe viderat, non reperire iterum potuit.

Nais ſerpentina ſetis lateralibus nullis, collari p. 84.
triplici nigro, a ROESELIO ſatis bene deſcripta:

at vas inteſtiniforme perperam pinxit deſcripſitque: eſt enim inaequale, articulis noduloſis vel quadratis. Pedibus quingentis et quadraginta inſtructa eſt.

p. 90. *Nais coeca* diuerſa a reliquis defectu oculorum, cauda digitata, vaſe ſanguifero rubro, atque viuendi ratione. Cum tamen eadem ratione multiplicetur, qua reliquae *Naides*, cum iis a Noſtro coniungitur. In cauda eiusdem, cuius digitos *veras branchias* dicit, ſanguinis globuli diuiduntur, ſeſe quaſi proſequuntur, atque in fluuio communi coeunt, vt in branchiis *Ranarum Lacertarum*que. In hac venam vidit, magis, quam arterias, flexuoſam. Humorem circulantem in vena rubrum, in arteriis album eſſe maxime miratu notatuque dignum eſt. In ſedimento aquarum dulcium habitat,
p. 99. capite in eo recondito, cauda prominente. Alius etiam vermis, non ſatis disquiſiti, huic ſimilis mentionem facit.

p. 106. Prius LINNAEI quosdam errores corrigit, quam accedat ad *Nereidum* hiſtoriam. STROEMII *Roedaat* (vid. LINN. *Syſt. nat.* T. I. p. 1064) eſſe *Gordii* ſpecies videtur, neque *Scolopendra marina*; neque haec ad Scolopendrae genus referri poteſt, ſed a Noſtro *Nereis variegata* dicitur. Neque verum eſſe, vt a *Gordio marino* LINN. lepra Noruegorum efficiatur, Noſter hic STROEMII ipſius teſtimonio probat. Poſtea verum vermem STROEMII, atque *Gordium*, iam dictum, deſcribit delineatos-
p. 120. que tradit. Deſcribuntur nunc *Nereidis variegatae* partes. Corpus eius eſt depreſſum, articulis 85, vtrinque pedatis. Obſcure rubra linea totum corpus percurrens hanc ab aliis ſpeciebus diſtinguit. Corpus verſus caudam anguſtius fit. Cauda eſt vtrinque ſeta rigida inſtructa, inter quas anus. Ad

ſingularum

ſingularum partium deſcriptionem figura, quam dat
Cl. Auctor, opus eſt. Notemus tamen tria acumi-
na capitis, mammillas, quarum ope ſentiunt, atque
vtrinque quatuor tentacula, oculos quatuor, os
orbiculare, ſub ſcuto colli poſitum, lineam rubram,
arteriae officio fungi, venamque arteria latiorem
adeſſe: pedibus multis ſingularibus inſtructam ita
mouere ſe, vt poſteriores pedes prius, multos ſimul
moueat. Non lucere eandem monet Noſter, ne-
que articulorum numerum *) in vna ſpecie conſtan-
tem eſſe, neque tentaculorum numerum vel ma-
gnitudinem.

Cum caſu portio caudae in *Nereide* frangere- p. 134.
tur, vidit a parte ea, quae capite praedita erat, fol-
liculum effici, in qua per tres menſes, ſeſe vel le-
viter mouens, vel quieſcens viuebat, neque forſan
periiſſet, niſi, noua aqua marina affuſa, vita pri-
vata fuiſſet. Cum hac laeſa *Nereide*, alia ſana ſi-
mul folliculum parabat, atque omnino eodem mo-
do ſe habebat, vti laeſa. Pars laeſae ea, in qua
cauda erat ſemper vehementer ſe mouebat, appa-
rebantque in vulnere duo diſtincta ſubnigra puncta,
retractilia, hinc indicantia illic arteriae finem eſſe,
atque ipſa poſt quinque hebdomades et quatuor
dies mortua eſt. Altera *Nereis*, cum in aqua eſſet,
ei non plane conueniens, egreſſum ſubinde molie-
batur, tandemque e vaſe in ſiccum egrediebatur:
quum vero non aliam aquam inueniret, ſubito re-
trorſum in vas ſeſe retrahebat.

Nereis verrucoſa corpore rotundato, ſupra con- p. 140.
vexo, pedibus remotis, e verrucis quatuor compo-
ſitis cauda biſeta, iam ab aliis praeſertim BASTE-
RO deſcripta, eſt LINNAEI *Nereis pelagica*, a Cl.
Auctore diligentius definita.

*) Generatim monet Noſter in *Scolopendris*, *Iulis*, et in reliquis *Nereidibus* variare articulorum numerum.

p. 144. *Nereis ſilata* difficulter recte cognoſcitur. Differt a priori pedibus, qui ſinguli ſunt corpus carnoſum, antrorſum flexum, iuxta cuius apicem patella alba, eidemque ſimilis in media pedis parte ſitae ſunt, ſub quibus fila prominent, in apice pedum tria, vel, ſi ab abdominis parte conſpicitur vermis, quatuor conica acuminata ſunt corpuſcula, in quo ſingulo faſciculus ſetarum, a verme, cum natat, in vſum adhibendarum, latet. Corpore eſt verſus caudam anguſtato, et articulo colli, ſubtus rotundato.

p. 150. *Nereis margaritata* tentaculis filisque lateralibus moniliformibus, caudalibus articulis globoſis. Caput eius caret acuminibus et mammillis; inſtruitur tamen tentaculis tribus et oculis quatuor; cauda ſetis duabus: pedes ſunt corpora conica, truncata, e quibus ſetae ſex vel ſeptem eminent.

p. 156. *Nereis maculata*, quae, vt etiam omnes ſequentes *Nereides*, differunt a prioribus proboſcide: has Noſter non viuas noſcit, ſed ex iconibus et deſcriptione Cl. KÖNIG, medici miſſionis Danicae in Tranquebar tantum cognoſcit. *Maculatae* tamen nouam iconem et deſcriptionem hic tradit. Macula eſt in articulatione nigra, interque hanc luteae minores. Pedes, *Aphroditum* pedibus ſimiles, patellis maioribus inſtructi, ſunt cylindracei, ſetati. Cauda eſt biſeta, ſetis longioribus, quam tentacula.

p. 163. *Nereis viridis* corpore filiformi, depreſſo, vtrinque anguſtato, a LINNAEO dicta.

p. 166. *Nereis craſſa* corpore ſubdepreſſo, verſus caudam anguſtato, ſegmentis quadraginta, pedibus ſetatis, ſetis ramoſis, capite minore, proboſcide maxima, fronte acuminibus inſtructa duobus.

p. 171. *Aphroditem ſquamatam*, LINN. cum omnes huius generis ſpecies ſquamis ſint praeditae, *punctatam*

ſtatam dicit, eiusque nouam dat iconem. Corpore eſt oblongo, vtrinque obtuſo. Caput ore ſubtus poſito rugoſo, e quo proboſcis interdum protruditur, a cauda diſcernitur. Pedes ſinguli ſetis 33 inſtructi ſunt. Quae ad corrigendas LINNAEI et BASTERI deſcriptiones addit, omittimus.

Aphrodite plana Cl. Auctoris, eſt LINNAEI *imbricata*. Caput tentaculis duobus inſtructum eſt. Pedes ſunt bifidi, ſubtus aculeo praediti. Roſtro ſimilis eſt priori. In hac ſpecie pedes articulique corporis ſemper numero ſunt conſtantes.

Amphitrite faſciculata eſt idem vermis cum *Nereide cirrhoſa* LINN. Corpore verſus caudam anguſtato obtuſe acuminato, annulato. Ore ouato, labio ſuperiore prominente, filis longis, molluſcis inſtructo. Vtrinque anterius in dorſo ſeries filorum ſpiralium adſidet. KOENIGIVS, a quo Noſter deſcriptionem iconemque accepit, roſtrum obſervaſſe ſe dicit. p. 188.

Amphitrite reniformis corpore annulato, capite plumato, reniformi, tentaculis duobus. Verrucae, quae in vtraque ſpecie adſunt, pedes improprie dici poſſunt. Neque Noſtro huic generi pedum vſus datus videtur. Haec ſufficiant, vt de egregio hoc libro, obſeruationibus ditiſſimo, multo ſtudio atque repetitis vicibus a Cl. Auctore inſtitutis, Lectoribus quandam epitomen demus. Qui enim iconum illuſtratione, obſeruationumque deliciis frui cupiunt, ii librum ipſum legant oportet. p. 194.

V. *Herrn*

V.

Herrn IOHANN IAKOB FERBERS *Briefe aus Wälſchland über natürliche Merkwürdigkeiten dieſes Landes, an den Herausgeber derſelben* IGNATZ EDLEN VON BORN, *des heil. Röm. Reichs Rittern, kaiſerl. königl. Bergrath, und Mitglied der königlich Schwediſchen Akademie der Wiſſenſchaften. Prag* 1773. *Bey Wolfgang Grelle.* 8. *Seit.* 407. *auſſer der Vorrede.*

i. e.

IOANNIS IACOBI FERBERI epiſtolae ex Italia, rerum naturalium huius regionis notatu digniora exponentes, miſſae ad earundem editorem IGNATZIVM DE BORN.

Praeclara ſane laudandaque eſt Cl. FERBERI opera, qui his ſuis epiſtolis magnam Italiae, fertiliſſimae naturalibus prouinciae, theſauri partem, praeſertim quae oryctographiam atque geographiam phyſicam ſpectat, nobis etiamnum fere incognitam patefacit; atque ita naturae ſtudioſis accepta offert munera, cum vbique eluceant et Cl. Auctoris in hiſtoria naturali peritia, et in obſeruandis deſcribendisque corporibus naturalibus cura ac diligentia. Immiſcuit his de mineralibus obſeruationibus relationes de viris doctis Italiae, atque ſtatu eruditionis: interdum etiam botanicae mentionem iniecit.

Iter igitur, ex ſolo erga res naturales amore ſuſceptum, fecit Noſter a Vienna per Idriam, Venetias, Patauium, Veronam, Rauennam, aliaque circumſita loca adiit; vnde ex Venetiis per Bononiam et Florentiam Romam venit: ibique commoratus Neapolim iterumque Romam, atque ad varia circumſita oppida Florentiamque profectus eſt: hinc ad

ad Liburnum Pontum, Geneuam, Auguſtam Taurinorum, Mediolanum iterumque Venetias tendens, tandem trans alpes per agrum Tyrolenſem in Germaniam reuerſus eſt.

Iam de ſingulis quaedam videamus.

Vltra Viennam verſus Vngariam, Auſtriam atque Styriam tractus incipiunt montium calcareorum, qui partim alte eminent, partim late, vallis planitieque interiectis, extenduntur. Circa Wippachium vero diuiduntur, ſiniſtrorſumque per Forum Iulium (*Friauli*) iuxta mare Adriaticum, verſus Iſtriam Dalmatiam atque Archipelagum excurrunt; dextrorſum ad Tyrolenſes alpes, cum Tridentinis Veronenſibusque iugis connexi, adiunguntur. Planities fertilis hanc iugorum diuiſionem interiacet. Calcareus lapis, hos montes conſtituens, ex albo griſeus plerumque eſt; interdum vero nigreſcit, vel omnino niger fit: duritie differt: particulis conſtat ſubtiliſſimis, non eſt ſalitus; ſed petrefactis interdum diſtinctus. Hos montes Noſter dicit impoſitos *Schiſto*, vel *argillaceo*, vel *corneo*, qui *Quarzo* et *Mica*, interdum et *Argilla* compoſitus ſit. Hunc *Schiſtum* omnibus montibus his calcareis ſubſtratum cenſet, interdum etiam nudum eleuari. Tum inuenit iuxta Cornovizium, *Granatos rubros*, *Baſalti ſpatoſo* WALL. (*Schörl*) virideſcente innatos, *Baſaltem fibroſum* nigrum, *Quarzo albo* inditum, et *Iaſpidem viridem:* atque Idriam venit, vbi fodina hydrargyri fertiliſſima in ſtratis ſchiſtoſis reperitur. Fuſionem incolae celant; Noſter tamen eam Almadenſi, quam Cl. JUSSIEU deſcripſit, ſimilem coniicit. In montibus circa Planinam et Aquilaemontium (*Adelsberg*) ſubterraneae maximae ſunt cauernae. Interiacet fertiliſſima regio Wipachium et Meſtram, vbi colitur *Zea Mays*, *Morus*

p. 3.
p. 8.
p. 13.

vel *Populus Italica*, quibus circumuoluuntur vitium ramenta.

p. 15. Pataui hortus botanicus amoeniſſimus, diues a Cl. MARSILIO colitur: hic plantas exoticas ſub dio, feneſtris tantum tectas, per hyemem ſeruari refert. Hortus oeconomicus a PETRO ARDVINO ita dirigitur, vt tentamina ad agriculturam, oeconomiam, artem tinctoriam, quorum primam partem iam editam eſſe hic legimus, inſtituantur. In muſeo academiae, etſi fere inculto, Noſter tamen inuenit *Conchas petrificatas* in *Iaſpide rubro*, varios *Achates*, *Porphyr. rubrum* maculis albis, e Cricetta, atque *ferrum*, quod dicebatur, *natiuum*. Laboratorium chemicum, mineraliumque collectio a Comite MARCO CARBVRI curatur. Montes Patauini ſolitarii, *euganei* dicti, componuntur ex *Laua* varii coloris. Hos, vt et ceteras regiones, illic poſitas, Anglus IOANNES STRANGE deſcripſit, idque academiae obtulit.

p. 20. Vicentiae Cl. TVRRA, academiae de agricultura a ſecretis, degit, inſigni naturalium copia diues, qui florae Italicae, quam optaremus editam, maximam partem iam confeciſſe dicitur. Etiam Epiſcopus MARCVS CORNERVS, botanicum hortum illic colit, qui poſitus eſt in colle, ex cinere vulcanorum coloris nigro bruni, immixtis *Opalis*, et *Silicibus* cauis, aqua impletis, congregato. Praeter montem Baldum *) in Veronenſi regione mons Bolca, propter elegantes *Ichtyolithos* notandus eſt. Hic ſimul detegitur fraus Belgae cuiusdam, qui SEGVIERII botanicam denuo, omiſſo SEGVIERII nomine, edit.

p. 25. Agri culturam in Venetiana regione maxime coli, plurimaque ſcripta tradi magiſtratui agriculturae, cui praeſit IOANNES ARDVINI, et oeconomiae

*) vid. Cl. SEGVIER *Flora Veronenſis*.

miae et mineralogiae peritiſſimus, Noſter refert. Ex huius libris manuſcriptis, ineditis hactenus, ſuaque ipſius experientia affirmat, Paduanos, Vicentinos, Veronenſes montes calcareos, qui ad eorum tractum, quo Germania ab Italia diuiditur, pertineant, *Schiſto* ſuperſtructos eſſe, eruptionibusque Vulcanorum eſſe disruptos, atque *Laua* impletos. ALBERTVM FORTIS *obſeruationes de inſula Cherſo et Oſero* nuper ediđiſſe, atque ſe apud IACOBVM MOROSINI, praeter alia, vidiſſe *Lauam*, quae ſic dicto *Achati Islandico* ſimilis eſſet, aliamque coerulei coloris, vtramque inter eruptiones vulcanorum in Venetianis montibus reperiundam: *Zeolitem fuſcum* e Vicentinae regionis montibus Schienſibus (*Schio*) Trettenſibusque (*Tretto*). FRANCISCVM GRISELINI praeeſſe diario ad ſcientiam naturalem et medicinam pertinente (*Giornale d'Italia ſpettante alla ſcienza naturale* et *Giornale di Medicina*.) Ad aliud diarium (*Europa letteraria*) plura conferre doctiſſimam virginem ELISABETHAM CAMINER.

Porcellana Venetiis Florentiaeque conficitur e terra ex montibus territorii Trettenſis deſumta; deeſt tamen ei pingue micaceum atque ſubtile. Docti Itali contendunt, creſcere mare Adriaticum, cum plateae denuo pauimento ſint augendae; quod tamen Noſter ex ſubſidentia terrae paludoſae deriuat. p. 35.

Ad montes Vicentinos Veronenſesque ex Cl. IO. ARDVINI mente diuidendos in *primarios*, ſchiſtoſos interiores, *ſecundarios*, calcareos prioribus impoſitos, *tertiarios* vel colles ex arenaceis argillaceisque ſtratis compoſitos, ab aquarum inundationibus ortos, Noſter eos, a vulcanis productos addit, obſeruationesque quasdam, quarum plurimae Ei ab ARDVINO communicatae ſunt, commemorat. p. 38.

p. 40. rat. *Schiſtus*, primarios montes conſtituens, eſt argillaceus plerumque micaceus, vnde ſaepe argentei fit coloris, venis quarzeis intermixtis, conſtans interdum ex vndulatis ſtratis. Circa Schio Vicentinum *Porphyr* reperitur, quod Cl. ARDVINI vulcani ſobolem iudicat. Intra *Schiſtum* et calcareum montem poſitae deprehenduntur venae metallicae. Circa *Recoaro* et fodinae, et minerales aquae ſunt, quas Cl. ARDVINI in diario Italico deſcripſit.
p. 43. Strata calcareorum montium diuerſa ſex numerat: imum a radice alpium ad mediam eorum partem adſcendens, ex innumeris minoribus ſtratis compoſitum, rimisque perpendicularibus fiſſum, in quo petrefacta, etſi raro, reperiuntur: alterum praebet lapidem calcareum denſiorem, albidiorem, minusque fiſſum, in cuius imo ſtrato *Oſtracitae* ignoti occurrunt: tertium iterum ex minoribus enatum, vel nihil, vel conchilia petrefacta, et *Oolitas* continet: quarti minora ſtrata vel rubra, *Ammonitis* plena, vel alba, plerumque pura, ſunt: hoc ſequuntur albi calcarei plura ſtrata, vel nulla, vel diverſa corpora petrefacta offerentia: vltima denique calcarea cruſta (*Scaglia*) ſilicibus variegatis ſcintillantibus repleta eſt, vbi interdum vel ſilices ramos, coralliorum inſtar, formare deprehenduntur, vel thermae, (*Putizze*) hepar ſulphuris olentes, ſcaturiunt.
p. 46. Saxa *Granitarum* et *Quarzi* circa *Gallio*, *Aſiago* et *Campum di Rouerre* reperiunda, quae cum illis a fluuiis Adige et Brenta a Tyrolenſibus montibus allatis conueniunt, indicare videntur, fluvios hos prius altius fluxiſſe. Praeterea fodinae, in mollioribus *Calcarei* ſtratis inueniendae, recenſentur. Montium tertiariorum alii eruptionibus vul-
p. 50. canorum disrupti, alii, his iam factis, enati ſunt: omnes petrefactis pleni, iisque rarioribus inſignes. Horum quosdam Noſter ſpeciatim deſcribit.

Hos

Hos omnes montes interrumpunt eruptiones p. 56.
vulcanorum, quas Noſter hic vberius deſcribit, variaque earum effecta: inde enim ſtrata lithanthracum *Laua* includuntur, *Laua nigra* cum *albo Marmore* miſcetur. Circa montem *di Lovegno* terra p. 59.
Porcellana, vti etiam *Boli* varii coloris fodiuntur, quae Cl. ARDVINI, a vulcano eiectam, ſubtilem ſchiſti ſolutionem iudicat. Intra *Lauam* et cineres etiam ſilicei ſcintillantesque lapides, *Cornei*, *Iaſpides*, *Achates* et *Baſaltes* reperiuntur, quos igne ſubterraneo productos, etſi non generatim, cenſet. Praeterea huic *Lauae* inſperſa ſunt *Sulphur*, *Vitriolum*, *Alumen*, *Ferrum*, *Cuprum*, *Stannum*, *Zincum* et *Argentum*, *Cinnabaris* et *Antimonium fibroſum*.

In itinere ad Bononiam conuenit Noſter BAR- p. 70.
THOLOMEVM BOTTARI, Foſſae Clodiae (*Chiozza*) inhabitantem, rerum naturalium, praeſertim *Fucorum*, *Sertulariarum*que nouarum inſigni copia inſtructum et Cl. VIANELLI, tractatu *de Noctiluca marina* cognitum. Rauennae viuit Cl. GINANNI, Riminii Cll. BATARRA et BIANCO, Peſarii Cl. PASSERI *), plurimis ad hiſtoriam naturalem ſpectantibus litteris celebres. In vniuerſitate Bononienſi, praeter alia ex Inſtituto Bononienſi cognita, ad artis obſtetriciae cognitionem acquirendam magna collecta eſt vterorum, fetubus omnis ſitus grauidorum, copia: phyſicam experimentis illuſtratam docet Clariſſima virgo LAVRA BASSI: muſeum plura ab ALDROVANDO, COSPI et MARSILIO collecta naturalia continet, quorum mineralia quaedam Noſter nominat: ſunt etiam in bibliotheca Inſtituti libri, manuſcripti, ALDROVANDI et MARSILII inediti. Vidit praeterea Noſter

*) Eius litterae de foſſilibus inſunt in *Raccolta d' opuſcoli ſcientifici e filologici, ſtampata in Venezia, preſſo Simone Occhi.*

ſter muſeum ZANNONI, hortum botanicum, quem curant Cl. BASSI*), CAIETANVS MONTI, GABRIEL BRVNELLI, praeparata anatomica ab ANNA MORANDI ex cera confecta, et collectionem foſſilium Cl. MARCELLI CORTINORIS, qui Calleeutum profectus eſt.

p. 81. Nouam Florentiae a Sereniſſimo Duce fundari academiam, practicas diſciplinas praecipue ſpectantem, eiusque inſtitutionem curare, eique praefuturum eſſe Cl. FELICEM FONTANA, multis doctiſſimis ſcriptis praeclare cognitum, legimus. Muſeum hic etiam ſat amplum ex Rumphiano, Sproecheliano, et priori conficietur. Cl. TARGIONI TOZZETTI, qui, praeter alia ſcripta, iter per Toſcanam**) deſcripſit, muſeum mineralogicum locupletiſſimum poſſidet; cuius Noſter quaedam praecipua corpora enarrat, vti quoque, MICHELLI libros manuſcriptos ab eo poſſideri, atque continuationem libri ſaltim de fucis, zoophytis et coralliis ſtudio Eiusdem editum iri. Praeterea hic explicat nomina quaedam Italica ad mineralogiam ſpectantia.

p. 107. Romae plura ſunt, quae ad lithographiam veterum faciant: ſic in vinetis antiqua *Marmora, Porphyra* et *Baſaltes* reperiuntur: in palatio *Borgheſe* lapis elaſticus, ex albo antiquo marmore conſtans, ſeruatur, qui, ſi, vna extremitate in terram poſita, hinc indeue mouetur, incuruatur motuque elaſtico iterum ſe erigit***).

Ex

*) In honorem Eiusdem dicta eſt *Baſſia*. v. comm. noſtr. Vol. XIX. p. 423.

**) *Relazione d'alcuni viaggi fatti in diverſe parti della Toſcana. edit. II.* 8. *Vol. I-IV.* 1768. 1770: quod opus nondum completum, ſex tomis augeri debebat.

***) vid. de hoc lapide Cl. ALBERTI FORTIS liber *ſopra l'iſola di Cherſo ed Oſero.*

Ex eruditis Neapoli viuentibus commemore- p. 118.
mus Cl. IOSEPHVM VAIRO, de quo Noſter, quod Veſuuium et Zolfataram bene cognoſcat, refert: ANTONIVM MINASI hiſtoria naturali valde peritum, qui e vaſis foliorum *Agaues Americanae* lintea, papyrum aliaque parat, et Cl. GAGLIANI, cuius ſtudio plura ad augendam ſcientiam naturalem patefiunt.

Amplam atque elegantem profecto deſcriptio- p. 136.
nem montium *Veſuuii* et *Zolfatarae* epiſtola vndecima tradit; quae, cum omnis a nobis hic tradi nequeat, a curioſis ipſa eſt legenda. Ea enim, quae Cl. TORRE in Gallico de Veſuuio libro habet, nec ſufficiunt, neque cuncta vera ſunt. *Lapidem calcareum*, huicque ſubditum *Schiſtum*, in quo origo eruptionum ignearum, a venis ſulphureis accenſis pendentium, poſita ſit, etiam ſub monte
Veſuuio extendi Noſter coniicit. Cineres exploſi p. 144.
varii ſunt coloris, et pondere, pluuia, frigore caloreque, ac propria tenacitate in tophum, qui Pauſilippum, Pompeiam Herculanumue conſtituat, ſunt coacti. Ipſe mons altus, extus omnis, *Laua*, quae per annum calet, tectus, cum adiacentibus montibus, *Summo* (*Somma*) et *Ottaiano* dictis prius
coniunctus fuiſſe videtur. Iam deſcribit Noſter ipſa p. 157.
corpora mineralia, quae ex Veſuuio erumpuntur, eaque in duas diuidit claſſes, alia, quae per ignem producta ſint, alia, quae prius iam nata in monte repoſita fuerint; inter quae tamen multa Ei falſo illic reperta dici videntur. Ad priora referendae omnes *Baſaltis* (*Schirl*) ſpecies, quae in *Laua* conſpiciuntur, ex quibus praeſertim albi granatifor-
mes notari merentur. Inſunt etiam *Lauae* mino- p. 173.
res, *Gemmis* colore et duritie ſimiles ſilices: hinc *Gemmas* non natura, ſed ſola duritie a *Baſalte* differre putat.

p. 187. *Zolfatara* eſt mons, olim igniuomus, nunc dirutus, ex quo vapores, hepar ſulphuris olentes, exhalant, atque vbi flores ſulphuris, alumen, vitriolum atque ſelenites reperiuntur. Parietes eum cingentes ſunt argillacei, quos prius *Laua* et cineres fuiſſe; nunc vero vaporibus acidi ſulphurei in argillam mutatos addita maiori acidi copia alumen producentes exiſtimat Auctor *). Sal ammoniacum, flaueſcens, nunc ex vno arte facto foramine ita hic colligitur, vt vaſa terrea lateresque ſibi imponantur, ad quae vapores ammoniaci adhaereant. In planitie *Zolfatarae* creſcunt *Arbutus Vnedo* et *Erica carnea* ſola. His adiungitur deſcriptio antiquitatum *Pauſilippi* aliorumque vicinorum locorum.

p. 208. Romae naſcentes plantas praecipuas, atque cultas etiam enarrat: ex quibus notemus *Croton tinctorium*, *Targioniam hypophyllam* et *Cercin Siliquaſtrum*. Botanici horti curam gerit Cl. LIBERATVS SABBATI, botanicamque docet Cl. MARATTI: quos *Theatrum horti Romani* edere, eiusque primam partem iam abſolutam eſſe refert. In ipſa *Laua* diffracta vidit Noſter *Cryſtallos baſalticas*, manifeſto cryſtalliſationis in igne indicio.

p. 219. Regio circa Romam maximam partem offert colles cineribus vulcanorum, vel nudis, vel calcarea cruſta inductis: quam Noſter hic vberius ſpeciatimque deſcribit, ac montium lacuumue nomina, atque, quae illic reperiantur, corpora mineralia, vt varios tophos margaceum, ſolutum et vmbraceum, recenſet.

p. 243. Ex montium verſus veterem vrbem (*Ciuita vecchia*) ſitorum argillacea terra alumen paratur: eſt ea vel alba, vel albo cinerea, vel coeruleo cinerea, quae acido vitrioli penetrata indurataque eſt, denſa, non

*) conf. Cl. BAUMÉ mém. ſur les argilles. it. comm. noſtr. Vol. XVII. p. 426.

non fiſſilis. Montium horum deſcriptioni ſubiungitur enumeratio marmorum antiquorum, Romae a Cl. Auctore viſorum: diuidit ea in *Marmor*, *Lumachellum*, *Alabaſtrum*, *Iaſpidem*, *Brecciam ſiliceam*, *Porphyr*, *Granitem et Baſaltem*. p. 249.

Impedimur breuitatis ſtudio, quo minus Noſtrum in itinere ad Senam et Florentiam proſequamur: hinc modo notemus Cl. Auctorem, vbique exacte indicare mutationes ſucceſſiuas diuerſorum terrenorum ſtratorum, corpora obuenientia mineralia, omninoque regionem totam graphice depingere. Senae vidit Noſter muſeum Academiae, quod curat Cl. BALDASSARI, ipſiusque propriam collectionem, in qua, praeter alia, notanda videtur Cryſtallus natiua ſulphurea, flaua, pellucida, columnaris. In muſeo Cl. CALLVRI petrificata cochlea in *Silice pyromacho*, et pellucidae, rhomboidales Cryſtalli gypſeae, obiecta duplicantes, a Noſtro viſa ſunt. Ratio Docciae porcellanam conficiendi, quam Cl. LORENTIVS GINORI curat, fodinae lapideae, earumque lapides, atque mirandus lacus Mutinenſis *) a Noſtro referuntur. p. 276. p. 316.

In muſeo Piſano vidit Noſter annulum ex cryſtallo quarzea, intus aqua, cui inſectum innataret, repleta factum. p. 351.

Auguſtae Taurinorum, cum Cl. RVBILANTE priuatam vitam elegerit, praeeſt mineralium collectioni Cl. GRAFION, quorum praecipua, vt et ea, quae in collectione Cl. ALLIONII Noſter vidit, enarrantur. Notemus petrefactum, nummularia dictum, ex cochleis conſtare: et rubrum *Iaſpidem*, in altera parte adhuc *Bolum* mollitie referentem. p. 362.

In collegio Ambroſiano Mediolani muſeum vidit, in quo, etſi minus bene ordinatum eſſet, no- p. 380.

*) vid. RAMAZZINI de admiranda fontium Mutinenſium origine. Mutinae 1691. 4.

tatu digna eſt cryſtallus *Smaragdina*, vera, ſpitha-
p. 387. maea, ſimilis cryſtallis baſalticis. Inter Mediolanum atque Venetias montes ſunt, maxima ex parte calcarei, atque vbique copioſae deprehenduntur
p. 398. variaeque mixtionis *Lauae*. *Porphyra*, trans Nouam Marchiam *Neumark*) inuenienda, cum et ſuperficies, et fiſſilitas fragilitasque eorum id docerent, non eſſe, niſi *Lauas*, Noſter exiſtimat. Iuxta *Brandſol* montes ſunt ſchiſtoſi, qui etiam vel argillacei, vel cornei, vel calcarei in locis propinquis conſpiciuntur; in ſummis vero montibus *Granitae* eminent.

Haec ſufficiant, vt breuiter indicaremus, quantis nouis notatuque dignis rebus repletus ſit liber hic, atque excitaremus Lectores, qui ipſum legant, delectenturque amoenis curatisque Cl. FERBERI relationibus atque obſeruationibus.

VI.

Diſſertation ſur l'arſenic, qui a remporté le prix propoſé par l'Academie royale des ſciences & belles lettres (de Berlin) pour l'année MDCCLXXIII. Par Mr. MONNET, Minéralogiſte employé au ſervice du Roi de France etc. à Berlin, chez Chrétien Frederic Voſſ. MDCCLXXIV. plagg 2¼. 8.

i. e.

Tractatus de arſenico, praemio ab Academia Berolinenſi dignus iudicatus. Auctore Cl. MONNET.

Ad quaeſtionem *de fine, cur arſenicum in mineris plurimis adſit*, quam ſupra *) retulimus, ita re-
p. 6. ſpondet Cl. Auctor, vt doceat, arſenicum eſſe ipſum ſubſtantiam ſemimetallicam, quae ab aliis metallis non

*) v. comm. noſtr. Vol. XVIII. p. 355.

non pendeat, neque alium eius praeſentiae in mineris eſſe finem, niſi illum, vt ipſum adſit: oſtendat deinde, tantum abeſſe, vt vtile ſit metallis, vt noceat potius iisdem, ſitque ſemper pars in illis peregrina. Quod vt demonſtret clarius, naturam arſenici primum declarat, tum, quae ei ſint effecta, exponit.

A fuſoribus metallorum arſenicum primo cognitum, habitumque eſſe ſubſtantiam noxiam: alchymiſtas tantum idem aeſtimaſſe vtile. Purum natiuum arſenicum a CRONSTAEDTIO demum eſſe deſcriptum recte. A WALLERIO albi arſenici calcem, natiuum iudicari; at perperam. Ex ignorantia arſenici natiui factum eſſe, vt alii ſalinam, metallicam alii, alii mediam inter metalla et ſalia, alii contra mineraliſantem ſubſtantiam haberent arſenicum. At vero male arſenico mineraliſationem metallorum tribui: quae ab vno ſulphure efficiatur. Si enim arſenico metalla in mineras mutari poſſent, fieri illud deberet etiam a calce arſenici; quod vero non effici docet. Mineram enim ſtanni, quacum coniuncta ſit calx arſenici, non eſſe metallum; ſed ipſam calcem ſtanni; in minera vero argenti rubra adeſſe etiam ſulphur. Mineras, vbi arſenicum ſine ſulphure ſit, eſſe metalla vnita et fuſa; nec mineraliſata. Atque procul abeſſe, vt arſenico metalla mineraliſentur, vt potius ipſum arſenicum ſulphure minera fiat. Eſſe igitur arſenicum, cum metallis iunctum, in forma metallica: non enim coniungi poſſe, calcem metallicam cum metallo, niſi addatur phlogiſton.

p. 7.
p. 9.
p. 10.
p. 13.
p. 14.

Hinc minerae diuiduntur, a Cl. Auctore in mineras mineraliſatas, quae ſulphur contineant; non mineraliſatas, vbi abſit ſulphur, quae ſint reguli metallici; et eas, quae ſint terreae, agglomeratae ac ſecum conſolidatae; atque forſan eſſe quartam for- p. 15.

mam minerarum, in terram redactarum, et nihilo ſecius cum ſulphure combinatarum: ſulphur enim certe cum quibusdam calcibus metallicis (vt ferri, et plumbi, et arſenici) coniungi.

p. 16. Deſcribitur nunc arſenicum natiuum. Eſt ſubſtantia grauiſſima, duriſſima, quae difficulter frangatur, et in fractura ferreo grano ſplendeat. Acidis ſoluitur, cum aqua forti praeſertim valde efferveſcit. Ipſum ſolum in vaſis clauſis in regulum

p. 17. ſublimatur. combinatur cum omnibus metallis, formatque regulum, illi aequalem, qui ex arſenico albo, combinato ope phlogiſti cum metallis, paratur. Inflammabile eſt; placido igne expandit fumum ſpiſſum, qui continet arſenicum album: remanet terra ferruginea.

p. 19. Adeſt arſenicum in minera argenti griſea, quae ex cupro, ſulphure et arſenico, omnibus mineraliſatis, conſtat. In hac arſenicum metalla tantum

p. 20. magis alba et clara reddit. Minerae, non mineraliſatae, in quibus arſenicum eſt, ſunt minera cobalti alba et minera arſenici (*Miſspickel*). Hae ſunt combinatae ſecum, vt in regulis metallicis. Poſſunt etiam fuſione imitari; ſed ineſt iis pars terreſtris, qua naturales ab imitatione paratis mineris differunt. Minerae illae etiam funduntur, ſed dif-

p. 21. ficilius, quod ab terra iſta pendet. Minerae arſenicales, in quibus metalla in terras ſunt redacta, ſunt minera ſtanni, cobalti nigri vel griſei. In his arſenici calx tantum eſt, poſſuntque, cum purae ſint calces, addito phlogiſto in regulos mutari. Magnus eſt harum minerarum, quae arſenico carent, numerus, a Noſtro hic recenſitus.

p. 23. His praemiſſis Cl. Auctor docet et vlterius exemplis demonſtrat, arſenicum eſſe *et ſemimetallum*, ſi proprietates *metallicas* reſpicias, *et ſemi ſal*, ratione qualitatum ſalinarum, *quod in mineris ſit accidens*,

dens, neque quid ad earum praeſentiam attribuat. Ali-
ter enim nullum eſſe poſſit metallum mineraliſatum
ſine arſenico. Iam vero in mineris vitreis argenti
et cupri, in minera cupri flaui, cet. ne quidquam
quidem arſenici, reperiri; quae tamen ſint verae
minerae. Arſenicum igitur ſua ipſius cauſſa, vt alia p. 28.
metalla in mineris eſſe, quae non magis ab arſe-
nico pendeant, quam illud a metallis. Quod cum
ita ſit, ſponte ſequitur, arſenicum nulla commoda
metallis tribuere. Quin potius, ſi reſpicias fuſionem p. 29.
atque purificationem metallorum, illud iisdem no-
xium eſſe: quod ex fuſione minerae argenti griſeae
clare pateat, vbi arſenici praeſentia eodem modo
ſeparationem cupri impediat, quo in ferri fuſione
zincum; cobalto contra facillime ſeparari arſeni-
cum. Stannum impurum fieri ab arſenico; eſſeque p. 32.
tribuendas noxas ex ſtanno oriundas arſenico cum
eo coniuncto.

Arſenicum denique in metallis cognoſci inde, p. 34.
quod ea illud alba et quae facile frangantur, hinc de-
teriora reddat. Demum confirmat, vana omnia eſſe
alchymiſtarum experimenta, quibus effici velint
arte poſſe, addito arſenico, metalla in mineras mu-
tari. — Non eſt, quod tractatum vel commendemus,
vel laudemus, quem cum ipſa dictionis elegantia,
ordo atque perſpicuitas, vtilitasque rei tractatae,
tum Illuſtris Academiae honorificum iudicium ſatis
ſuperque ornat atque coronat.

VII.

CARL FRIEDR. WENTZELS *Einleitung zur höheren Chymie, welche die Zerlegung der Körper in ſich enthält. Erſter Theil. Leipzig, bey Herrm. Heinr. Holle.* 1773. 8. *Seit.* 182.

i. e.

CAROLI FRIDERICI WENTZEL introductio in chemiam ſublimiorem, quae corporum analyſin in ſe continet. Pars I.

In praefatione Cl. Auctor dolet, quod tam parum haec chemia ſit exculta, cuius cauſſam non tam in difficultate partes conſtitutiuas metallorum inveſtigandi, quam potius in peruerſis huius ſcientiae imperitorum ideis ponit. Vt igitur contra horum praeconceptas opiniones aſſurgeret, haec fundamenta iecit, in quibus principia analyſeos corporum proponit, promittens in parte altera ſyntheſin. Hanc primam partem diuidit in tres ſectiones.

p. 1. Quarum prima continet huius chemiae definitionem, obiecta, differentiam. Haec penitius intrat in internam mixtionem corporum, quam chemia vulgaris, et quae haec in ſuas partes conſtitutivas non vlterius ſeparare vel componere poteſt, pro obiecto habet. Haec reſpectu aliorum corporum tanquam ſubſtantiae ſimplices conſiderandae ſunt. Vocat has mixtiones, quarum partes conſtitutiuas diuidit in ſoluentes et ligantes. Illae vel in forma fluida iam apparent, vel igne demum fuſibiles ſunt et diſpeſcuntur in fixas et volatiles; harum ligantium plurimae ſunt ſiccae et praecipue fixae, hae iterum ſunt vel prorſus infuſibiles, vel difficulter fuſibiles. Tradit nunc claſſes mixtionum tres, ad quarum primam metalla praecipue nobiliora, ſalia alcalina, ad alteram acidum nitri purum, ſal vrinae, ad tertiam camphoram, phoſphorum, ſulphur, cryſtallos tartari refert.

p. 30. In ſectione ſecunda internam qualitatem mixtionum et quidem metallorum et ſalium alcalinorum

rum tradit, ſimul annotans, ſemimetalla a perfectis non eſſentialiter differre: ductilitatem enim aliquid accidentale eſſe, porro mercurium viuum non ineſſe metallis; nec horum ſplendorem ab eo pendere. Sub metallis primum de horum partibus conſtitutiuis ſoluentibus, dein etiam de ligantibus loquitur. Illae ſunt ſubſtantiae ſulphureae, quarum notas, conuenientiam, differentiam a vulgari ſulphure, et denique vſum recenſet. Exemplis illuſtrandi cauſſa eligit Zincum, cuius pars conſtitutiua eſt phoſphorus: hic enim reducit eius calcem reconciliatque ei ſplendorem metallicum, ductilitatem, fuſibilitatem, inflammabilitatem, volatilitatem. Sic et in reliquis metallis ſulphur phoſphoro ſimile ineſt, iis modo dictas qualitates concilians, nec vero mercurius, vti fingitur. Exinde patet, cur calces metallorum ſub ſua reductione tam celeriter in ſuam mixtionem recipiant phlogiſton, et ab eo ſtatim formam metallicam et ductilitatem recuperent. p. 35.

Deinde ligantes partes conſtitutiuas metallorum exponit; quae ſunt terra relicta poſt ſulphuris ſeparationem, exhibens poſt vlteriorem analyſin ſingularem terram tingentem, terram talco ſimilem atque ſal. De his nunc ſeorſim agit, terra tingens non differt a terra cobalti et ineſt ferro, mercurio, auro, platinae del pinto; talco ſimilis in ſtanno zincoque reperitur et eſt quaſi baſis mixtionum metallicarum; denique ſal alcali, vtrumque fixum regni mineralis et vegetabilis et alcali volatile praecipue ex regno animali huc pertinet. Horum ſalium primum partes ſoluentes et deinde ligantes conſiderat: illae ſunt verum acidum ſalis culinaris cum phlogiſto arcte iunctum; hae ſunt terra calcarea et magneſia Edinburgenſis. p. 50.

p. 87. Deuenit denique ad ſectionem tertiam, quae agit de analyſi mixtionum in ſuas partes conſtitutiuas: Hanc diuidit in perfectam et imperfectam; ſub priori explicat modum affinitatem partium conſtitutiuarum in ſuis mixtionibus imminuendi, poſtea definit operationes, primo transpoſitionem, deinde analyſin veram. Illa vocari poſſet ſolutio radicalis et perficitur encheireſibus vel mediis materialibus combinatoriis nempe commixtione, tritura, limatione, calcinatione, digeſtione, fuſione. Haec, nempe analyſis vera mixtionum in ſuas partes ſolventes et combinantes, fit tam in via humida, quam ſicca.

Sequuntur nunc exempla, quibus antecedentia illuſtrantur, vt transpoſitio et analyſis vitri, zinci et ſalium alcalinorum. Altera analyſis, tam ſoluentium, quam ligantium partium conſtitutiuarum eſt imperfecta: illa fit variis modis; Cl. Auctor vero tantum de calcinatione loquitur, et ſub hac exponit, quod phlogiſton et aer ad eam conferant, porro effectus fuliginis in metalla, tum exſtructionem fornacis calcinatoriae, poſtea teſtularum tegularumque modum parandi, tandem praeparationem metallorum ad calcinandum, et calcinationem ipſam docet. Tunc ſecunda analyſis nempe ligantium partium conſtitutiuarum in igne relictarum ſeu analyſis calcinatorum metallorum quomodo inſtituenda ſit edocet, et exemplis ad finem additis, vti vbique ſolet, ſuis principiis lucem affundit clariorem.

VIII. *Chy-*

VIII.

Chymiſche Abhandlung vom Salpeter. Leipzig 1774. *verlegts Io. Sam. Heinſius* 8. *Seit.* 178.

i. e.

Tractatus chemicus de nitro.

Auctor, CHR. FR. SELIG, Doctor et medicinae Practicus Auerbachi, doctrinam de nitro adhuc obſcuram illuſtrare tentauit. Huius generationem naturalem, quatenus praeparationem nitri cryſtalliſati ſimul ſub ſe comprehendit, aliter conſiderauit, ac alii chemici. Etenim principia cognoſcendi, ex quibus hactenus generatio eius diiudicata eſt, non pro ſufficientibus verisque habuit.

Impedimenta in determinandis mixtionibus p. 1. corporum mediante analyſi et ſyntheſi occurrentia, hincque a ſolida cognitione chemica corporum nos retinentia, ſunt in cauſſa, cur inueſtigatio miſcelae nitri ad doctrinas pertineat difficillimas. Attamen vſus nitri chemicus, eius generatio naturalis et artificialis, itemque experimenta cum eo inſtituta, ſimul ſumta ſuppeditant multitudinem analyſium et ſyntheſium, ex quibus principia aliorum iudicari, corrigi, nouaque introduci queant. Primum igitur generationem naturalem ſeu ſyntheſin huius acidi a natura ipſa factam, quatenus in nitro naturali eſt, deinde analyſes eius varias, tunc ſingulares ſpecies generationis artificialis acidi nitri, quale in cryſtalliſato continetur, conſiderat, et, poſtquam ex omnibus his concluſiones elicuit, tandem veram miſcelam, partes conſtitutiuas modumque compoſitionis perſcrutatur. Conſideranda in generatione naturali inprimis eſt mixtio materiarum ad nitrificationem aptarum, harumque rurſus praecipue partium ſalinarum. Has potius cum ſale culinari, quam p. 23. marino conuenire experimentis et obſeruationibus probat.

probat. Itaque hoc ſal cum partibus oleoſis et inflammabilibus coniunctum exhibet nitro primum ſtamen ſiue baſin.

p. 42. Porro probat, quod hocce ſal putredine alcaliſetur et eo ipſo pars quaedam aereae ſubſtantiae in mixtionem huius alcali intret: inque eo maneat, et
p. 66. per id eadem in verum nitrum mutetur. Hoc ex aere ipſo accedens principium, ſal aethereum vel magis volatilem mercurialem partem aeris, tanquam
p. 70. corpus ſalinum conſideratam, nominauit. Hic ſimul Cl. Auctor varia de putredine proponit annotans combuſtionem et putredinem, vtpote duas ſolutiones corporum, eſſentialiter parum vel prorſus non a ſe eſſe diuerſas. Conſiderat deinde combinationem, in qua materiae putridae cum terra vel cum ſpeciebus terrae ſunt, ſi nitrum formant. Atque igitur nunc ſermonem facit de terris generationem nitri promouentibus eo, quod, cum ſint calcareae, oleoſas partes putridarum materiarum attrahant et quaſi figant. Alcali, quod nitro ineſt, a vulgari volatili alcali in eo differt, quod quidem ſubtile ſeu volatile acidum, vti hoc, poſſideat; at illius phlogiſton alius ſpeciei nempe a principio inflammabili aeris iam ſolutum et quaſi ſeorſim per ſe rurſus alcaliſatum ſit, et quod, hoc reſpectu, nitrum naturale ſpeciem ſalis medii, quod tamen ſecundum ſuum characterem primarium alcali permanet, ſiſtat.

p. 83. Acidum aereum nondum eſſe probatum docet, et ſi quid eſſet acidi in aere, potius eſſe videtur ſimpliciſſimum, nempe acidum ſalis: hoc etiam, vel acidum ſalis ammoniaci ineſſe ſulphuri multis confirmat argumentis. Coniunctio omnium partium nitrum naturale conſtituentium tam exigua eſt, vt hae facile iterum a ſe ſecedere queant.

Tranſit Cl. Auctor nunc ad cryſtalliſationem nitri naturalis, ſub qua demonſtrat, calcem viuam non mere calcaream terram eſſe, ſed et ſal continere acidum cum principio igneſcente coniunctum ortumque ex ſulphuris mixtione: hinc acidum ſalis ammoniaci materiem acido calcis, ſecundum ſuam fixiorem partem, praebere. Acidum ſalis ammoniaci differt ab acido ſalis eſtque quaſi intermedium inter hoc et acidum vitrioli. Ex his denique colligit, quod, ſi perfecte et accurate mixtum acidum nitri ex naturali nitro oriri debet, non ſolum alcali fixum, ſed praecipue ſal calcis viuae concentratiſſimum ad hoc requiratur, et quod hoc vere vt pars conſtitutiua inſit acido nitri ſatis probauit. p. 100. p. 151.

His praemiſſis elucet, ex quibus partibus acidum nitri, vti in cryſtallis eſt, conſtet, nempe 1) ex acido ſalis, 2) ex principio inflammabili, 3) ſale calcis. In ſequentibus in cauſſam huius combinationis acidi nitri inquirit et addit quaedam de eius coniunctione cum alcali fixo. Denique Cl. MARGGRAAFIO quaedam opponit, qui aſſumit alcali vegetabile vere iam elaboratum et ſeparatione tantum egens in ſalibus acidis e. c. acetoſellae, cremoris tartari eſſe contentum. Atque in fine promittit, mox ſe editurum eſſe alteram partem, inque ea hanc analyſin nitri ſecundum ſuas diuerſas ſpecies, praecipue artificiales compoſitionis conſiderare, et hanc doctrinam de nitri miſcela vlterius corroborare, vel accuratius determinare velle. p. 166. p. 172.

IX.

Verzeichniß der Arzeneymittel zur allgemeinen Curmethode von D. AVGVST SCHAARSCHMIDT. *Berlin* 1773. 8. *bey Chriſtian Friedrich Voß. Seit.* 234, *ohne das Regiſter.*

i. e.

Index medicamentorum ad vniuerſalem medendi methodum, Auctore AVG. SCHAARSCHMIDT, M. D.

Praelectionibus academicis accommodatus eſt hic liber, ideoque breuiter remedia ſecundum eorum naturam, partes conſtitutiuas, vires et effecta indicantur. Medicamenta diuiſa ſunt a Noſtro in euacuantia et alterantia. Inter euacuantia occurrunt vomitoria, cathartica, diaphoretica, diuretica, apophlegmatizantia, expectorantia, ſaliuantia, et haemorrhagias promouentia medicamenta. Ad alterantia refert Noſter primum abſorbentia, demulcentia, temperantia, incidentia et haec appellat medicamenta materiam alterantia; dein confortantia et ſedantia, quibus nomen imponit medicamentorum motus alterantium. Atque huc pertinent roborantia, analeptica, tonica, balſamica, adſtringentia, antiſpasmodica, anodyna et narcotica. Remedia plerumque nota hic occurrunt.

p. 7.

p. 62. Herbae rutae vis antidota ineſt, ideoque conducit in morbis contagioſis, imo in peſte. Flores galegae conueniunt cum ruta; et aqua deſtillata florum galegae in malignis febribus et variolis commendatur.

p. 168. Puluis milii conducit in prolapſu inteſtini recti, quod hoc puluere aſperſum ſeſe retrahit.

p. 178. Taraxaci ſuccus cum aqua roſarum ſeu foeniculi dilutus adhibetur in maculis corneae transparentis.

p. 182. Gummi Carannae cum gummi anime vires ſimiles exſerit, et externe potiſſimum ad emplaſtra discutientia et roborantia et fumigandas laxas paralyticas et oedematoſas partes adhibetur.

Succus

Succus chelidonii maioris in pterygiis et verrucis externe commendatur. p. 185.

Gummata kikekunemalum, Loock et Galda referuntur inter remedia cardiaca et discutientia; non admodum autem ſunt nota *). p. 207.

Gummi ſarcocollae. Arbor eius nominatur penaea. Incraſſante et adſtringente vi eſt praeditum. Internus eius vſus eſt minus tutus. Externe exſerit vim ſalutarem. p. 220.

Aluminis internus vſus hic non conceditur. Seminibus papaueris albi et nigri adſcribitur vis anodyna, non autem hypnotica. Lolium temulentum interne reiicitur, externe in carcinomate laudatur ob dolorum lenimen. Ledum ſeu rosmarinus ſylueſtris in decocto externe contra ſcabiem vtilis eſt. p. 223.

X

Kongl. Vetenskaps Academiens Handlingar för Aor 1771. Vol. XXXII. Med Kongl. Academiens Tilſtånd. Stockholm, tryckte hos Directeuren Lars. Salvius. På egen Koſtnad 1771. in 8. Alph. 1. Tab. aen. 10.

i. e.

Acta Academiae reg. ſcient. Suecicae anni 1771. Vol. XXXII.

Trimeſtre primum.

1. NICOLAVS MARELIVS deſcribit *tractum territorii eminentioris in confiniis inprimis Sueciae et Noruegiae.* Eum ſatis apto vocabulo Sueci appellant, quod Germanice *Landrücken* redderes. Eminentiora haec loca, mox eo facillime cognoſcuntur, quod ab iis aquae defluant; igitur recenſetur, qui riuuli et amnes ab iis, et in quas aquas maiores currant. Deſcribitur etiam alpium tractus ibidem reperiundus. p. 11.

*) v. comm. noſtr. Vol. XIX. p. 467.

periundus. Alpes, *Fjäll* vocant montes adeo altos, vt ne arbores in illis creſcant. Multa igitur habet haec relatio, ad geographiam phyſicam, inprimis regionum borealium vtilia.

p. 14. 2) AND. MAGN. WÅHLIN, M. D. Adſeſſ. et Med. Prof. Iönköpingenſ. agit de *morbo ſpaſmodico conuulſiuo epidemico*, quem Ill. LINNAEVS appellat *Raphaniam* *), alii morbum rigidum, ſpaſmodicum, conuulſiuum, ecclampſiam, typhodem cet. dixerunt. Sueci *Drag-ſjukan* appellant. Phaenomena morbi, vt ab obſeruatore accurato fieri poterat, prolixe deſcribit; ſed cum ipſe fateatur, parum haec differre ab iis, quae alii viderunt: hic inprimis commemoranda ſunt, quae habet de cauſſis
p. 24. morbi, ſiue veris, ſiue commentitiis. Inter eas primo loco nominata eſt planta, *Raphanus Raphaniſtrum* LINN. copioſe creſcens inter cerealia, vere ſata. Igitur quantum veri huic accuſationi inſit, et ipſe, vt experiretur, operam dedit, et aliis
p. 25. id negotii commiſit. Creſcit autem planta copioſe in agris quocunque modo cultis, optime in ſabuloſis, inter fruges omnis generis, inprimis auenam et hordeum. Ita res ſe habuit inde ab illo tempore, ad quod memoria hominum pertingit. Satis bene prouenit raphaniſtrum annis humidis, adhuc melius ſiccis, quibus frumenta obumbrat, ſuccum nutritium illis adimit, et maximam meſſis partem efficit. Tot annis praecedentibus, nunquam nociuum ſuſpicati ſunt agricolae, nec a frumentis illud ſepararunt. Noſter, dum illud guſtaret, non ſenſit acrimoniam illam, qua aliae tetradynamiae
p. 26. linguam adficiunt. Semina copioſe collecta 1765; ex illis locis, vbi morbus graſſabatur, animalibus variis

*) V. EIVSD. amoenit. acad. Vol. VItum. it. comm. noſtr. decad. ſecund. Suppl. I. p. 24.

variis dedit, maioribus et minoribus, ſola et frumentis mixta, integra et in farinam comminuta; item panem et alia ex illis cocta. Animalia libenter illa comederunt, nullumque damnum inde perpeſſa ſunt. Igitur audentior factus, infantibus pauperibus plurimum panis dedit, cui adhibita erant raphaniſtri ſemina, quibus id nihil omnino nocuit. Cum autem ſemina, in horreo ſeruata, virium ſuarum forte quid perdidiſſe viderentur: vſus eſt 1766 recentiſſimis, ſub ipſum meſſis initium collectis; ſed eodem euentu. Iam, ſatis perſuaſus, raphaniam non naſci a raphaniſtro, ad alia, quae experientia ſe didiciſſe medici dixerunt, attendit. *Primo* „morbum non apparere, niſi poſt meſſem et P. 27. panis ex nouo frumento cocti vſum; verſus ver ſequens autem paullatim deſinere.„ Id confirmari viſum eſt ſuis obſeruationibus; ſed contradixerunt obſeruata aliorum, quibus compertum eſt, in morbum incidiſſe plurimos, qui nihil ex meſſe recenti, imo nequidem ex frumento, inter quod raphaniſtrum creſcit, guſtauerant: niſi forte frumenti recentis aliquid acceperint, non ex propria meſſe; ſed a vicinis, quibus meſſis citius peragitur. *Secundo* P. 28. inter cauſſas morbi refertur „panis ex frumento recenti, inprimis adhuc a furno calens.„ Sed hoc experientia Noſtri non confirmauit. Qui minus bene valuerunt, non pane ex frumento vſi ſunt; ſed pulte, communi agricolarum alimento. Frumentum tamen plantis inutilibus intermixtis impurum, vapores ſpargere nociuos, vbi in horreo tractatur, et vapores naribus et reſpiratione attrahuntur, videtur compertum eſſe. Hoc modo aliquibus initia *morbi rigidi* orta ſunt; ſed debitis remediis ſublata. *Tertio* „pauperiores fere ſolos morbum pati, non vero ditiores experientia comprobauit. Vnde colligit Noſter, nec contagioſum eſſe

morbum, nec, quod VATERVS vult, ab imaginatione et adfectibus animi proficiſci: his enim, ait, magis parere ditiores, qui tamen liberi a morbo
p. 29. maneant." *Quarto* ſeminibus aliqui vtuntur, quae ante meſſem ex ariſtis exciderunt: itaque varia aliena intermixta habent, vbi colliguntur; ab horum vſu morbum naſci aliqui crediderunt. Sed Noſter, nec damnum inſignius ab vſu impuriorum naſci vidit, nec liberos manſiſſe, qui ſemina puriora ſelegerunt. *Quinto* „ſequi morbum aeſtates pluvioſas, et oriri, cum, frumento ex meſſe anni ſuperioris diu comeſto, auide agricolae recens frumentum deglutiunt." Sed et hoc aliquibus in locis ita euenit, aliis in locis, vbi cauſſae omnes eae-
p. 30. dem erant, morbus non apparuit. *Sexto* „morbum etiam animalia aggreſſum eſſe," non comperit Noſter. Equidem, aeſtate 1765 hieme ſequente, et vere 1766, plura animalia rabida euaſerunt. Sed id non poterat a frumento oriri, cum hominibus eo tempore nihil mali acciderit. Neque *ſeptimo* „morbus cum ſemel domum ingreſſus eſt, omnes, qui iisdem nutrimentis vterentur, inuaſit: ſed inter coinquilinos, omnino idem vitae genus habentes, aliqui decubuerunt, aliqui bene valuerunt."
p. 31. Supererat ergo inquirere, an inter varia vegetabilia, quae ſolent inter cerealia creſcere, aliquod reperiretur, in quod morbi ſuſpicio caderet. Eo fine haec vegetabilia excuſſit, et ſpecimen florae Iunecopenſis Academiae exhibuit. Sed ne ſic quidem aliquid ad cauſſam morbi faciens detexit.

p. 34. Veroſimillimum ipſi videtur, a morbo infeſtari eos, qui ob paupertatem, a duro vitae genere, nutrimentis male ſanis, humores habent ſcorbuticos et cacochymicos; aerem vero reſpirarunt humidum et nebuloſum. Farinam a molendino madentem minus ſanam eſſe poſſe; dum vero ſiccatur, varia

inprimis neruos nocue adficientia auolare. Pani coquendo iis in locis idoneum fermentum inprimis autumni initio ſaepius deeſt. Sed quantum haec ſingula, aut iuncta ad morbum faciant, ignoratur. Iam antiqui Medici de clauis ſecalinis ſcri- p. 36.
pſerunt. Iis et hunc morbum tribuerunt, et alium, aliquando in Gallia epidemicum, gangraenam ſpontaneam pedum. Quae quomodo naſci poſſit ab eadem cauſſa, vnde conuulſiones naſcantur, Noſter profitetur, ſe non intelligere. Diſtinguunt autem hoc ſecale cornutum a granis longioribus, ex ariſtis ſecalis propendentibus, quae communia ſunt annis omnibus frugiferis: haec grana omnino innocua creduntur. Iam, in locis Sueciae, quos morbus infeſtauit, nullum obſeruauit ſecale cornutum; p. 39.
copioſa vero illa, quae diximus grana, etiam in hordeo. Illa magna copia dedit animalibus, nullo alio effectu, quam quod obſtructiones produxerint. Ceterum, nihil inſoliti in frumento detexit. Tandem ad inſecta delabitur. Agricolae frumento damnum inferri, et illud ſanitati nociuum fieri exiſtimant, a *rore mellito*, quem vocant. Iam cum non ignotum ſit, hanc materiam nunquam reperiri, ſine copia inſectorum: non impoſſibile videtur Noſtro, in morbo, de quo egit, partes aliquas eſſe inſectorum.

3) *De piſcatura Gadi virentis* LINN. in regio- p. 42.
nibus borealibus Noruegiae, agit NIC. CHRISTIAN. FRIIS, Epiſcop. et Adſeſſ. Conſiſt. Cum alii piſces a mari ad littora accedentes macriores fiant: hic, quo diutius ad littora degit, eo magis pingueſcit, a *Scolopendra marina* LINN., quod minutum inſectum, piſcis auidiſſime appetit. Moratur ſaepius in lo- p. 43.
cis, vbi vortices vehementiores ſunt, et ibi capitur, non ſine piſcatorum periculo. Ea occaſione, p. 46.

 Epiſcopus

Epiſcopus vehementiam illorum vorticum deſcribit. Ceti illos intrantes, fruſtra curſum ſuum perſequi tentant: obediendum eſt vortici, et ſaepius viribus fere confectis exeunt. Piſcatores eos intrant, cum non vehementiſſimi ſunt. Infeſta his et aliis piſci-
p. 47. bus eſt *Phoca vitulina* LINN. et aliquibus in locis piſcaturam ad aliquod tempus deſtruxit.

p. 48. 4) *Litteras arbori inſculptas, et ligno deinde obductas*, deſcribit ERIC. GVST. LIDBECK, Hiſt. nat. Prof. Lond. Sconov. Inſculpſit illos Profeſſor Londinenſis LAVRENT. LAVRELIVS, vt oſtenderet, quomodo orta ſit figura aliqua in ligno reperta, quam pulcre depictam ſiſtit Ill. LINNAEVS in itinere Sconico. Corticem fagi remouit, et loco ſic aperto inſcripſit annum 1748; ſimilia alia in arbore fecit. Priorem locum aperiri fecit 1756; alterum, cui Guſtaui tunc principis regii, nunc Regis nomen inſcripſerat, aperuit 1764. Fruſta ligni hic aeri inciſa ſiſtuntur. Inter ea, quae de illis refert Cl. LIDBECK, haec ſunt: Fruſtum 1756 exciſum, exterius habebat annulos lignoſos 8, pro numero annorum, quibus in arbore ſederat; alterum 16. Figurae litterarum, in fruſtis exciſis inverſae apparent, vt ſi modulo cuidam fluidum indureſcens, puta gypſum infunditur. Succum arboris repleuiſſe hoc modo litteras inſculptas et induruiſſe cogitat Cl. LIDBECK. (Alio modo haec operatio inſtituta eſt, quam fieri ſolet, cum figurae arbori, cortice non remoto, inſculpuntur aut inprimuntur, deinde etiam in ipſo cortice conſpicuae, quale exemplum Lipſiae 1753 repertum retulit Ill. KAESTNERVS *im Hamburgiſchen Magazin* X. Band p. 511, vbi alia plura memorat, et ſcripta hac de re adlegat. Ibidem optauit, quod etiam eſt votum Cl. LIDBECK, vt hoc experimentum

tum adhiberetur, ad decidendam quaeſtionem, an ſingulis annis annulis arbori lignoſis nouus accedat.)

5) *De calore aquae* obſeruationes edit PETR. KALM, Th. D. Prof. oecon. Oboenſ. Inſtituit illas in itinere ſuo Americano. Fatetur non omnibus rebus, quae deſiderari poſſint, ſtipatas eſſe; ſed etiam haec fragmenta aliquid docent. Vſus eſt thermometro Suecico. Illud in lacus Americanos demiſit, ex mari aquam hauſit, et hauſtae ſtatim inſtrumentum immiſit, repetita ſaepius obſeruatione. Non tamen habere potuit aquam marinam, niſi ad ſuperficiem. Vt exemplum addamus 1748 p. 54. d. 6 ſept. qui calidiſſimus erat itineris maritimi, aqua oceani inter Europam et Americam, caluit gradibus 27; aeris calor erat 28½. Examinauit etiam puteorum Philadelphenſium calorem: illi profundi ſunt, antliis inſtructi, tecti, vt radii ſolis intrare non poſſint: aquam ex illis hauſtam repe- p. 55. rit calore gradibus 11½ aut 11; maio, iulio, ianua- p. 59. rio, cum aeris calor variatus eſſet, a 30 ſupra terminum congelationis ad 7 infra. Fontem, potui p. 58. frigidiſſimum, calere reperit gradibus 6, cum aer caleret 22, et hic aeris calor, aut maior etiam, pluribus ante diebus obtinuiſſet. Etiam lacuum ma- p. 56. iorum Americae borealis calorem examinauit, qua occaſione quaedam refert de maximo illorum *Ontario*. Inſulas habet non niſi paucas, paruas, littoribus propinquas. Aliquibus in locis ſex hexapedas profundus eſt. Aquam habet claram, puram, p. 57. quae illis, qui illi potandae non adſueuerunt, aluum mouet et vrinam expellit. Nunquam hyeme glacie obducitur, pauxillum glaciei ad littora naſcitur. Motus habet fluxui et refluxui ſimiles; ſed nullis ſtatis temporibus. Interdum, aere ſereno et quietiſſimo, vehementiſſime commouetur, nulla conſpicua cauſſa.

p. 60. 6) *Inſtrumentum, quo aliquid aquae ex profundo mari tolli poſſit, vt cum alia non commiſceatur*, deſcribit IO. CAR. WILKE. Proxime accedit ad ſyringam vulgarem; ſed cylinder eius inferius valvulam habet, per quam intrare aqua poſſit, non exire. Virga, quae embolo iungitur, altero ſuo extremo funem habet annexum. Itaque machina, mari iniecta, pondere ſuo deſcendit: cum deſcendit, quantum funis permittit, embolus ope funis retrotrahitur, et aqua per valuulam intrat, quae cum tota machina extrahitur. Subiungit experimenta, huius machinae ope inſtituta, circa calorem et grauitatem ſpecificam aquae in freto, quod Sueciam ab inſulis Danicis ſeparat. Poſita grauitate ſpecifica aquae pluuialis aut niualis purae $= 1$; aquae marinae hauſtae exigua quantitate trium pedum infra ſuperficiem, illam excedit decemmilleſimis plerumque 47, quieto mari aut vento orientali; ſed occidentali vento, interdum earundem partium 126. Aquae hae examinatae ſunt calen-
p. 64. tes gradibus 19 thermometri Suecici. Porro, cum thermometrum in aere conſiſteret ad gr. 21; in aqua prope ſuperficiem hauſta oſtendit, gr. 28; e profunditate 4 aut 5 orgyiarum 19; e profunditate 20 orgyiarum 9. Profundae aquae exiſtimat toto anno eandem temperiem eſſe, quod et KALMIVS in Oceano expertus eſt. Porro, grauitatem ſpecificam aquae pluuialis exceſſerunt, partibus, quales
p. 65. diximus, aquae prope ſuperficiem hauſtae 47; e profunditate 5 orgyiarum 54—60; e profundo 20 orgyiarum 189; indicio profundiores aquas magis ſalſas eſſe, quod prodeſſe poteſt, ſalem ex aqua marina cocturis.

p. 66. 7) *Formulas, effectus parallaxeos pro planetae ſub ſole transeuntis momentis ingreſſus et egreſſus* edit

ANDR.

ANDR. PLANMAN, Prof. Phyſ. Oboenſis. Quas 1763 ediderat, eae non valent, niſi pro altitudinibus paruis, vbi verticales ſolis et planetae ſumi poſſunt paralleli. Hic igitur generalius computare docet, pro altitudinibus maioribus. Solas tamen formulas edit, et exemplo applicat: nullam demonſtrationem.

8) *Calendarium florae Carlscronenſis* exhibet, additis *variis de loci conditionibus;* IO. IAC. FERBER. Totus ille tractus ex montibus componi videtur, vltra maris ſuperficiem prominentibus; illi tamen ferunt arbores, fruges, et pabulum optimum bobus. Hoc autem calendarium Noſter in excurſionibus botanicis conſtruxit, dies anni obſeruans, cum vegetabile quoduis eorum, quae obſeruare ipſi datum fuit, copioſe floreret, annorumque plurium experientias comparans et medium ex illis ſumens. Haec comparando cum Calendario florae Vpſalienſis Ill. LINNAEI, animaduertetur, plantas vernales et reliqua veris phaenomena, citius haberi in regione, de qua Auctor noſter ſcribit, *Blekinge* vocatur, quam in Vplandia, quae magis boream verſus ſita eſt: dimidio iunio et ſub initium iulii, iisdem fere diebus florent plantae eaedem, vtroque loco; ſed verſus finem iulii multae plantae citius florent circa Vpſaliam, quam circa Carlscronam. Eius rei cauſſa eſt, quod diutius durant aeſtas et clementior autumni temperies circa Carlscronam, vnde hoc loco minus properant mutationes regni vegetabilis. P. 75. P. 80.

9) *Quomodo cannabis braſſicam contra erucas tueatur?* examinat OELAVS GORDES, Geometra Vpſalienſis. Legit Noſter in libris quibusdam, odorem cannabis auerſari *Papiliones braſſicae.* Itaque circa agros braſſicae colendae cannabim ſeuit; P. 89.

 ſed

ſed papiliones vidit aduolare aeque, vt ante, et ouula ſua deponere. Poſt tamen ſatis liberam ab erucis braſſicam reperit. Cauſſam itaque inueſtigaturus, auiculas vidit magna copia adeſſe, quae cannabim amant, *Fringillas, coelebem, cannabinam* cet.
p. 90. eas animaduertit, erucas a braſſica colligere. Itaque credit, has aues, odore cannabis allectas, poſt hoc officium etiam oeconomo praeſtare. Expertum ſe etiam exiſtimat, non opus eſſe, vt quotannis cannabis ad braſſicam feratur: ſufficere, vt id ſemel fiat, aues ita eum in locum ſemel allectas, ſe-
p. 91. quentibus annis redire. Ill. LINNAEVS haec omnia pluribus experimentis examinari debere iudicat. Habuiſſe enim vicinos ſuos, cannabim prope braſſicam, vt ſupra braſſicam propenderet, illorum tamen braſſicam ab erucis eſſe vaſtatam. Eos, etiam, qui fringillas in caueis nutriunt, praebere ipſis experimenti cauſſa poſſe erucas.

p. 92. 10) *Artificium alueum fluminis dato loco profundiorem reddendi* deſcribit FRID. MALLET, Aſtron. Obſ. Reg. Vpſalienſis. Sub initium veris, in ea directione, in qua optatur, vt alueus profundior fiat, glacies cinere conſpergitur, aut arena. Illa glacies prius reliquis liquatur. Itaque per viam, quam aperit, fluit aqua vehementius, ſicque fundum aluei adgreditur et profundius excauat. Simili modo efficitur, vt aqua in pratis aut agris ſtagnans, ſibi ipſi canales effodiat, per quos defluat. Quodſi arena aut cinis niue cadente tegantur, repetenda eſt illo in loco conſperſio. Haec vidit Noſter in Bothnia occidentali.

Trimeſtre ſecundum.

p. 95. 1) *Fines Sueciae et Noruegiae* deſcribit NIC. MARELIVS.

2) *Iis,*

2) *Iis, quae in actis* 1770 *de Xiphia* ſcripſit p. 115.
quaedam addit ALEX. BERNH. KOELPIN. Anno 1769, 21 aug. non procul a portu Gryphiſualdenſi *Xiphias* captus eſt; longus pedes 8¾; amplus, vbi craſſiſſimus erat, pedes 3, radios in membrana branchioſtega et in pinnis dorſi, eodem numero habebat, ac ante deſcriptus. In pinna abdominis 16; in maiore pinna ani 11, in minore 3. Viui animalis, vt piſcatores referebant, corpus totum colore argenteo coeruleo ſplenduit; ſed is color poſt mortem obſcurior factus. In ſulco dorſali 18 foramina oblonga, pinguedinem ſudantia, in pinna maiore dorſi, multa eiusmodi foramina, alterna, anticis minimis. Animus erat Noſtro, piſcem emere, et cultro anatomico ſubiicere. Sed piſcator in partes ſecuit, inteſtina terrae commiſit, credens oleo excocto plus ſe lucraturum, quam ſi integrum venderet. Qua in re errauit: non enim integram libram (*Mark*) olei obtinuit. Subiicit Noſter figuras, ad aliud animal pertinentes, de quo ipſi Cl. PALLAS retulit, captum eſſe ad Caput bonae ſpei. Iam in collectione principis Arauſionenſis adſer- p. 117.
vatur; figuras communicauit gazophylacii illius inſpector, Cl. VOSMAER, curante Cl. SANDIFORT. Habet illud Noſter pro eo, quod MARCGRAVIVS appellat *Guebueu*, ad genus *Xiphiae* pertinens; ſed alius ſpeciei, quam eſt vulgaris. Depingitur hic gladius, ſubulatus, item par corporum, vt videtur ex capite prominentium, nec non pinna dorſi.

3) *Fluoris ſpatoſi*, ſ. *fluoris mineralis* WALL.*) p. 170.
et eius acidi examen chymicum exhibet CAR. GVIL. SCHEELE. Vſus eſt viridi Garpenbergenſi, albo, a loco: *Gislöf* in Sconia. Cum hic lapis, calefactus

*) vid. comm. noſtr. Vol. XIX. p. 452.

ctus phoſphoreſcat; illam vero proprietatem perdat, poſtquam totus canduit: primo examinauit Noſter, num animaduerti poſſit, illum, dum candet, partes quasdam perdere. Itaque in crucibulo tecto igni expoſuit. Ponderis nihil, quod notari poſſet, imminutum eſt, et vſtus lapis in omnibus ſimilis viſus eſt non vſto, niſi, quod iam, cum rurſus calefieret, non luceret, facilius in puluerem redigeretur, quam ante; albus, opacus fieret, viridis ru-
p. 121. beſceret. Fluorem, qui canduerat, cum puluere carbonum ſtratis alternis mixtum, in crucibulo tecto igni duarum horarum expoſuit, deinde refrigerari paſſus eſt, poſt calefecit. Non luxit lapis. Vſtum lapidem tota die luci ſolari expoſuit; ſed tamen calefactus non luxit. Igitur qualitas phoſphori non videtur naſci a ſubtili aliquo phlogiſto.
p. 122. Fluorem in puluerem redactum, cum oleo vitrioli retortae indidit, recipienti aquam infundit. Cum maſſa in retorta incaleſceret et ſe expanderet, vapor ortus eſt, qui in ſuperficie aquae, quam recipiens continebat, requieſcens maculam rotundam albam, ori retortae ſubiectam effecit, ea creuit, vt omnem aquae ſuperficiem tegeret, tandemque cruſta ſatis ſpiſſa obduceret. Concuſſo leniter recipiente, diffracta ad fundum cecidit, et noua orta eſt. Sub finem, primo recipientis, deinde retortae ſuperficies internae, albae redditae ſunt. Apertis vaſis, ſuperficies internae, velut arroſae, apparuerunt. Liquor in recipiente, mixtura erat aquae et acidi, quod oleum vitrioli ex fluore ſpatoſo ſeparauerat. Maſſa in retorta reſidua, in puluerem redacta, edulcorata, ſelenitem praebuit et aliquid aluminis. Ex his et aliis experimentis, quae enarrare longum eſſet, colligit Noſter, fluorem ſpa-
p. 123. toſum conſtare, inprimis ex terra calcarea, et pe-
p. 131. culiari acido, quod quibusdam rebus ad acidum

ſalis

ſalis accedat, aliis, ad acidum tartari; ſed in multis
etiam peculiarem ſibi naturam habeat. Materiam
fluori ſpatoſo ſimilem ex partibus conſtitutiuis,
quas diximus, reproduxit, vt ſyntheſis analyſin con-
firmaret. Albam vero illam cruſtam, quae aquam p. 124.
obduxerat, terram ſiliceam eſſe oſtendit, et mul-
tus eſt, vt probet, naſci hanc terram, cum acidum p. 126.
fluoris ſpatoſi vaporibus aqueis vnitur. Habitum
vero, tum fluoris ſpatoſi, tum acidi eius, ad acida,
alcalia, ſalia media, ſulphur, arſenicum, metalla,
terras abſorbentes, multis experimentis examinat,
ex quibus, de acido ſuo, inter alia haec colligit:
Soluere illud terram ſiliceam; ſed relinquere eam, p. 137.
cum acidum vnitur alii corpori, alcali cuidam, ter-
rae abſorbenti, metallo: vix purum haberi; ſed
ſemper terra ſilicea admixta, quae, addito alcali
volatili, ſeparetur. Acidum hoc, ſi cum alcali vo- p. 138.
latili in ſal ammoniacum abierit, optime aliis cor-
poribus vniri.

4) *Cl.* KLINGENSTIERNA *contra Cl.* D'ALEM- p. 138.
BERT tuetur FRIDERICVS MALLET, Aſtron.
Obſ. reg. Vpſal. Quaeſtio eſt de experimento, quo
NEWTONVS vſus erat, radiorum, per tria di-
verſa media ita tranſeuntium, vt exeuntes ex ſecun-
do in tertium paralleli ſint incidentes ex primo in
ſecundum; ſimulque radii colorati, prima refra-
ctione ſeparati, ſecunda rurſus colligantur.

5) *Piſcem vulgari nomine* Rua *appellatum*, depi- p. 152.
ctum ſiſtit PETRVS OSBECK, Paſtor Haſslöfien-
ſis. Vltimis demum annis in amne ibi fluente ca-
pitur. Noſter eum habet pro *Cyprino erythroph-
thalmo.* Pinnarum radios numerat. Conferri poſſe
ait cum Cyprino clauato GESN. *de piſc. lacuſtrib.*
T. II. p. 345; ſed ibi pinnam ani, nec loco ſuo po-
ſitam eſſe, nec debitam figuram habere.

6) *De*

p. 153. 6) *De morbo ſpasmodico conuulſiuo*, iterum agit
p. 154. Cl. WÅHLIN (vid. *Trim.* I. *n.* 2.) *). Iam curandi methodum explicat. Nauſeam et defectum appetitus, quibuscum morbus ſaepius orditur, pro indicio habet, morbum primo in inteſtinis habitare, poſt humores ingredi; Igitur primo morbi ſtadio euacuantibus inprimis emeticis, tum, quod breuiſ-
p. 155. ſima via aliquid mali eiiciant, tum ſuccutiendo partes neruoſas venenum illis adhaerens remoueant, vtendum eſt. Venaeſectionem nihil indicat, cum non appareat, maſſam ſanguinis ſedem veneni eſſe. Igitur non adhibenda eſt, niſi ſanguine vehementer calente,
p. 156. aut mania celerius accedente. Contra, purgatis inteſtinis, diaphoretica, in primo ſtadio, morbo tollendo ſufficiunt; in ſecundo, frequentius repetita maximam curationis partem abſoluere videntur. Emetica lenia, inprimis ex ipecacuanha, etiam transſpirationem adiuuant: illa igitur in ſecundo ſtadio praebet, paullo poſt paroxyſmum: nam durante paroxyſmo, illa ſumere ſpaſmi oris et oeſophagi
p. 158. ſaepius impediunt. Illa ſequitur diaphoreticum praeparatum ex cornu cerui, vel ante paroxyſmum ſequentem, vel paullo poſt illum, ſi citius ingruat. His remediis ſpaſmi interdum obſtant. Igitur auxilium remedii fertur, balneis vaporoſis emollientibus. Alicubi his balneis formicas adhibent, item flores chamomillae cet. vrticas in cereuiſia, aut aceto coctas. Vngunt ſe etiam ſpiritu cornu cerui, ſed Noſter durante morbo, hoc improbat, vt tranſpira-
p. 159. tionem impediens. Si repetitis ſimul emeticis, cutis balneo vaporoſo emolliatur, tranſpiratio diaphoreticis promoueatur, promitti poſſe felicem exitum, inprimis ſi morbus non nimium in ſtadio 3 progreſſus ſit. Quodſi animaduertatur, inflammationem a veneno natam eſſe, aut naſcituram, aut mentis perturbationem adeſſe, inter paroxyſmos adhibentur

*) v. ſupra p. 266.

adhibentur pulueres nitroſi cum abſorbentibus, et potus diluentes. Opii effectus animaduertit Noſter morbi circumſtantiis oppoſitos, v. c. quod opium ſanguinis circulationem acceleret, in morbo pulſus lentus ſit cet. Igitur illo etiam vti decreuit. Praemiſſis vomitoriis et laxantibus, maſſam pilularum STARKEYI, nitro, camphorae et ſali ſuccini miſcuit: ita facilem et copioſum ſudorem obtinuit, paroxyſmi vero, ſumto remedio, mane et veſpere ceſſarunt. Sed cum carius eſſet hoc remedium, guttas 8—10 laudani liquidi SYDENHAMI, guttis 50 liquoris cornu cerui ſuccinati miſcuit cum infuſo ſambuci. Multis praebuit ſpiritum cornu cerui ſuccinatum, vel oleum animale DIPPELII, aut oleum foetidum cornu cerui et opiatum ſub initium noctis. Magno vſui fuerunt foetida omnia, vt plurimum antiſpasmodica, inprimis hyſtericis. Moſcho non multum vti potuit, ob nimium pretium. Plantis reſoluentibus et expellentibus infudit vinum aut ſpiritum frumenti, qui cum optime partes reſinoſas extraheret, eius autem acrimonia a remediis, quibus addebatur, mitigaretur; non metuit eum menſtrui loco adhibere. Materia peccante ad cutem deducta, vt vel cum ſudore efflueret, vel in exanthemata erumperet, maximum periculum ſtadii tertii ſuperatum eſt. Reſtat, debilitas et laxitas partium ſolidarum amaris et corroborantibus tollenda. Cortici Peruuiano, nihil ſpecifici contra hunc morbum tribuit, prae aliis amaris. Sanatus aeger cauere ſibi debet ab exceſſu committendo in vſu ſpirituoſorum, acidorum, cibis omnibus, inprimis pinguedinis, a frigore, et nimio labore. Quae ſi obſeruet, nihil amplius a morbo patitur; ſed, qui forte non ſatis mature conſuli ſibi paſſi ſunt, ſuperato etiam morbo, eius reliquias ſentiunt. Quo pertinent contracturae chro-

p. 160.
p. 161.
p. 162.
p. 164.

nicae,

nicae, quibus medentur balnea emollientia et vnguenta. Inprimis profuit ſtercus vaccinum calidum cataplaſmatis modo adhibitum, iteratis vicibus, aut, ſi tempeſtas id permittat, membrum
p. 165. aegrum per aliquot horas fimo immittatur. Contra maniam et furorem adhibentur ſanguinis miſſio, veſicatoria, fomentationes. Profuit alibi caput aqua tepida lauare, vt exanthemata prolicerentur. Noſtro id non ſatis ſucceſſit; ſed paucos habuit maniacos, cum morbo mature occurreretur. Optimum effectum edidit extractum hellebori nigri ab vno aut duobus ſcrupulis vſque ad drachmam, ſemel aut bis ſeptimana quauis datum. Contra epilepſiam chronicam, multa celebria remedia tentauit, non magno ſucceſſu. Paullulum prodeſſe viſum eſt extractum daturae et hyoſcyami; ſed cum iis, qui illo vterentur, caput debilitaretur et perturbaretur, non auſus eſt Noſter hoc remedium
p. 166. continuare. Optime profuerunt veſicatoria, fonticuli, reuellentia et euacuantia, vt calomel, oleum animale DIPPELII. Aliis morbi reliquiis tollendis acidulae profuerunt. Anno 1765, in eodem loco cum morbo ſpasmodico ſimul graſſata eſt dyſenteria; ſed pauciſſimos vterque morbus ſimul adgreſſus eſt. Quibus id contigit, iis profuere ipe-
p. 167. cacuanha, rhabarbarum, opiata, ſudorifera. Cum dolores ceſſarent, et fluxus ſanguinis, malua in infuſo adhibita eſt. Alios morbos epidemicos ſimul cum ſpasmodico graſſari non vidit. Adhuc epidemias omnes ſollicite obſeruat, an forte illarum aliqua cum morbo ſpasmodico quidquam commune habeat, et durum huius venenum perpetuo inter homines verſetur.

p. 167. 7) *Vſum balnei frigidi*, exemplo oſtendit ANDR. SCHÖNBERG, Hiſtoriographus. Cum iuvenis

quidam

quidam optima valetudine eſſet vſus, ſtudiis operam dans, in febrim incideret, quam vetula depulit; ſed a reliquiis morbi, plurima deinde mala paſſus eſt, fruſtra tentatis omnis fere generis remediis, idque ſpatio 12 circiter annorum, vt tandem morti vicinus videretur. Tunc legit BERGII ſer- p. 169.
monem, in Acad. reg. Sc. habitum, de vſu balneorum frigidorum. Itaque, cum tandem ſuſpicio eſſet orta, a materia febrili ſtagnante ſyſtema neruoſum eſſe corruptum, balneo illo vti decreuit, ſub autumni 1769 initium: fluuii loca, vbi prope litus aqua paullo velocius flueret, intrauit, illam corpus inundare paſſus eſt. Hinc cum ſtatim ſentiret mala ſua imminui, balneo frigido vſus eſt tota hieme, in vaſe intra conclaue poſito, ita, vt primum tepidam adhiberet, deinde fere ad conglaciationem frigidam. Exiguo autem tempore in hac frigida commoratus eſt, ne corpus totum frigeſceret. Hoc remedio ſolo adhibito per aliquot menſes, nullo alio, priſtinae ſanitati omnino reſtitutus eſt, ſub initium 1770. Id remedium deinde aliis ſua- p. 170.
ſit, et plurimi eo in loco, vtilitatem eius experti ſunt; omnes autem mares: nihil fere profuit feminis, quae illud aduerſus paſſiones hyſtericas tentarent.

8) *Remedium aduerſus vſtilaginem tritici* edit p. 171.
PET. WAESSTRÖN. Ipſe id a ruſtico vicino di- p. 172.
dicit. Tritici grana, ſementi autumni proximi deſtinata, ſub initium veris, aut prius, ſi libet, in granario reponuntur, in cumulum circiter duas manus transuerſas altum. Quam primum ſuccus in abietes intrare iudicatur, rami abietum circiter quartae partis vlnae longitudine reſecantur, et cumulo illi inſeruntur, ſatis confertim. Ita grana cum ramis inſertis, per aeſtatem quieſcunt, autumni initio, remotis ramis, grana ſeruntur. Expe-

rimentum eo in loco captum eſt, in quo olim non, niſi vſtilagine plenum triticum, habebatur: iam per quindecim annos, ne ariſta quidem ſpectatur vſtilagine turpata. Quodſi forte malum a vicini agris, qui hoc remedio non vtitur, denuo ingruat, facile eſt, repetita operatione id rurſus tollere.

Trimeſtre tertium.

p. 175. 1) NIC. MARELIVS deſcriptionem continuat tractus territorii eminentioris, item Alpium, quos tractus fere fines Sueciae et Noruegiae ſequuntur.

p. 193. 2) *Structuram, frumento ſiccando aptam* deſcribit PET. WASSTRÖM, Camerarius. Commode additur fornacibus, vbi ferrum liquatur. Calorem praebent ſcoriae, ex his fornacibus extractae, vt, non, niſi aedificii conſtruendi impenſae, in computum veniant, et illae exiguae, lignum ſiccando frumento nullum comburatur: qua re, et ipſo ſiccandi effectu plurimum haec methodus praeſtat illi, quae in Suecia vulgo adhibetur.

p. 199. 3) *Tumorem immanem ouarii ſiniſtri* deſcribit ROLAND MARTIN, M. D. Anat. et Chir. Prof. et Adſeſſ. Coll. med. Puellae ruſticae, vegetis parentibus natae, ipſi ad annum aetatis vigeſimum ſecundum bene valenti, circa tempus paſchatis 1768, venter tumere incipiebat, creſcente tumore a partibus inferioribus verſus ſuperiora, vt in grauidis. Cibos autem nec ante, quam tumor ſe oſtenderet, nec poſt auerſabatur. Noſter ad eam vocatus, iunio 1769, ita tumentem ventrem reperit, vt ſub
p. 200. finem grauiditatis contingere ſolet. Examinans illum, durum reperit, ac ſi ab vtero grauido expanderetur, itaque, quod optabat aegra, paracenteſi aquam emittere noluit. Retulerunt vero et ipſa, et

et mater eius, rem fuiſſe aegrae 1767 cum ruſtico, qui, vt ipſi morem gereret, promiſerat, curaturum ſe eſſe, ne grauida fieret. Interim MARTINVS non credidit, grauidam eſſe, cum, poſt illa, quae cum ruſtico geſta erant, vsque ad tempus paſchatis proxime elapſi, menſtrua ſua habuerat, alia, quae grauidis contingere ſolent, paſſa non erat, tempore, quo parere debuiſſet, dolores nullos ſenſerat, neque obſtetrix orificium vteri repererat, quale eſt grauidae. Nec hydropem agno- p. 201.
ſcebat Noſter, ob tumorem a partibus inferioribus verſus ſuperiora creſcentem, duritiem eius, et incrementum velocius, quam eſſe ſolet tumoris hydropici, reſpirationem non impeditam, ſomnum quietum, pedes non tumentes, vrinam libere fluentem. Interim, ſtanti aegrae, aqua guttatim ex pudendis deſtillabat, in lecto decumbens lintea madefaciebat. Aquam igitur Noſter in abdomine eſſe iudicabat; ſed ei ſubeſſe aliquid tumoris duri, ſiue fetum, vterum expandentem, ſiue ſcirrhum, aut molam. Itaque auxilium ferre non auſus eſt.

Circiter menſe elapſo, d. 23 iulii, mortua p. 202.
eſſe nunciabatur, et familia ipſa defunctae, vt cadauer aperiretur, optauit. Die 22 vocabatur ad p. 203
aegram obſtetrix, vt iudicaret, an dolores, quos ſentiebat, eſſent ad partum? Vix autem attingere poterat orificium vteri, illudque omnino clauſum reperit. Igitur, hic nihil ſe praeſtare poſſe, profeſſa eſt. Aegra vomebat, inquietudine angebatur et ſiti. Nec iacere amplius poterat; ſed libentius genubus innitebatur. Dormire non poterat, vomitus circa noctis initium erant vehementiores, ita die 23 continuabant, vna cum ſiti grauiſſima, etſi ſaepius biberet. Increſcebat nauſea, ſed vomere non poterat: igitur ſaepius ad proliciendum vomitum digitum oeſophago inſerebat. Rumores veluti

in ventriculo ſentiebat, et haec mala omnia tota die creſcebant, donec ſub veſperam paullo quietior, ſpiritum emitteret.

p. 205. Sectio ſequentia oſtendit: Menſurabatur circumferentia abdominis tumentis, quartarum vlnae partium circiter decem cum quartae ſemiſſe, quae ipſa longitudo erat feminae. Primo abdomen perforatum eſt acu triquetra, aqua magno flumine erumpente: igitur aperturae plures factae, et ingens copia effluxit aquae, non foetentis, ſatis purae, aliquantum vero viſcidae gelatinoſae. Iam ſcalpellum adhibitum conſueto more ad ductum lineae albae, vbi rurſus plurimum aquae aut effluxit, aut

p. 206. hauſtum eſt. Integumentis et muſculis diſſectis intra peritonaeum apparuit aliquid expanſi rotundi ſacciformis, quod Noſter primum ſuſpicatus eſt vterum eſſe; ſed cum id tolleret, poſt et infra illud, vterum in pelui minore vidit, qualis virgineus eſt. Saccus vero ille pluribus in locis peritonaeo adhaerebat, vt dubitari poſſet, an ſua eſſet ſacco membrana exterior, an a peritonaeo? Illa autem exterior membrana, cum ſepararetur a peritonaeo, noua copia aquae ex pluribus apertis cauis et veſiculis promanabat, qua remota noui tumores apparebant, caput infantis magnitudine aequantes, iuxta ſe poſiti, aut vno intra alterum incluſo, quibus diſſectis rurſus aqua effluebat. Haec aqua hic admixta erat pinguedini alicui ad adipem accedenti, et muco pellucido gelatinoſo, nec non materiae non cohaerenti, melli ſimili, ex fiſſuris membranarum prorumpenti, cartilaginibus durioribus, et particu-

p. 280. lis, oſſeis. Peritonaeo nihil cum hoc tumore commune, niſi quod ipſi pluribus in locis contiguum eſſet. Viſcera abdominis omnia ſana; nec illis aliquis nexus erat cum hoc tumore, licet inteſtina tenuia ab eo multum ex ſuo loco eſſent dimota. Libera

bera etiam a tumore, vterus, ouarium dextrum cum fimbriis. Siniſtrum autem ouarium nullibi reperiebatur, tubae ſiniſtrae veſtigium ad vterum; extremitas vero eius abdominalis, vnita ſubſtantiae tumoris. Vnde etiam vterus ad illud latus velut inclinabatur. Igitur, vnde tumor ortus ſit nullum dubium ſupererat; etſi cauſſae euentus nihil doceret aut ſectio, aut quae de vita defunctae reſciri poterint. Explicare igitur morbum Noſter non audet, quaedam tamen quaerit, vt: Quem effectum in partibus internis conceptionis habere poſſit coitus fruſtraneus, cum omni voluptate feminae coniunctus? Annon inde oriri poſſit affluxus lymphaticus, copioſior, quam vt omnis rurſus reſorbeatur, et in maſſam humorum rurſus diuidatur? oritura ſic collectione circa partes generationis internas. Annon ſic inprimis naſci poſſit tumor vegetans circa tubas fallopianas et ouaria, quae in coitu mouentur? Haec autem vegetatio, nonne poſſit inſigniter augeri, cum non vtero coerceatur vt fetus, ſed terminos nullos agnoſcat, praeter abdomen; humores autem copioſiſſime adfluxuri ſint, ad eiusmodi veſiculam ouarii intempeſtiue relaxatam, inprimis cum et plures eiusmodi veſiculae concreſcere queant? Si vero initium talis incrementi, fiat ab aliis cauſſis morbificis, nonne, quae in coitu fruſtraneo contingunt, ad augendum illud aliquid conferre poſſint? Haec quaeſtionum forma proponere voluit, cum certi nihil ſtatui poſſe exiſtimet. Iam ouariorum magnorum exempla recenſet, quorum nullum accedit ad id, quod deſcripſit, et in ſpiritu vini ſeruat. p. 208. p. 209. p. 211.

4) *Lateres tectis operiendis idoneos* parare docet TORB. BERGMANN examinata argillae, illis adhibendae, natura et mixtione. p. 211.

 5) *Pa-*

p. 220. 5) *Parallaxin ſolis, ex tranſitu Veneris* 1769 computat AND. IO. LEXELL, Aſtron. Prof. et Acad. Imp. Petrop. Sodalis.

p. 234. 6) *Scorias, quae obtinentur, dum cuprum ex minera eliquatur muris conſtruendis* adhibere docet CAR. HALLDIN, Vicenotarius Collegii reg. metallici. Extus loricam velut muro conſtruit ex lateribus, intus murum ex ſcoriis et calce aedificat.
p. 236. *Fahluni* aedes tales conſtruuntur, qua re multum ſumtibus parcitur.

p. 240. 7) *Diſſertationi praecedenti quaedam addit* SAM. SANDEL. Impenſas eiusmodi aedificiorum, variis modis conſtructorum, computat, et, qua re alius modus alii praeſtat, examinat.

p. 247. 8) *Quomodo in Norrlandia capiantur Pleuronectes Plateſſa* et *P. Fleſus* LINN. enarrat NIC. CHR. FRIIS. Praeter piſcaturam et modum, quo ſic-
p. 253. catur piſcis, alia notatu digna occurrunt, vt: *Delphinum Delphin* LINN. magnis ſuis dentibus, adgredi tum piſces, quas diximus, tum balaenas, et fru-
p. 249. ſta ex carnibus illorum exſcindere. *Vultur Albicilla* LINN. dum piſces maiores adgreditur, et vngues illorum dorſo infixit, ſaepius ſuffocatur ab iis, fundum petentibus, fruſtra alas expandens et miſere clamitans.

p. 255. 9) *Singularem modum, mineras Forsdalienſes in Noruegia torrendi* deſcribit Bar. SAM. GVST. HERMELIN. Efficitur, vt in nucleum quendam coeat cuprum, cruſta circumdatum, quae ex ferro calcinato conſtat, et abiicitur: nucleus igitur cupro diues liquatur. Id vero non ſuccedet, niſi minera ſit, illi, de qua ſermo eſt, ſimilis, pyrites denſus, nihil lapidis admixtum habens; ferrum autem, cuprum, ſulphur, certa proportione mixta.

10) *De*

10) *De vermibus Gordiis in piſcibus et hominibus* agit ANT. ROLANDSON MARTIN. Frequentes ſunt in pluribus piſcibus Noruegiae, vt: *Gado virente, Labro ſuillo, Salmone farione et S. eperlano* LINN. Ex vltimo, qui illo veſci volunt, veſicam aeream eximunt, morbos, ſi comedatur, producturam. Ad quod Noſter tum demum attendit, cum poſt eſum talium piſcium male ſe habere ſenſit. Igitur veſicam aeream examinauit, et plenam repe- p. 261.
rit vermium. Corpus cylindricum eſt, vtrinque p. 262.
acuminatum, ex vno extremo tenuiore, ſi illi quidpiam calidi offeratur, vermis aliquid aculeo ſimile protrudit. Corpus varie incuruant, qua re facile ab aſcaridibus diſtinguuntur. Extremum tenuius os videtur. Veſicam aeream adultiores per- p. 263.
forant et vbique in piſce habitant; inprimis tamen in lacte piſcis, et inteſtinis, vt chylo viuere videantur. Ipſe Auctor illorum, quos in corpore ſuo nutriebat, motum maxime ſenſit poſt eſum lactis. Vermes hi in omnibus ſimiles ſunt *Gordio Argillaceo* LINN. niſi colore, etſi etiam albo, paullulum diverſi. Eos forte multi homines nutriunt, qui cre- p. 264.
dunt, ſe ab aſcaridibus habitari. Vermes hos incolere corpus hominis alicuius certiſſima ſigna ſunt pruritus narium, vomitus et eiectio muci, inprimis poſtquam quis e ſomno euigilat. Accedunt alia: adfluxus ſaliuae inexſpectatus, vomitus, dolores in vicinia hepatis et lienis, rubor genarum, anxietas, animus deiectus, meticuloſus, nulla cognita cauſſa, corporis velut pondere grauati ſenſus, brachiorum ad onus modicum tollendum debilitas, abdomen expanſum, etiam poſt eiecta excrementa, dolor in hypochondriis. Cum eſu piſcium, quibus p. 265.
inteſtina non exemta ſunt, deglutiri hos vermes, aut ſeminium illorum, probabile Noſtro videtur. Viui ex aqua ſumti et vitro ſicco impoſiti, rigidi vi-

 dentur.

dentur. Si vero vel horam iacuerint, aquae inie-
cti, rurſus velociter ſe agitant. Cum aqua calori
p. 266. ſolis expoſiti, quamdiu madent, viuunt; ſed aliquot
horas ſiccati, mortui reperiuntur. Viuaces ſunt in
aqua dulci, aliquantum viuaciores in ea, quae pa-
rum ſalſa eſt; ſed magis ſalſam non tolerant. Haec
forte cauſſa eſt, cur piſces ad littora capti, pleni
his vermibus reperiantur, qui in alto mari capiun-
tur, liberi. Iniecit vermes ſolutionibus ſalis, ſac-
chari, pulueris trochiſcorum Alhandal. In ſac-
charo horas 24 vixerunt, breuius in ſale, 30 horas
in liquore amaro, etſi debiles. Vrina calida addita,
rurſus viuaces redditi. Horas 24 vixerunt in pul-
vere corticis Peruuiani, et forte diutius vixiſſent.
Sub finem huius temporis ſanguebant, extenſo cor-
pore, inepti nodis nectendis, quos ſatis viuaciter
in ſaccharo et ſale formabant. Quindecim horas
durarunt in ſolutione ſalis Anglicani cathartici. Iam
immiſit liquoribus, qui condimenti loco cum piſci-
p. 267. bus ſolent adhiberi. Minimum durarunt in bu-
tyro liquato; quod igitur praeſeruatiuum optimum
contra illos videtur: ad illud proxime accedit ſinapi
cum aceto. In aceto ſolo 16 horas vixerunt. In-
didit etiam aliis medicamentis. In puluere contra
vermes, plus 12 horis vixerunt. Diſſecuit, ſed ſeg-
p. 268. menta non habent naturam polyporum. Ex pro-
prio corpore illos expulit eſſentia lignorum, eſſent.
zedoariae, inprimis eſſ. ſcillae Würtenb. rad. gly-
cyrrhizae. Gordium maiorem expulit d. 28 augu-
ſti, cum inde a medio maii piſcis nihil omnino co-
p. 269. mediſſet. Porro deiecit vermes, poſt ſumtum ex-
tractum trifolii fibrini; et puluerem contra vermes.
Poſt vſum *Spigeliae Anthelminticae* ſenſit, quae con-
tingere ſolent, dum vermes expelluntur: conatus
vomendi, formicationem oculorum, dolores alios;
ſed ipſos vermes deiectos ſpectare caſus eum impe-
diuit.

diuit. Itaque hoc medicamentum prodeſſe exiſtimat. Maxime vero laudat opiata. Drachmam theriac. Ven. octo horis ſub planta pedis tenuit; poſtridie Gordios deiecit. Praefert reliquis ROSENSTEINII pilulas antiſpasmodicas.

Trimeſtre quartum.

1) *Schiſtus, qui ad tecta adhibetur, quomodo effodiatur et praeparetur* deſcribit SAMVEL. GVST. HERMELIN. Tantum non omnia ex deſcriptione artium Acad. Reg. Sc. Gallicae: *deſcription de l'Ardoiſe*, quam in ciuium ſuorum vſum contraxiſſe ſe profitetur. p. 271.

2) *Hiſtoriam combinationum mercurii cum acido ſalis continuat* TORB. BERGMANN *). Iam de praecipitato albo agit: varios illud praeparandi modos, et quae ceterum auctores de eo ſcripſerunt, recenſet, et diiudicat, obſeruans, cum pro diuerſis parandi modis, res non omnino eaedem hoc nomine inſigniantur, ſcire id debere medicum, illud praeſcribentem. p. 294.

3) *Parallaxin ſolis ex obſeruationibus in inſula R. Georgii inſtitutis* computat ANDR. IO. LEXELL. p. 301.

4) *Orchidem Morionem in omnibus aequipollere Salep Perſico* docet GABRIEL LVND, M. D. Experimenta eius huc redeunt, quod aegris, eodem morbo laborantibus praebuit, alii Salep, alii orchidem, effectu omnino eodem **). Id expertus eſt in atrophia a ſanguifluxu, colica biliosa (morbos nominibus, quibus SAUVAGES vtitur, appellat.), nephralgia calculoſa, colica grauidarum, dyſuria primaria. In hoc morbo, Salep aut Morio, non p. 310. p. 317.

 debilitant

*) vid. comm. noſtr. Vol. XIX. p. 395.

**) conf. ib. p. 97.

debilitant ventriculum, quod facit gummi Arabicum, notante DANIELE (*Beytrâge zur mediciniſchen Ge-*
p. 318. *lehrſamkeit* T. III.). Ecclampſiae a ſaburra, infantibus contingenti cum nutrices poſt vehementes animi motus eos lactant, vtiliter adhibuit, Salep aut Orchidem. Deiectioni virium poſt graues morbos, vtrumque aeque medetur. Denique pharmacopola in prouincia aliqua Sueciae, cum Salep non haberet, Orchidem vendidit, omnino eadem praeſtantem. Praeparatione Orchidis vſus eſt, quam docuit RETZIVS *), qui ſuaſit, vt exotici loco adhibeatur orchis, frequens in Suecia, quod conſilium LVND confirmat.

p. 319. 5) *De Salep orientali et Suecico* agit P. ION. BERGIVS, multa ex ſcriptoribus operoſe colligens.
p. 327. Vſum Salep Suecici memorat, quod tritus cum medicamentis reſinoſis, illa egregie inuoluat, eaque re praeſtet amygdalis, illi ſcopo adhiberi ſolitis: id quod dum reſinam ialappae adhibuit, expertus eſt.

p. 333. 6) *De viribus, quibus conſeruatur mundus ſpectabilis* agit DAN. MELANDER, Aſtron. Prof. Vpſal. Solem ait luce emiſſa perpetuo minui, niſi quatenus cometae aliquid illi reddunt. Igitur planetas minori vi attractum iri ad ſolem, cuius maſſa minuitur, et receſſuros eſſe a ſole. Id impedire reſiſtentiam aetheris, qua planetarum velocitas tangentialis imminuitur, ſicque, ob hanc reſiſtentiam, vniverſum cum ſole imminuto diutius durare, quam ſine illa poſſet. Deinde de cometarum vi ad motus planetarum perturbandos agit. Quae quomodo computanda ſint, methodum obiter indicat.

p. 346. 7) *Inſtrumentum obiectis ad leges perſpectiuae delin. andis* deſcribit IO. ZACH. STEINHOLZ, in-

ſtrumentor.

*) vid. comm. noſtr. Vol. XIV. p. 209.

ſtrumentor. mathemat. artifex. Eſt ex eorum genere quae, vbi figuris deſcribendis adhibentur, *pantographa* appellantur, additis partibus, quae illud vſui, quem diximus, aptent.

8) *Obſeruationes cometae aprili et maio* 1771. p. 353.
Holmiae *inſtitutas* edit PETR. WARGENTIN.

9) *Ex illis, orbitam cometae et motus conditiones* p. 357.
computat ERIC. PROSPERIN, Adi. Math. et Phyſ. in Acad. Vpſal. Nunquam antea hunc cometam p. 359.
aſtronomi obſeruarunt, eſt igitur eorum, quorum iam definitae habentur orbitae, quinquageſimus nonus. Dum apparuit, diſtantia eius fuit circiter ſeſ- p. 350.
quialtera diſtantiae mediae telluris a ſole. Ex ſitu orbitae cometae ad orbitam telluris colligitur, diſtantiam eius, cum minima eſt a tellure, quae eſſe poteſt, ſcilicet diſtantiam minimam inter duo puncta, quorum vnum eſt in cometae orbita, alterum in telluris orbita, eſſe circiter eam, quam habet a tellure Venus per ſolem tranſiens. Multo magis ab orbita terrae diſtant cometae nodi. Igitur ab hoc cometa, nihil vnquam metuendum terrae.

XI.

ERNESTI IEREMIAE NEIFELDII, Medic. Doct. Sereniſſ. Reg. Poloniar. conſiliar. aulic. et Acad. Caeſar. Leopold. Carolin. natur. curioſ. Soc. ratio medendi morbis circuli ſanguinei monumentis praeſtantiſſimorum medicorum tum veterum, tum vel maxime recentiorum ſuperſtructa. Vratislauiae, impenſis Io. Frider. Kornii ſen. 1773. 8. mai. pagg. 460, praeter dedicationem, praefationem,

tionem, conſpectum generalem et indicem rerum.

Secutus eſt Noſter, cuius fata, in praefatione narrata, magnopere dolemus, in opere hoc profecto perutili texendo, quod maxima cum voluptate legimus, b. LVDWIG, diſpeſcuitque morbos cum eo in generales et particulares, nominis porro morbi cuiuslibet rationem inueſtigauit eiusque addidit hiſtoriam, quippe quae tam ad cognoſcendum, quam curandum maxime cernitur vtilis. Rurſus cauſſas, ſymptomata et ſigna tam communia, quam pathognomonica diligenter collegit, nec non aliorum auctoritate et exemplo confirmavit et denique methodum medendi curauit atque optima quaeque auxilia, longo vſu comprobata et ab aliis peritis medicis propoſita, addidit eaque compoſita in formulis tradidit. Praeterea dicit de variis medici practici officiis eorumque quaedam recenſet, ad reliqua intelligenda ſuadet inter alios hac de re ſcriptores methodum doctrinae medicae vniuerſae b. LVDWIG. *)

p. 3. Offert hic Cl. Auctor morbos vniuerſales circuli ſanguinei et pollicetur, ſe in poſterum morbos ſeroſi atque neruoſi laticis, quos auide exſpectamus, pariter eſſe vulgaturum, niſi mors Auctoris, vti dicitur, ſpem noſtram vanam reddat. Conſiderantur itaque hic febres in genere et ſpecie, inflammationes atque haemorrhagiae. Atque ita eos morbos circuli ſanguinei inprimis tractat Noſter, qui ex motu ipſius laeſo per vaſa corporis naſcuntur et ideo vniuerſam machinam laedunt. Sanguis autem vel nimis vehementer, vel etiam nimis tarde mouetur, vel denique per vaſa rupta aut dilatata effunditur.

Eſt

*) vid. comm. noſtr. Vol. XIV. p. 611.

Eſt febris proportio laeſa inter vires vitales et animales, ſiue vis cordis et arteriarum maior, quam quae, reſpectu virium voluntati ſubditarum, eſſe deberet. p. 8.
Omne id, quod minima vaſcula obſtruit atque ideo circulum in iis impedit, vel quod acredine ſua fibrillas cordis atque vaſorum irritat et conſtringit, cauſſam febris conſtituere poteſt. Sanguinis inde circulantis interruptio vel mora in minimis vaſculis proxima omnium febrium exiſtit cauſſa.

Ex iis, quae hactenus de natura, cauſſis et p. 13.
exitu febrium a Noſtro ſunt diſputata, elucet, veram febrium medelam his potiſſimum abſolui indicationibus. Ac primum quidem, vt vitae et viribus, cibo et potu, genio febris et temperamento aegroti bene accommodato conſulatur: dein vt motus febriles, quorum auxilio, cauſſa morbi eſt ſuperanda, ita moderentur, vt nec multum excedant, nec torpeant: rurſus, vt acre irritans corrigatur, demulceatur, expellatur; lentor vero obſtruens ſoluatur, attenuetur, exterminetur. Ita viae ſanguineae ratione habita, ſeu cruditatibus primarum viarum curatis, acre irritans pro varia ſua indole humectantibus internis et externis, diluentibus atque demulcentibus, inprimis putredini reſiſtentibus corrigi et ad eliminandum adaptari debet. Hic ſuadet infuſa herbarum calida, decocta auenacea, hordeacea, nitro et acidis vegetabilibus et mineralibus mixta, ſerum lactis acidulum, hydrogala et alia, parua doſi ſaepe ingeſta. Viſcidum, inhaerens vaſis capillaribus, impetu febrili iuſto et remediis diluentibus atque reſoluentibus, potu aquoſo e. gr. diluente leniter ſalino et aromatico, balneo, fotu, clyſmate optime ſoluitur. In nimio elatere fibrarum ſi detegitur cauſſa obſtructionis febrilis, emollientia cum diluentibus et reſoluentibus remediis, in ſpaſtica vaſculorum minimorum contra-

ctione opiata caute adhibita conducunt. Symptomata febrilia adeo moleſta, vt nec viribus, nec patientia aegri ferri poſſint, lenienda et amouenda interdum ſunt. Quibus auxiliis hoc fiat, in ſpecialiori febrium tractatione a Noſtro indicabitur.

p. 18. Proxima cauſſa febrium intermittentium cernitur in ſanguinis, forte et liquidi neruei lentore, quippe qui liberum et expeditum circulatorium motum per vaſa minima impedit. Cauſſam remotam praediſponentem febrium intermittentium potiſſimum in colluuie viſcida et tenaci, ſaepe acida et bilioſa, in primis viis haerente, chylumque et ſanguinem inquinante, quaerendam eſſe crebro Noſter expertus eſt.

p. 29. Hic Noſter de ſymptomatum febrilium mitigatione quaedam addit. Frigus febrile nimium moderatur, applicato regioni epigaſtricae linteo duplicato cum aliquot guttulis menthae, chamomillae romanae, abſinthii et caryophyllis, ex vino Gallico coctis, ſeu infuſum theae calidum cum citri recentis flavedine, vel florum ſambuci pauxillo mellis, ſaepe et parum vna vice. Inter alia in aeſtu nimio quoque commendat iulapia temperantia cum ſyrupis acidulis.

p. 32. Venaeſectionem in intermittentibus febribus non prorſus reiicit, ſed infidum auxilium iudicat. Infarctus ſyſtematis venae portarum ab atra bile cauſſam proximam intermittentium, praeſertim quartanae ſaepe conſtituunt. Hic iuuat venarum haemorrhoidalium ſectio. Inter varia remedia antifebrilia a Noſtro collecta, commemoremus modo externa quaedam e. gr. epithemata, epicarpia et emplaſtra e. gr. rec. vuar. corinth. ſummit. lupuli, ſal. marin. ana drachmas duas, contuſa in pultem applica ad arterias. Rec. farin. tritic. cribr. thur. maſcul. ana

vncias

vncias duas F. cum ſucco menthae emplaſtrum, quod calidum ante acceſſionem adhibetur ad ſpinam dorſi totam, donec ſponte decidat.

In febre ardente et externam cutis ſuperficiem humectare et emollire ſuadet. Laxatis enim ſic vaſis, omnes criticae euacuationes melius ac facilius promouentur. p. 82.

Bilis impetuoſae excretiones per os et aluum mitigentur in febre bilioſa externe ventriculo impoſitis ſacculis ex herbis aromaticis vino calido imbutis beneque expreſſis, vel etiam applicato linteo quadruplicato ſpiritu vini camphorato tepido imbuto. Venaeſectio hic non, niſi plethora praeſente, indicatur; circa dies criticos inſtitutam, ſaepe deliria et faucium inflammationes ſecuta ſunt. Terreis medicamentis ſi abutamur, materia peccans tenacior redditur et febri hecticae generandae occaſio datur. Camphorae granum vnum, nitroſis pulueribus additum, praecauet inflammationem. Arroſionem inteſtinorum bene mitigant enemata ex lacte cum vitello oui et ſeuo ceruino. p. 91.

Serum ſanguinis viſcidum tenax et acre in minimis vaſculis cutaneis, praecipue in glanduloſa tunica narium, bronchiorum, et inteſtinorum, ſtagnans eamque inflammans, cauſſam proximam febrium catarrhalium benignarum conſtituere ex phaenomenis Noſter colligit. p. 94.

Sopore vrgente in febribus catharrhalibus malignis, ſurae et plantae pedum cum aceto fricari, imo epiſpaſtica applicari poſſunt. Rubefacientia ex aceto vini cum calida, pedibus applicata, plus ſaepe Noſtro praeſtiterunt, quam veſicatoria. p. 112

Eryſi-

p. 146. Eryſipelas eſt vel phlegmonodes, vel oedematoſum vel ſcirrhodes. Variolarum ſtadia ſunt quatuor, contagii nimirum, inflammationis, ſuppurationis et exſiccationis. Quando in variolis, ſaliuatione imminuta, oris tumorem non excipit manuum tumor, item pedum tumor, málum hoc recte iudicatur ſymptoma.

p. 167. Ad puris varioloſi regreſſum in ſanguinem, capitis tumorem et cutis tenſionem minuendam ſanguinisque reditum ex cerebro facilitandum ſuadet Noſter puſtularum perciſſionem. Quae fit decimo circiter morbi die et repeti debet. Puſtulae apertae, ſpongiis aqua tepida a lacte madidis bene ſunt abſtergendae. Ita enim corpus ab ingenti copia puris liberatur.

p. 196. Progreditur nunc Cl. Auctor ad febres lentas chronicas, quarum aliae benignioris indolis ſunt et ſaepe per annos aegrotos diuexant, donec ſub peſſimis ſymptomatis emaciati viribusque exhauſti pereant; aliae vero grauioribus ſtipatae ſunt ſymptomatis, neruos potiſſimum afficiunt atque plerumque circa vigeſimum primum diem, ſaepe tardius finiuntur. Priores appellat Noſter *lentas chronicas*, poſteriores *lentas neruoſas* febres. Calor poſt paſtum cum virium defectu ſignum pathognomonicum febris lentae conſtituit. Febris lenta differt ab hectica. Illa mitior eſt et a vitio humorum et incipiente mala diſpoſitione partium ſolidarum pendet: haec viſcus laeſum prodit cum calore continuo et acriore et ſymptomatis grauioribus. Cauſſa proxima lentarum cernitur in acrimonia humorum praeſertim ſeroſo lymphaticorum, quae ſolida ad motus febriles perpetuo irritat.

Ad

Ad inflammationes cum Noſtro progrediamur. p. 240.
In phrenitide ſymptomatica ab initio omni trihorio, vrgente feroce delirio, enema egregie iuuat. Vbi morbus vero deferbuerit, ab iis abſtinendum eſſe arbitratur, ne vires nimium debilitentur. Ophthalmiam, quae febrem inflammatoriam habet comitem, ſolummodo Noſter hic tractat, atque diuidit in externam et internam. Externa dicitur, quae tunicas oculi externas, coniunctiuam nempe, albugineam et corneam occupat. Interna vero, quae in retina, choroidea et vuea ſedem habet. Ad reuulſionem iuuandam inter alia et ſacculos, qui continent ſemen erucae in vino coctum, in nucha vel ſub axillis admotos ſuadet.

Anginae diuiſio in inflammatoriam et catarrho p. 249.
ſam ſufficere Noſtro videtur. Praeterea autem haec et anginae differentia Noſtro placet, qua diuiditur in tumidam et non tumidam. Prior, quam idiopathicam vocant, tumore quodam partium adfectarum ſe manifeſtat, minusque periculoſa eſt; poſterior vero, ſine vllo ſigno tumoris externi vel interni ab alio plerumque morbo praegreſſo efficitur et difficiliorem admittit medelam.

Nitrum quamuis magnam habeat efficaciam p. 288.
in morbis inflammatoriis; in peripneumonia tamen refracta doſi eſt exhibendum, ne ſtimulo ſuo noceat. Balſamica plus nocent, quam proſunt. Haec enim ſanguinem et humores incendunt et obſtructiones augent. Expectorantia dulcia raro in peripneumonia vtilia, imo potius nociua deprehenduntur. Opiata nunquam quidem hic proſunt, attamen ad tuſſim compeſcendam, qua ſanguinis floridioris profuſio ſuſtinetur vel vulneris conſolidatio retardatur, conueniunt in peripneumonia. Veſicatoria, dorſo et brachiis impoſita, in nimia pectoris oppreſ-

 ſione,

ſione, tuſſi et difficili excretione per ſputa profuiſſe, experientia confirmat. Iisdem quoque diarrhoeam feliciter ſaepe ſiſti, cuilibet rei perito notum eſt.

p. 298. Inter cauſſas occaſionales pleuritidis refertur aer frigidus, praeſertim per rimas anguſtas corpus exaeſtuans nudum afficiens.

p. 307. Veſicatoria in pleuritide ſunt applicanda, ſi, imminuta ſanguinis copia atque ita ſedato impetu febrili, nec in excretis putredine, apparente, dolor remaneat ſimul cum oppletione pectoris. Iuuant quoque in ſuris veſicatoria in contumaciſſimo alui fluxu, quo ſaepe exhauriuntur pleuritici. Alias veſicatoria et omnia quaeque remedia, quae irritant, calefaciunt et impetum augent, vt in omni morbo inflammatorio, ſic in pleuritide nocent. Validiora narcotica in pleuritide reiicit; febre autem ſopita, praeſentibus vigiliis et dolore, leniora, vt flores papaueris rhoeados, ſemen papaueris albi, permittit Cl. Auctor. In pleuritide ſpuria cucurbitulae cum ſcarificatione, lateri adfecto appoſitae, ſaepe ſubito malum tollunt.

p. 312. In paraphrenitide laudantur enemata emollientia frequenter immittenda, quia colon, ita repletum, diaphragmati vicino dat fomentum blande reſoluens.

p. 322. In ſplenitide ſaepe ſtillat ex nare ſiniſtra ſanguis. Refertur itaque inter ſigna huius morbi.

p. 334. Tranſit quidem inflammatio ventriculi, vt reliquae viſcerum inflammationes, in ſanitatem, ſuppurationem, gangraenam, ſcirrhum; hoc tamen habet peculiaris gaſtritis, quod a veneno fortiori ſumto vel potu gelidiſſimo, corpori aeſtuanti affatim ingeſto, orta, ſubitam, conuulſionibus acceleratam, afferat mortem.

In

In enteritide Noſter ob metum gangraenae omnia valentiora remedia purgantia mittit, clysmataque leniſſima, vt ex aqua pluuiali, ſyrupo de althaea et nitro depurato, ne ſtimulo malum adaugeatur, ſuadet. In periculoſi morbi ſtatu inflammatorio quoque acetum, cum calida mixtum et ſub forma clysmatis iniectum, profuiſſe experientia docet. Febre, dolore et ſpasmo ſopitis, in locum relaxantium et emollientium ſubſtituenda ſunt neruina et roborantia, inprimis tinctura et ſal ſuccini. p. 347.

Ad praecauenda veſicae vitia aquae minerales Selteranae cum vel ſine lacte conducunt. Caueant veſicae morbis obnoxii lacticinia, vinum Rhenanum et vina, quae habent tartareum acidum, refrigerium, inprimis inferiorum partium et opiata, quae valde nocent neruoſarum partium inflammationi. p. 352.

Cum opium circulum humorum manifeſte augeat ſanguinemque rarefaciat, haemorrhagias illud potius promouet, quam impedit. Interim tamen opium conducit iis haemorrhagiis, quae a ſpaſtica partium remotarum ſtrictura vel ſtimulo in loco affecto proficiſcuntur, praemiſſis remediis ſedantibus. p. 367.

Haemoptyſis mutatur facile in phthiſin pulmonalem, ſi illa adſtringentibus fortioribus, vel aqua frigidiſſima largiter hauſta, fuerit ſuppreſſa. Pars enim ſanguinis grumoſi, in pulmonibus relicti, facile putreſcit et in ſaniem conuerſa, vicina erodendo phthiſin pulmonalem inducit. Ad hunc euentum praecauendum inter alia ſolita remedia Noſter compertam habet frequentem inſpirationem aquae tepidae. p. 384.

Proxima cauſſa vomitus cruenti a multis in laeſione vaſorum breuium venoſorum ponitur; Cl. p. 391.

Auctor autem arbitratur, per haec vaſa vel nunquam, vel raro ſanguinem effundi. Motus ſanguinis in venis retrogradus, ſitus vaſorum breuium inter tunicam membranaceam et muſculoſam ſatis docent, ex iis in ventriculum effundi non poſſe, niſi vaſa haec ipſa et ſimul interiores ventriculi tunicae fuerint disrupta vel eroſa. Hac vero poſita conditione, vomitus cruentus vel nunquam, vel raro ſaltem ſanaretur. Quod cum experientiae repugnet, vix probabile eſt, per vaſa breuia ſanguinem in ventriculum effundi.

p. 393. Quapropter ſi vomitus cruentus ex magno et corrupto liene deriuandus eſt, vt plurimum periculum portendit, quia indicat, vaſa brevia atque membranam interiorem ventriculi eſſe rupta. Periculoſior eſt ille ex obſtructo hepate, ſi ſanguis poros biliarios relaxatos intrat atque ex his per ductum choledochum in duodenum, ex hoc partim in inteſtina inferiora, partim in ventriculum defertur. Excernitur enim in hoc morbi ſtatu ſanguis ater, ſpiſſus atrabilarius et pici ſimilis per os et aluum et periculoſum morbum Hippocraticum ſiſtit.

p. 411. Immodico fluxu vterino laborantes, eo durante ſitum in lecto, natibus per puluinar ſuppoſitum eleuatis, ſeruent tranquillum.

p. 413. Finit Cl. Auctor morbos hos circuli ſanguinei haemorrhoidibus, deque iis nimiis hic potiſſimum agit, cum alia occaſione de haemorrhoidibus in genere Germanico idiomate libellum vulgavit. Nimius hic fluxus debilitat et ſubinde cachexiam hecticam et hydropem generat. Facilius curatur ille, ſi oritur a ſolo vitio ſanguinis abundantis, acrioris, tenuioris vel ſpiſſioris, ac ſi ab obſtructione viſce-

rum

rum ſcirrhoſa, inprimis hepatis et ab atonia vaſorum pendet.

Profluuium hoc ortum a laxitate vaſorum, praecipue inteſtini recti, ſaepe curatur ſolo vſu rhei diuturno, paruis, ſed repetitis doſibus, aquis Pyrmontanis et Spadanis, lactisque ſero chalybeato. p. 417.

XII.

Sechs ſeltene anatomiſch-chirurgiſche Wahrnehmungen, geſammlet und herausgegeben von CHRISTOPH GOTTLIEB BÜTTNER, *der Arzneygelahrheit Doctor etc. mit 7 Kupfern. Königsberg, bey Gottlieb Lebrecht Hartung* 1774. 4. *Seit.* 76 *und* 28.

i. e.

Sex rarae anatomico-chirurgicae obſeruationes, collectae et editae a CHRISTOPHORO GOTTLIEB BÜTTNER, M. D.

Iam alibi *) de Noſtri aſſiduitate atque ſtudio dedimus documenta, et hic nouum addimus.

1) Obſeruatio de exoſtoſi ad maxillam inferiorem. p. 1. Appellat Noſter excreſcentiam ſpongioſo-cavernoſo celluloſo oſſeam, et refert eam ad exoſtoſes benignas, quoniam nulla humorum impuritas eam progenuit. Subinde creuit hic tumor et lapſui in ſexto aetatis anno debetur. Pondere aequabat vncias quinque totidemque drachmas. Maceratione facta et exſiccatione inſtituta, haec fungoſa excreſcentia pondere vnciae vnius et dimidiae erat.

Creuit hic tumor a ſexto vsque ad decimum p. 12. ſeptimum annum, abinde non amplius. Hoc deriuat

*) vid. comm. noſtr. dec. II. ſuppl. II. p. 323. it. Vol. XVII. p. 526. it. Vol. XVIII. p. 350.

riuat Noſter ab imminuto humorum affluxu, partim ob nactam maxillae integritatem, partim ob augmentum corporis omnino, quod plus ſanguinis poſcit. Inde igitur factum eſt, vt per tres annos amplius non creſceret tumor. Dein feliciter hic tumor, qui icone repraeſentatur, exſciſſus et virgo penitus eſt ſanitati reſtituta. Lingua enim balbutiens non potuit corrigi ob ſeptem dentium defectum.

p. 17. Additis dein aliis exemplis exoſtoſium ad maxillas, quarum et icones adiecit, putat Noſter, has excreſcentias non eſſe reuerſuras.

p. 18. 2) Obſeruatio de felici 1771 inſtituta lithotomia in ſexageſimo et quinto aetatis anno, qua vir calculo ex veſica vrinae eſt liberatus. Inquirit hic Noſter primum in naturam, dein in originem calculi et denique loca, quibus calculi generantur. Erat calculus, vti ex icone apparet, ſatis magnus, oualis, quatuor vnciarum pondere. Lithotomia idcirco erat operoſa et difficilis.

p. 44. 3) Obſeruatio de rupto liene ſine externa laeſione lapſu ab alto, in viro, et de hepate ſeparato a diaphragmate; et de rupto pulmone dextro in puella, decem annorum, quae carpento laeſa eſt, pariter ſine vlla contuſione externa. Ambo deſierunt viuere.

p. 55. 4) Obſeruatio cariei in maxilla inferiori dextrorſum, quae die 22 octobris 1773 feliciter, nec adeo cum doloribus ſeparata eſt. Gena dextra autem craſſior eſt adhuc ſiniſtra. Ceterum calli generatio plena facta et vulnus iuſte eſt clauſum. Addit hic praeterea exemplum ex actis nouis phyſicis academiae naturae curioſorum *), a Cl. CONSBRVCH collectum, vbi de vlcere cancroſo cum carie

*) v. Vol. V. obſ. 21. p. 74 ſeqq.

rie oſſis temporum in puero decem annorum quaedam tradit. Exfoliatio iuſta ſubſequuta eſt et vlcus ſanatum.

5) Obſeruatio de rupto tumore ſubduro ſub vmbilico per tuſſim et ſternutationem, e quo calculi ſunt elapſi. Erant calculi triginta et octo, quorum duos perquiſiuit Noſter, qui ponderabant grana ſeptem, et vnum fractum quatuor granorum pondere. Sunt rotundi, plerumque inaequaliter quadrangulares, ſuperficies horum calculorum eſt lata, non aſpera, ſed plana, laeuis et ſplendens, magnitudine aequant piſa minora. Color eſt flauus, maculis nigris turbatus. Externae firmiores et denſiores, quam internae lamellae eorum, quarum nouem numerat Cl. Auctor, erant pingues, oleoſae, pellucidae, ſplendentes, tenaciores autem, quam nucleus, qui lamellis deſtitutus, erat friabilis. Haec ſigna Noſter refert ad demonſtrandum, hos calculos eſſe felleos. Praeterea eos comparauit cum felleis et omnia ſigna reperit. Hi calculi per duodenum in ieiuno collecti, inflammationem et ſuppurationem effecerunt. Vulnus hactenus eſt apertum et timendum eſt de fiſtula, quae ſolet remanere in eiusmodi caſu, vti obſeruatum eſt *). Laxantia cum excrementis nullum calculum eduxerunt. Die 14 nouembris 1773 laxans eſt datum, nec calculus per anum eſt euacuatus; altero die autem poſt, rurſus calculus per vulnus prodiit. Finiunt hanc obſeruationem aliorum virorum, vt VALISNERI, BLANCARD, CHESELDEN exempla, eundem caſum ſpectantia. p. 66.

6) Obſeruatio rari et curioſis ſymptomatis ſtipati morbi, qui durauit tres per annos et menſes p. 76.

*) v. Mém. de l'Acad. de Chirurgie Tom. I. p. 298.

ſes quatuor, in virgine annorum viginti et nouem. Laborabat obſtructionibus aluinis, febrilibus acceſſionibus, lipothymiis, anxietatibus et pectoris doloribus, vomitu per annum, mox aſthmate ſpaſtico, mox tenſionibus ſpaſticis in capite atque conuulſionibus, ſaliuatione per quinque ſeptimanas ante mortem. Haec varia ſymptomata nonnullos medicos, quos conſuluerunt amici aegrae, turbarunt; ideoque aliter atque aliter ſenſerunt. Sectio vero cadaueris monſtrabat ſitum viſcerum abdominalium irregularem, inprimis ventriculi, quo hae anxietates et ſpaſticae contractiones cum neruoſa debilitate ſumma ortae ſunt. Atque nos inprimis miramur, menſtrua huius aegrae inter tot ſymptomata huius maxime complicati morbi rite et iuſte plerumque fluxiſſe.

XIII.

Specimen medicum inaugurale de contagio varioloſo ex obſeruationibus indagato, Auctore GERARDO NIEROP, Yſaloſtadienſe. Lugd. Bat. apud Ioannem le Mair et Andream Coſter 1774. 4. pagg. 69.

Continet hic liber academicus multas lectu dignas res, partim a Noſtro ex optimis quibusque Auctoribus collectas, partim ab Eo ipſo, qui ſaepe nactus eſt occaſionem morbum varioloſum attendendi, obſeruatas. Antequam vero ſuas obſeruationes enarrat, quinque capita praemittit, quorum primum agit de morbi varioloſi ſymptomatis atque decurſu; ſecundum ſpectat contagium varioloſum; tertium de praediſponente conditione ad variolas tractat; quarto in capite diſſeritur de contagii varioloſi epidemica conditione, et quintum inquirit in malignitatem, vim venenatam atque

fallaciam

fallaciam morbi varioloſi epidemici. Finit denique hanc diſſertationem mantiſſa obſeruationum. Nos quaedam, vti ſolemus, exempli loco deligamus.

Morbis contagioſis, vt varioloſis, morbilloſis, ſcabioſis, peſtilentialibus, putridis acutis, exanthematicis, petechialibus ratione contagii, aliquid inter ſe commune eſſe et eos tantum contagii gradu differre Noſtro videtur. p. 11.

Variolae artificiales ſunt verae. Ipſae enim eadem ſua ſtadia ac decurſum habent, quae variolae naturales benignae, pollent praeterea quoque vi contagioſa. Nam materies ex inoculato ſumta et in alterius nunquam variolati corpus deducta, ſuo tempore iterum producit variolas; imo conſtat novies ſucceſſiue ex inſito in corpus, quod variolas non paſſum erat, materiam inſertam fuiſſe, et continuo verum morbum varioloſum produxiſſe. Vidit ipſe Noſter ſaepius materiem varioloſam ab inſitis deſumtam veras variolas per traducem in aliis excitaſſe, quandoque etiam ſatis copioſas, ſemel in puero quam plurimas. p. 19.

Contagium varioloſum cum per ſe non multo maiori inficiendi gaudeat vi, quam ſcabioſum, venereum aut aliud analogum, operae pretium eſt inueſtigare diſpoſitionem ad variolas. Colligit itaque ex multis argumentis, hic a nobis mittendis, contagium varioloſum agere non minus in ſolida, quam in fluida; adeoque ſolam mutationem in his, inductam a fermentatione aliaue quacunque cauſſa, non ſufficere ad variolas excitandas. Contagium igitur varioloſum non ſolos humores inſtar fermenti alioue modo infectat, ſed et ſtimuli inſtar ſolida afficit. p. 26.

Morbum varioloſum eſſe haereditarium concedit Noſter et exemplis probat. Analogia aliorum morborum contagioſorum plus ſemel homines in- p. 38.

 feſtantium,

feſtantium, exemplis Cll. Auctorum aliisque atque aliis argumentis ductus ſtatuit Noſter, fieri poſſe variolarum naturalium reditum, nec eum negat in artificialibus. Quapropter et reditus variolarum poſt implantationem nihil facit contra commodum inſitionis.

p. 44. Solum contagium ſine diſpoſitione non ſufficit, vt homo variolis laboret. Praeſente vero diſpoſitione ad variolas, per proximum contactum naſci quidem poteſt morbus varioloſus, nondum tamen vniuerſalis ſiue epidemicus, ſed ſporadicus. Requiritur igitur tertium quid ſingulare, quod faciat, vt contagium vniuerſalius affectet, vel vt diſpoſitio magis ad concipiendum miaſma excitetur et apta reddatur. Atque illud vel in aere aliisue rebus non naturalibus, quae generalis ſunt vſus, vel in corpore humano quaerendum eſſe, videtur concludi debère; in quonam autem horum, vix determinare auſit Noſter.

p. *61.* Ex obſeruationum, a Noſtro hic additarum, quinta et ſexta apparet, variolas, poſt implantationem, licet bis repetitam, non ſubſecutas fuiſſe: quamuis haec puella cum fratribus, variolas ex inſitione paſſis, non ſolum in iisdem aedibus, ſed in eodem cubiculo vixerit, praetereaque acceſſerit ipſa ad puerum copioſis variolis correptum.

p. *66.* In decima obſeruatione inoculationis exempla enarrantur, quae docent pus variolarum artificialium aeque facile variolas deriuare, quam naturalium.

XIV. IOAN-

XIV.

IOANNIS DAVIDIS HAHNII oratio de vſu venenorum in medicina, habita VII. calend. aprilis 1773, cum magiſtratu academico ſecundum abiret. Trai. ad Rhen. ex officina Abrahami van Paddenburg, acad. typograph. 1773. 4. pagg. 128.

Duo ſunt principalia venenorum genera, quae conſiderari a medicis debent, vnum corporale eſt, alterum corporis expers. Corpore praedita venena ſunt res naturales vel ex his, ſiue integris, ſiue corruptis conflatae aut extractae, habitu, forma, viribus valde diſcrepantes; ſed hactenus coniungendae, quod naturae humanae facultates ſuperent, neque in materiem corpori nutriendo aptam conuerti poſſint, quin imo vitae ac ſanitati ocius ſerius vehementer noceant, factis in homine mutationibus, quae per cognitas mechanicae leges explicari nequeunt. p. 11.

Ad vnum genus pertinent hae quatuor ſpecies. Primo multa ſunt et haec quidem ceteris ſubtiliora atque velociora, quae cum ſpiritu attracta caput aut pulmones extemplo feriant et ſubitiſſimas ſaepe mortes producant. Sunt deinde, quae, corpori extrinſecus illita, dum inuiſibiles claudunt vel permeant poros, internas partes laedant. Pleraque eiusmodi ſunt, vt corpus non male afficiant, niſi cum cibo, aut potu in ventriculum peruenerint. Sunt denique, quibus ore aſſumtis nulla ſit nocendi poteſtas, quae tamen, ſi per venam, ferro, morſu alioue modo apertam ſanguini admiſcentur, incredibiles turbas faciant. p. 12.

Alterum vero genus venenorum dixit Noſter corporis et materiae expers eſſe, propterea quoniam p. 14.

niam ab animo conturbato ſuoque impetu corpus exagitante proficiſcitur. Sunt haec potiſſimum animi commotiones nimiae, gratae aeque, pariter ac ingratae. Exempla pudoris, terroris, irae cet. improuiſae e. gr. circumforanei cura epilepſiae per improuiſas verberationes et terrores, a Cl. Auctore commemorata, ſunt nobis mittenda.

p. 39. Vſus medicus venenorum teſtantibus DIOSCORIDE, PLINIO, CELSO, imo HIPPOCRATE, veteribus iam notus eſt. Cicutam ſuaſit HIPPOCRATES. GALENVS mandragorae ſuccum in locum opii ſubſtitui poſſe monet Aconitum contra ſcorpionum ictus et inter externa oculorum medicamenta leuandi doloris gratia a DIOSCORIDE et PLINIO laudatur. Alia exempla, rem, quam tractat Noſter, illuſtrantia et confirmantia, hic collecta inueniri poſſunt.

p. 90. Pathologiam animatam, a cuius parte non videtur ſtare, arbitratur Noſter occaſionem dediſſe medicis, hac doctrina imbutis, venena, frequentius velut ex officio et quadam neceſſitate in multis morbis adminiſtrandi. Hunc igitur ad finem radices veratri et napelli, ſemina nigellae, aquilegiae, ſtaphidisagriae, porro ſabina, cocculi cet. in multis morbis animoſius adhiberi coeperunt.

p. 109. Hic inquiritur, num ars medica venenis carere queat? Acutiſſima haec arma, peritis manibus tractata, magnam vim exſerunt magnisque in morbis interdum vtiliter adhibentur. Et quemadmodum ars medica ferro et igne et venenis incorporalibus, ſic quoque toxicis nonnunquam indiget. Quapropter quidem iis in arte facienda nolit omnino carere, attamen diſſimulare non poteſt Noſter, operoſam venenorum agitationem, quam multi cum ſum-

mis

mis laudibus facere ſolent eorumque familiarem adminiſtrationem ei diſplicere. Suadet idcirco cautum eorum vſum.

XV.

Obſervations ſur le cacao & ſur le chocolat. Où l'on examine les avantages et les inconvéniens, qui peuvent réſulter de l'uſage des ces ſubſtances nourricieres. Le tout fondé ſur l'experience et ſur les récherches analytiques de l'amande du cacao. Suivies de reflexions ſur le ſyſtême de Mr. DE LAMURE, touchant le battement des arteres. A Paris, chez P. Fr. Didot jeune, libraire, M DCC.LXXII. 8. pagg. 144.

i. e.

Obſeruationes de cacao et de chocolata.

Huius libelli Auctor ignotus omnem dedit operam, vt notiſſimam gratiſſimamque potionem iſtam Arabicam, chocolatam dictam, cuius baſis eſt fructus *Theobromae Cacao* LINN., variis chemicis, vbicunque experientia niſis, tentaminibus ab aliorum opinionibus liberaret, quae parte prima enarrat; eiusque vtilitatem vna cum damno ex rationibus chemicis, anatomicis et phyſiologicis parte altera confirmaret; quem quidem ob varias obſeruationes partim nouiſſimas lubenter legimus.

Capite primo huius plantae hiſtoriam Cl. Auctor Pars. I.
tractat botanicam, eiusque locum natalem. In p. 1.
arbore vno eodemque tempore ſemper folia, flores ac fructus inueniuntur. Fructum autem vulgari *Cucumeri Meloni* ſimilem eſſe cenſet, continentem

15—

15-25 cacao ſemina.*) Etſi huius arboris tantum vnam ſpeciem, cuius fructus, quoad locum natalem, magnitudinem, pondus ac qualitatem multum inter ſe differunt, inuenit; tamen plerumque ob hanc diſcrepantiam in tres ſpecies diuiduntur a mercatoribus.

p. 7. Illi, qui ſub nomine *de Caraca* venduntur, optimi cenſentur. Omnium fructuum hae amygdalae maximam olei expreſſi praebent quantitatem, qua-
p. 11. rum oleum ſaporem amygdalis ex inſula *Barbados* et *Antillanis* inſulis ſuppeditat minus amarum. Fructus cacao ſicciſſimo loco, cum alias facile corrumpantur, ſunt conſeruandi. Toſtione modice inſtituta atque decorticatione peracta, in puluerem groſſum comminutae amygdalae prelo calefacto tradendae, oleum tali modo elicitum, refrigeratum craſſeſcens, conſiſtentiae cauſſa butyrum dictum, poſt octodecim annorum interuallum, ſaporem ſuum recentiſſimum ac gratiſſimum minime perdidiſſe, neque fieri rancidum, per experientiam probat. Chocolatae, cuius praeparationem docet, iſtam tribuit virtutem; nempe poſt 30-40 annorum ſpatium adhuc fuiſſe incorruptam: quod autem nos per experientiam aliter ſcimus. Attamen indicat Auctor, ſe inueniſſe chocolatam leni mucore, tamen nec ſapore, nec odore mutato, ſuperinductam, quam culpam hoc loco recte ſaccharo adſcribit. Oleum ex maturis atque recentibus amygdalis Americanis expreſſum, vbi loco olei et butyri vulgaris in vſum culinarem adhibetur, quoad conſiſtentiam maxime differt ab oleo Europaeo.

Tenta-

*) In Hygiene dogmatico-practica rationem conſeruandae ſanitatis corporis humani cum variis artis medicae ſupplementis ita exponente, vt lectoribus quibusuis vtiliter inſeruire queant,) Francofurti et Lipſiae 1757. 4.) 30-40 amygdalae in ſingulis ſiliquis numerantur.

Tentamina, ab aliis celeberrimis Auctoribus inſtituta, capite ſecundo Noſter enarrat. p. 15.

Capite tertio ſua ob oculos ponit Auctor experimenta; quibus paſſim alios Auctores refellere conatur. Vncia vna cacao per coctionem drachmas tres grana quadraginta duo olei exhibuit, quod pondus, ſale alcalino addito, fuit auctum. Spiritus per retortam ſtillans, aromaticus, acidulus, amaricans et tantillum empyreumaticus, chartam iſtam coeruleam ad rubedinem diſponebat. Cum ne puluiſculum quidem ſalis volatilis acciperet, RAII et LEMERY opinionibus repugnat. CAYLI duo oleorum genera quoque ſe oſtenderunt; facillime autem ſuper ignem fuſa, in vnum ſunt redacta. Oleum vna cum cum ſpiritu per retortam aqua affuſa deſtillans, oleum volatile aethereum, ambrae odorem, et volatilitatem olei animalis DIPPELII aemulans accepit, quod cum BOERHAAVE ſpiritum rectorem de cacao appellat. E capite mortuo, in cineres redacto, ope magnetis particulas ſeparauit ferreas. Extractione cinerum filtrata, et ad cuticulam vſque euaporata, nitidas particulas, talco ſimiles, obſeruauit. Lixiuium ad ſiccitatem vſque euaporatum, deliqueſcebat. Cum hoc lixiuio varia adhuc tentauit, ſed nullius momenti. p. 18.

Experimenta cum corticibus fructuum inſtituta, capite quarto indicat. Spiritus praecedenti modo acquiſitus ſubruber chartam coeruleam rubefaciens, quod cum ſpiritu fructuum ipſorum non fit, olei aetherei ac empyreumatici odorem ſpirauit. Ad finem ſal volatile concretum, a RAIO et LEMERY quidem affirmatum, ſed a CAYLO negatum, vidit. p. 44.

Capite

p. 52. Capite quinto comparationem cum cacao et coffea inſtituit, inprimis cum eius butyro, quod eodem modo fit craſſum. Spiritus coffeae, odorem butyri cacao imitans; aciditate tamen ſpiritum cacao ſuperat. Sal coffeae caſtorei odorem praebet quoque ſublimandum, ſed ſal cacao eſt fixum.

Pars. II. p. 55. In partis ſecundae primo capite cacao et chocolatae effecta in partes ſolidas et fluidas diſquiruntur. Maxima differentia in oleoſis partibus eſt quaerenda, quae in omnibus aliis fructibus quam facillime rancidae fiunt. Butyrum cacao cupreae inditum laminae menſe praeterlapſo, non induit colorem virideſcentem. Ferrum et chalybem politum hoc oleo a ferrugine liberare tentauit, quod ex voto euenit. Porro magna encomia, quoad vſum medicum, Cl. Auctor chocolatae tribuit. Proficiſcentibus, qui ob defectum tenui victu vtuntur, eandem optime commendat. Teſtante Patre LABAT, Americae incolae chocolata indies veſcuntur. CAYLVS aromatum admixtionem interdicit. Chocolatae cum vetuſta ſit, qua nos fruimur, minime iſtae vires ſunt adſcribendae, quam, quae Americae paratur: ibidem enim non craſſeſcere; craſſitiem vero in nonnullis mali effecti eſſe cauſſam. Quam ob rem conſilium praebet, quo hoc oleum fluidum fiat. Frigida chocolata, ſiue ſit cum lacte, ſiue cum aqua praeparata, ſiue male mixta et in ſpumam non redacta, minime ſumenda: digeſtionem enim impedit.

p. 93. De vſu chocolatae in morbis chronicis capite ſecundo tractatur. Hanc potionem Arabicam cum cortice Peruuiano comparat. Duo refert exempla, quod febricitantes ſola chocolata cum aqua parata reſtaurati ſint.

Capite tertio Cl. Auctor de chocolatae detrimento agit: eamque prohibet illis, qui gulae indulgent, carnibus veſcuntur ſuccoſis, et vita tranquilla vtuntur, vt et obeſis, vbi nunquam immediate poſt prandium ſumenda ſit. Tempore matutino chocolata vna cum pane, praecipue toſto, digeſtionem prorſus prohibens, non eſt ſumenda; inde quam ſaepiſſime ingrata effecta oriri dicuntur. Chocolata cum aqua cocta et in ſpumam redacta, illi cum lacte praefertur. Proficiſcentibus militibusque vnciae tres, cum vnciis octodecim aquae feruentis, in ſpumam bene actae, ſumptae, per viginti quatuor horas, cum pane carent, ad vitam ſuſtinendam ſufficiunt. Exoptat, vt cacao absque vllo addito ſaccharo ex America ad nos in tabulis, ſimul ac meſſis ſit finita, deducatur. Vt ſpumeſcentia augeatur, vitellum oui conſultat. Paratio in vaſis metallicis, vt et aromata admixta prorſus ſunt deteſtanda. p. 112.

Chocolatam tamquam vehiculum purgantium gratiſſimum, ſaporis occultandi gratia, quorum effectus non minuantur, capite quarto laudat. Pellicula cacao a nonnullis, quaſi noxia, at ex inſcitia, ſeparatur. Per analyſin Auctor demonſtrat, hanc eandem praebere virtutem, quam cacao. Drachmae duae pellicularum, in ſex vnciis aquae feruentis coctarum, ſufficiens ſacchari quantitas admiſcenda, potionem dat gratiſſimam, quae quoque cum lacte ſorbeatur. Ex defectu partium butyroſarum magis digeſtionem promouet. Ex pelliculis tantillum ſalis volatilis ſeparauit. p. 122

Sub finem affirmat, ſe chocolatae et cacao virtutes non extolliſſe, monetque, ne corrupta vilisque chocolata aegrotis exhibeatur, atque a mangonizantibus amygdalas dulces, ſeuum hircinum, farinamque toſtam admiſceri ait. p. 127.

p. 130. Addita diſquiſitione refutare conatur Anonymus ſyſtema Cl. LAMURE, quod in hiſtoria academiae Pariſinae exſtans a nobis tum indicabitur. Tribuit LAMURE pulſum arteriarum ſoli motui ſpaſmi, qui ſit actione ſanguinis determinatus, vt irritet membranas nerueas muſculoſasque vaſorum. Eſt Anonymus aliorum Phyſiologorum, vt HALLERI, FERREIN, SENAC, IADELOT, etc. ſententiae, quam pluribus defendit.

XVI.

Berliniſche Sammlungen, zur Beförderung der Arzneywiſſenſchaft, der Naturgeſchichte, der Haushaltungskunſt, Cameralwiſſenſchaft und der dahin einſchlagenden Litteratur. 1*ter Band.* 1—6*tes Stück. Berlin, bey Joachim Pauli* 1768. 8. 1 *Alph.* 20 *Bogen.* 2*ter Band* 1—6*tes Stück. ib.* 1770. 1 *Alph.* 19 *Bogen.*

i. e.

Collectanea Berolinenſia, ad promouendam medicinam, hiſtoriam, naturalem, oeconomiam, et ſcientiam cameralem ſcripta. Vol. I. II.

Acceptam Lectoribus fore huius libri perutilis, et res, notatu digniſſimas, continentis, breuem epitomen iudicamus. Quodlibet volumen e ſex partibus componitur: tractatus, ad diſciplinas, in inſcriptione indicatas, pertinentes, hic occurrunt, et translationes, tum denique nouorum librorum breves recenſiones. Propter breuitatis vero ſtudium nos earum tractationum tantum hic mentionem faciamus, quae ad nos propius ſpectant, nouas, vel perraras obſeruationes continent, neque a nobis adhucdum indicatae ſunt; reliquas prorſus omittentes.

2) OTHO-

2) OTHONIS FRIDERICI MÜLLERI *de nouo zoophyto tractatio, regiae academiae ſcientiarum 1764 praelecta.* Fimum equinum obtectum inuenit corpuſculis ouatis cryſtallinis, quae mucori ſimilia, firmiora tamen erant, apice nigro, capitulo punctata, pedicello tenui inſidentia. Pedicelli vel recti, vel curuati erant, quod Noſter a niſu ſe liberandi deriuat. Microſcopio vidit globuli partem ſuperiorem atque baſin flaueſcere, atque exinde vaporem pellucidum aſcendere, totumque globulum obſcurare: eumque augeri continuo, totumque globulum flaueſcere, donec omnes cryſtallinae plantulae poſt meridiem euaneſcerent: ſimul vidit flaveſcentia corpuſcula, fungis ſimilia. In multis globulis album admodum, tenuem tamen vermem reperit, in globulis hinc illinc lente ſerpentem. Altero die, poſtquam euanuerant illi, denuo animaduertit, cryſtallinas plantas, paullo minores, omniaque exhibebant prioris diei phaenomena: isque ortus et interitus horum corpuſculorum per quosdam annos a Cl Auctore eſt obſeruatus. Exinde ſequi putat, non omnia corpora naturalia, a trium regnorum limitibus circumſcribi poſſe: verum eſſe, quae ab illis plane ſint diuerſae naturae. Pars. I. p. 41.

3) *Obſeruatio de veſpertilione Surinamenſi* (V. *Spectro*, LINN.) De ſanguinis ſuctione horum animalium, ſat nota, agitur, affirmaturque morſu et venaeſectione hac, modo non ſit nimia, vehementer releuari homines: vulnere facto, atque a ſuctione remittente animale, ſanguis fluere pergit, ad deliquia, imo ad exanitionem vaſorum. p. 54.

4) *Tabula eorum, quae a ſociis ſocietatis apiariae Luſaticae, aliisque ſint disquirenda.* p. 58.

6) *Obſeruatio de vi mercurii dulcis in parua doſi inueterata in arthritide venerea, a gonorrhoea mul-* p. 83.

tum ante male curata etc. Mercurii dulcis et ſulphuris antimonii aurati ana grana duo, camphorae granum vnum, lapidum cancrorum praeparatorum drachmam dimidiam; M.F.Pulu. Hunc puluerem ad ſaliuationem arcendam verſus veſperam alterius diei aegro exhibebat medicus, nihilominus tamen, etiamſi et camphora addita eſſet, ſaliuatio non poterat impediri, nec cedebat laxantibus. Aeger vero ita ſanitati reſtituebatur: monetur hic, mercurium dulcem in parua doſi eſſe exhibendum ob inſignés vires mercurii.

p. 90. 7) *Sympatheticum remedium contra verrucas in manubus et facie.* Sumitur caput occiſae anguillae et illinuntur eius ſanguine hae verrucae, naeui et clavi. Non abſtergitur ſanguis ante, quam ſicceſcat et caput illud terrae committitur ita, vt nequeat effodi.

p. 96. 8) *Breuis hiſtoria naturalis* Anatis molliſſimae LINNAEI.

Pars. II. p. 13. 1) *Conſilium de ratione, qua cultura ſerici commode poſſit, cum parua copia eiusdem adſit, et a ruricolis inſtitui.*

p. 143. 3) *Cautiones circa merſos.*

p. 162. 4) *Decretum medicorum et chirurgorum Hamburgenſium in emolumentum pauperum aegrorum.*

p. 186. 8) Ill. GLEDITSCH *tentamen, fungos in cera fundendi.* Omnino vtilem facilem et amoenam hic detectam eſſe methodum fatendum eſt. Res in eo conſiſtit, vt gypſum ad formas fungorum adaptetur, quod, ſi fungi prius oleo oliuarum illinantur, vbique facile fieri poteſt: deinde cera in has formas fundatur. Atque ſic fungorum imago, vel coloribus illuſtrata, vel ſine illis, eorumque ſtructura

optime reſeruatur. Affirmant Auctores huius diarii, Ill. Auctoren etiamnum continuare in perficiendo magis hoco egregio inuento.

1) *Obſeruatio de notatu digna obſtructione aluina a polypoſa concretione a 5. ianuarii uſque ad 18 februarium.* Inter alia remedia multa inprimis conducebat candela ceracea, quae quotidie applicabatur eaque craſſior ſubinde ſumebatur. Dein curua cannula clyſteres immittebantur. Atque ita his ambobus remediis aluus adeo aperiebatur, vt ſedantibus remediis opus eſſet. Integra igitur videbatur paullo poſt vti valetudine: poſtea vero repente apoplexia moriebatur. Noſter quaerit cauſſam aliquam mortis in nimia ac celeri repletione corporis debilis per alimenta. Siniſtrum latus cadaueris erat coeruleum. Abdomine aperto, inteſtina ſola morboſa erant. Extus in iis varices, intus aphthae conſpiciebantur. Tunicae inteſtini recti ſolito craſſiores erant, et ibi, vbi polypus haerebat, craſſities erat digiti minimi. Concretio haec polypoſa eminebat ad pollicem dimidium et adeo anguſtum canalem, vt aegre digitus poſſet immitti, reddebat. Saccus huius concretionis erat ipſum nimis ampliatum inteſtinum rectum. Pars III. p. 223. p. 238.

2) *De foecundatione floris a polline.* Quae viſa ſint in flore *Cacti flabelliformis* LINN. enarrantur. In germine nempe ope microſcopii ſe obſervaſſe dicit Anonymus, latere centenos quaſi embryones, matri omnino ſimiles, atque in ſtylo medio eſſe meatum, quo pollen in germen ducatur. p. 241.

3) *De generationis modo Pleuronectis Soleae* LINN. Confirmatur, quae DESLANDES dixit, oua huius piſcis adhaerere caudae cancri cuiusdam marini (*Salicoques* Gall.), atque non, niſi illic, euolui. p. 249.

p. 253. 4) *De noxa, tonitru tempore, campanis ſonum excitare.*

p. 260. 5) *Super ſenſibus meditationes.* Animalium cum hominis ſenſibus comparantur: negaturque, animalia ſenſibus homines antecellere.

p. 287. 11) *De marga tractatus.* Vſus eiusdem in foecundatione ſoli monſtratur, indicanturque eius differentiae.

p. 303. 14) *Zoophytum* atque *Piſcis* ingentis magnitudinis breuiter deſcribuntur, non tamen ſatis definiuntur, vt, quaenam ſint, determinari poſſit. Tum de docilitate et manſuetudine apum diſſeritur.

Pars IV p. 334. 1) *De hydrophobia, quae ab ira vehementi orta eſt.* Mulier intra triduum haec mortua eſt. Hydrophobiam, etiamſi mania deerat, appellat, quoniam aegra omnia fluida reſpuit, et idcirco cum AVRELIANO hygrophobiae nomen praefert. Non ſemper pendet hic morbus a morſu animalis rabidi. Oritur non raro a phrenitide, melancholia cet. Finit hanc tractationem relatio de inſtrumento contra anguſtationem oeſophagi, quod cum excutia ventriculi ſimilitudinem quandam habet.

p. 349. 2) *De ratione, qua oriantur cochlearum teſtae et colores.*

p. 378. 5) *Breuis Simiarum hiſtoria naturalis*, lectu amoena. Inter alia affirmatur, carere Simias oſſiculis auditoriis, ſtapede, incude et malleo.

p. 387. 6) *Simiae Mormonis* ALSTROEMERII deſcriptio, et icon. *)

Pars. V. p. 443. 1) *Excerptum ex libro, Theoria ſyſtematis animalis inſcripto* (*Theorie du Syſteme animal. à Leyde* 1768.)

*) v. comm. noſtr. Vol. XV. p. 525.

1768.) Demonſtrari in eo oſtenditur, omnia in natura viuere, vti ROBINET vult, eſſeque cuncta ideo facta, vt mundi praeſtantia, vel τὸ optimum clare intelligatur.

4) *Collectio rerum medicarum notatu dignarum.* p. 473. Caſus inediae. Lapſus memoriae. Machina a Cl. BVCHOZ inuenta, vt phthiſi mederi poſſit. De morbo Surinamenſi *Klem.* Remedium variolas praecauendi. Sella chirurgica Cl. ARNAVD. *) Singularis effectus terroris. Per terrorem in ſoporem incidebat aliquando aeger per duas horas. Ab eo tempore quodlibet triſte fatum, ei imminens, talem ſoporem efficiebat. Nullo modo poterat excitari hoc ſopore praeſente, vſque dum ſponte ceſſaret. De rara tuſſi Hildanorum. Quilibet peregrinus incolis huius inſulae, omnium aetatum, et infantilis, hanc tuſſim excitat. Durat per decem duodecimue dies. Si febrim antea paſſus eſt peregrinus, et febri afficiuntur Hildani.

5) *Collectio remediorum.* Flores ſulphuris in febribus intermittentibus, item ſalicis albae vulgaris cortex. Daucus ſylueſtris contra calculum et renum dolores. p. 487.

7) *Quaedam ad naturalem hiſtoriam Papilionis Braſſicae* Auctore IO. SAM. SCHRÖTERO, Paſtore Weimarenſi. Varietates *Papilionum Braſſicae Rapae* et *Napi* LINN. hic deſcribuntur.

8) *Deſcriptio et icon Hippopotami amphibii* LINN. ad animal, in muſeo Lugdunenſi reſervatum, factae. **) p. 514.

1) *Quae ſingulo menſe in cultura apum fieri, et quo modo, reſpectu ſingularum regionum, ſitus, tempe-* ParsVI. p. 553.

*) vid. comm. noſtr. Vol. XVII. p. 150.
**) cf. comm. noſtr. Vol. XVII. p. 541.

tempeſtatis, *etc. mutari debeant* exponit Ill. GLEDITSCHIVS. "Cum hyeme modice frigido, alto ſopore quieſcant apes, ianuario curandum eſt, vt neque nimium frigus iis noceat, neque ſubita tepida tempeſtas eas excitet. Hinc aluearia leniter ita ſunt obtegenda, vt libero aeri acceſſus pateat. Quae quidem omnia februario etiam valent. In nouis examinibus exſtruendis, cauendum eſt, ne duo in vno horto ſint: alias apes alius aluearii, aliarum fiunt fures. Martio aluearia percontari, apes nutrire, reginam, ſi perierit, nouam curare, hirundinum nidos, quae apum ſunt accipitres, deſtruere cet. oportet. Mellis deſpoliatio pro ratione tempeſtatis eſt inſtituenda. Maio mel ſumitur ex aluearriis optime; nouaque conduntur diuerſo modo alvearia. Iunio et iulio nouae greges emigraturae attendendae ſunt; ſi vero emigrare nolint; nequaquam vi ad id vrgendae apes, vti quidam agunt. Hoſtes vero apum vario modo ſunt arcendi. Auguſto in ſyluas mittuntur apes. Mel caute tantum ſeptembri apibus detrahere licet: fures apes diligentius deſtruere conuenit: Quae octobri fiant, ea vel cum his conueniunt, vel iam ad munienda contra hiemis frigus aluearia pertinent: atque haec quidem magis nouembri decembrique inſtituentur ſedulo."

p. 611. 3) *Breuis Giraffae* (*Cerui Camelopardalis* L.) *deſcriptio et delineatio*, factae ad animal, in muſeo Lugdunenſi reſeruatum. Nouo genere hoc animal diſtingui debere, ſuadent *cornua ſolida*, haud dubie *perennia* *) Inceſſu claudicat, cum anteriores poſterioreſque pedes vnius lateris ſimul tollat. Adduntur omnes fere Auctores, qui de eo ſcripſerint.

Ex

*) cf. comm. noſtr. Vol. XVII. p. 541.

Ex Volumine ſecundo haec deligamus. Vol. II.

1) *Excerpta ex tractatione, qua phyſices cum agricultura oſtenditur cognatio.* Perite hic doctrinae physicae de plantis praecepta ad agricolarum errores refellendos adhibentur. Primo recte ex theoria de aſcenſu et deſcenſu humorum in plantis docetur, tantum abeſſe, vt plantae terram quaſi exſugant, vt eiusdem fertilitatem augeant magis: alias tantum plus, alias minus ſuccorum in terram reducere: ſequi inde minus proſperos ſucceſſus, quod tempus culturae non recte obſeruetur: maximumque plantas ipſamque radicem accipere nutrimentum ex aere: (forſan melius dicetur, aëris vi ſuccos nutritios elaborari et ad nutriendum aptos reddi.) Ita etiam, quae in cultura agri e phyſices doctrina corrigenda ſint, bene enarrantur. Pars. I. p. 5.

2) *Scientiae naturalis vſus, qui in Theologos ruri degentes redundet*, a Cl. IO. SAM. SCHRÖTERO ſcite et eleganter indicatur. p. 30.

3) *De ebure Sibirico.* Dentes elephanti illud eſſe, atque, cum olim Tartari inter ſe dimicarent, debilioresque in Sibiriam fugerent, ab his allatos Elephantos hic mortuos eſſe aſſeritur. p. 50.

4) *Machina manualis ad lapides findendos* deſcribitur a CHRIST. GUILIELMO HAKEN, Paſtore, atque delineata traditur. p. 79.

1) *De pretio et raritate petrefactorum praecipuorum*, Auctore IO. SAM. SCHROETERO. Primo qualitates, e quibus pretium et raritas petrefactorum cognoſcatur, tum quaedam e rarioribus enarrat. Inter ea cochleae alatae, arcae, turbines, ſcalares, murices et iſides petrefactae. Quod certe rarum dicit *Crocodili* petrefactum, etiamnum in muſéo Linkiano hic conſeruatur. Pars. II. p. 117.

p. 144. 2) *De quaſſia.* Ill. LINNAEVS *) hanc deſcripſit in amoenitatibus academicis. Quapropter nil niſi experimenta hic communicamus. Radix quaſſiae, non vero lignum ſumitur. Non pertinet ad calefacientia; priuat plures res odore et ſapore, e. gr. acetum, ſuccum citri, acida mineralia. Potiſſimum acidum mutat.

Volatilia orbat ea odore, cum puluere liquiritiae mixta imitatur aloen, cum ſpiritu ſalis dulci amygdalas amaras. Cum inebriantibus itaque et calefacientibus remediis mixta quaſſia maximam partem tollit vim inebriantem. Multum valet in impedienda fermentatione et in putredine reſiſtenda. Si conſperguntur puluere eius, aut invndantur decocto eius corpora animalia et vegetabilia, ea duriora et firmiora redduntur.

Tormina et borborygmos a laxantibus corrigit ſpasmosque inde facile oriundos ſopit ea ita, vt vim laxantium minime turbet. Nauſeoſis ſi admiſcetur, imminuit nauſeam. Ea in decocto, ſanguini obſcure rubro cum cruſta inflammatoria addita, mutabat huius e vena miſſi ſanguinis colorem, accelerabat cruoris ortum et cruſtam prorſus ſoluebat; contra vero ſupernatabat ſerum, quod in ſanguinem, cruſta inflammatoria tectum, alias non cadit. Deſtillatio humida parum amaram aquam ſine olei aetherei notis cum muco quodam praebuit; ſex drachmae radicis quaſſiae, lege artis inſpiſſatae, extracti drachmam vnam dederunt; cum ſpiritu vini flaua et admodum amara eſſentia quaſſiae eſt facta, quae aquam reddit quidem turbidam; nullum tamen bitumen ſ. reſinam prodit. Extractum, frigida aqua dilutum, colorem et ſaporem retinuit, nec multae terreae partes ſubſederunt. Igni admotum, non alit flammam. Combuſtio elicuit

*) comm. noſtr. decad. ſecund. Suppl. I. p. 23.

elicuit ope aquae ſal fixum, acre et vrinoſo ſimile, ex ſex drachmis drachmam dimidiam.

Ex his experimentis colligitur, virtutes quaſſiae poſſe forſan deriuari atque explicari ex gummoſo ſalinis et ſulphureis partibus, cum terreis arctiſſime coniunctis. Interim refertur hic quaſſia inter remedia generoſa quidem et efficacia, attamen admodum leniter agentia, non calefacientia, ſed corruptionem humorum variam et ſolidarum partium laxitatem arcentia et impedientia. p. 158.

Profuit ea in ſudoribus nocturnis foetidis tabidorum ſine augmento febris et expectorationis impedimento; in ſaliuatione nimia et diabete, in haemorrhagia vteri, in febre quartana cum aſthmate et oedemate, in fluore albo benigno, in vertigine, quae per annum iam durabat, cum ſpaſticis inſultibus in nucha; in diarrhoeis colliquatiuis et febribus bilioſis: cum puluere ſcillae in hydrope, cum guaiaco, ſaſſaparilla et remediis mercurialibus in chronicis ſcorbuticis et venereis et ſaepe inde oriundis arthriticis et podagricis inſultibus. p. 160.

3) *Relatio de quaſſia* per Cl. SCHRADERVM, Profeſſorem Rintelienſem. Commendatur hic radix haec, inprimis in morbis a nimio acido et putredine oriundis. Hypochondriacis, arthriticis et podagricis inſultibus, variis mulierum morbis, e. g. leucorrhoeae conducit, quin imo gangraenae et ſphacelo inſeruire eam ſuſpicatur. p. 164.

4) *Circa vias regias plantare* ſuadet Paſtor anonymus *Platanum* (*Acer Platanoides* LINN.) et *Fraxinum.* p. 178.

5) *Canis Hyaenae* LINN. *deſcriptio et icon.* Synonymia et homonymia huius animalis docte et eleganter exponitur, aliaque ad eius hiſtoriam facientia narrantur. p. 186.

1) 10.

Pars III. p. 229. 1) IO. SAM. SCHROETERI *catalogus cochlearum terreſtrium, quae circa Wismarium et praeſertim Thangelſtaedt inueniuntur.* Enumerantur hic curate cum plurimis eius varietatibus *Helices lapicida*, *pomatia*, *nemoralis*, et alia, vt et *Turbinis* ſpecies quaedam. Comparantur cum iis deſcriptionibus, quae in alio Berolinenſi diario, *Berliniſches Magazin* dicto, datae ſunt a Cl. MARTINI, cuius et notae ſubiectae eſſe videntur.

p. 249. 2) EIVSDEM diſquiſitio, *num, et quomodo perfectum Syſtema naturae ſperare liceat.* Quae impediant primum, tum rationem, haec impedimenta remouendi, atque finem optatum aſſequendi docte et eleganter exponit. Recte lites perſonales, quas dicunt, improbantur, obſeruandique ſtudium, praemiis excitandum vbique commendatur. At, proh dolor! quid iuuant et optima conſilia, cum plurima negligi ſoleant.

p. 272. 3) *Collectio remediorum nouorum.* Virtus medica magnetis artificialis in doloribus dentium, neruorum debilitate, oculorum morbis. *) Alumini quoque hic vis contra rheumatiſmos adſcribitur.

p. 285. Extractum ſaturni ſedat haemorrhagias e. g. poſt dentis eruptionem.

p. 288. Effectus ſtrobilorum pini ruſſicae (*Sapin*). In infuſo theiformi adhibentur gemmae pini et commendantur in ſcorbuto, pulmonum vlceribus, inueterata tuſſi, febre lenta, haemoptyſi, ſenſuum hebetudine, hyſterico malo, pectoris et abdominis doloribus, ſabulo renum, apoplexia et paralyſi. Inprimis cephalicam vim roborantem ineſſe ei dicunt.

p. 317. 5) *De ratione arua colendi Coſacorum circa Danubium relatio.* Humus haec fertiliſſima, combuſtis

*) vid. comm. noſtr. Vol. XVI. p. 102.

ſtis plantis praeteriti anni, aratur, ſeminaque tunc ſata laetiſſime pronaſcuntur.

6. 7. 8. In Moſcauia *Chamaeropem* eodem, quo Berolini, modo *foecundatam eſſe; Caſtorem moſchatum* circa Danubii oras reperiri, materiamque ſebaceam, zibetho ſimilem eſſe; atque nouum talpae ſimile animal, in Tataria boreali viuere, quod haud dubie *Sphalax**) eſt, breuiter enarratur. p. 319.

1) *Papilionum Arionis, Argi, Argioli, et Rubi,* LINN. *ſpecies varietatesque* deſcribit curate 10. SAM. SCHROETER. Pars IV p. 341.

2) *De ſingulari lethargo.* Ille ita continuabat, vt per viginti et quatuor horas duraret. Variis medicamentis fruſtra tentatis, aegra obtegebatur tepidis cineribus et caput ſaccis, cineribus impletis. Tum oedema faciei accedebat. Paullo poſt continuabatur his cineribus, qui humidi erant facti, et aegram ſemper excitabant ſanitatemque plenam ei reddebant. Hac occaſione optat Auctor, vt plura remedia externe adhibeantur, quae bonum effectum haud dubie edent, et e. g. laudat acetum, externe in epithematibus per totum corpus adhibitum, in puerpera, lochia adeo foetida habente, vt nec acida mineralia, nec alia antiputrida medicamenta eum foetorem ita bene corrigere valerent. p. 353.

3) *De Gymnoto electrico breuis relatio*, a Cl. SCHILLING, M. D. miſſa, qui experimenta ipſe in Surinamo inſtituit. Inter quae magnetica huius piſcis vis **) confirmatur, referturque, aethiopes credere, mederi hunc piſcem elephantiaſi. p. 362.

4) Ill.

*) v. comm. ſupra p. 5.

**) v. comm. noſt. Vol. XIX. p. 687.

p. 367. 4) Ill. GLEDITSCHII *de tertia vice feliciter ſucceſſa foecundatione Chamaeropis humilis relatio, additis quibusdam obſeruationibus ſuper foecundatione plantarum.* *)

p. 384. 5) *De vrinae effluxu per vmbilicum.* Vir 60. annorum calçuloſis laborabat affectibus et varios quoque calculos per vrethram eiecit. Lotio dein non amplius, vti ſolet, effluente viaque hac per calculos clauſa, retentioneque vrinae per aliquot dies paſſa, illa per vmbilicum ita, vti per vrethram uno tenore exibat, relicto tamen conatu crebro mingendi. Lotium colorem et odorem, vti ſolet, prae ſe ferebat.

Exemplum *de calculo ſublinguali*, qui viuo aegro exemtus eſt ita, vt aeger ſanitati reſtitueretur.

p. 386. Deſcribitur porro hic nouum inſtrumentum venaeſectioni inſtituendae aptum. Differt ab hactenus ſolitis inſtrumentis in eo, quod lanceolae inſtar formata eſt acies lateralis incidens, ſponte ſeſe retrahit, nec facile frangi poteſt, et tota huius inſtrumenti applicatio eſt minus doloroſa.

p. 392. *De inoculatione morbillorum.* **)

p. 400. 6) Ex *collectis notabilioribus oeconomicis* notemus *rationem Muſtelam Putorium capeſſendi*, quam Ill. KAESTNERVS retulit olim expertam eſſe. Nempe cum culter cote teritur, ex ſpeluncis vel aſylis Putorius prolicitur, nihil metuit, et ita necari poteſt.

p. 407. 7) *Peculiaris quaedam ſalicinorum ramorum iuniorum degeneratio, in vetuſtis arboribus*, a IO. SAM. SCHROETERO. Diſciſſis vere ramis, autumno pronaſcebantur iuniores rami, furcati, in quorum altera

*) vid. comm. noſt. Vol. XIX. p. 687.

**) vid. ib. p. 271.

altera parte ramuli floriferi, quos flores *Artemiſiae vulgaris* ſimiles dicit, circiter viginti quatuor erant, qui in vna arbore faſtigiati, in alia contorti eſſent. Inquirit copioſe in cauſſas huius mutationis, et copioſo vitiatoque ſucco nutritio eam effectam eſſe putat.

8) *De Veſpertilionibus Vampyro, Spectro* LINN. et *haſtato* PALL. Auctor Cl. putat *Veſpertilionem ſoricinum* PALL. eſſe LINNAEI *Spectrum*. Dentes variare quoque confirmatur, aliaque ex BUFFONIO, SEBA, et aliis de horum animalium natura iconesque *Vampyri* et *Spectri* traduntur:

1) *De taenia.* Digeſtiuis ex ſale Anglico et cremore tartari et purgantibus e reſina ialappae et mercurio dulci immiſſis, praeterea enematibus ex rhabarbari et colocynthidis extracto adhibitis, taeniae partes expulſae ſunt. Dein artificialis aqua mineralis, quae conſtat ex aquae fontanae menſuris duabus; ſolut. mart c. ſp. vitriol. gt. xxx; ol tart. per deliq. ℥ij; ſpir. vitriol. gt. xx. a Noſtro feliciter eſt propinata, ac quidem cum digeſtiuo ſuperiori quotidie duae drachmae eiusdem aquae mineralis. Ita taeniam nonaginta vlnarum ſubinde expulit intra tres menſes. Experimenta cum partibus taeniae facta monſtrant, feruidam aquam, acres tincturas et pulueres, quibus primo intuitu nigrae apparent et mortuae videntur, non ſufficere ad impediendum, quo minus in iis lacte calido nouus motus vitae producantur. Pars V. p. 454.

2) *E litteris, de arbore, ipſa hieme florente, excerptum.* Mali arbor, quae ianuario transplantata eſſet, caſu in incremento et floreſcentia conſueti temporis impediebatur; cum vero poſtea creſceret, ſub initium frigoris florere incepit. p. 465.

p. 471. 3) Ex notatu dignis phyſicis rebus deligamus Cl. HELL obſeruationem, qua lucem marinam a materia quadam, quae ab inſectis marinis decidat, oriri vidit. Cl. BARTALONI aſſerere hominem fuiſſe, qui ſuper mare ſimiliter, ac interra ire poſſet.

p. 474. De polyphagis et allotriophagis. Inter alios et Wittebergenſis *) hic occurrit.

p. 495. 4) *Breuis inſtitutio, quomodo ruricolae et omnino ii, qui medico deſtituti ſunt, variolis graſſantibus ſeſe gerant, data 1768. iuſſu Regis Boruſſorum Potentiſſimi a Collegio Medico.*

p. 514. 5) *Excerptum ex tractatu* Cl. IO. HENR. HAGEN *de excreſcentiis ſalicum*, quae a *Cynipe Salicis ſtrobili* LINN. efficiuntur. Earum figura, color, varietates, et origo docte et eleganter deſcribuntur.

Pars VI p. 565. 1) *De ſpina ventoſa obſeruatio* hic inſerta a Cl. IO. GEORG. SCHENKBECHER, M. D. Hunc caſum iam alio tempore communicauimus occaſione libri **) a nobis commemorati.

p. 578. 2) Ad *oeconomica et phyſica noua* pertinet 1. deſcriptio machinae, ad arandum ſerendumque aptae. 2. Noua *Solidagine Canadenſi* res luteo colore tingendi ratio.

p. 591. 3) *Sciuri* hiſtoria naturalis, vbi natura, mores, patria, ſpecies auctorumque nomina docte traduntur, delineaturque *Sciurus Palmarum* LINN.

8) De

*) GEORG. RVDOLPH BOEHMER de polyphago Wittebergenſi. Witteb. 1767. 4.

**) EIVSD. *Bericht von den heilſamen Wirkungen der* Kinkina *etc. Riegau und Mietau* 1769. 8. p. 72. v. comm. noſtr. ſecund. Decad. Supplem. II. p. 266.

8) *De Aſclepiadis Syriacae* LINN. *cultura, vſu, et lucro, qui ex ſerico eiusdem ſequitur.* Radice optime propagatur, ſolum molle, humidum ſine fimo praeditum amat. Radices iuniores ſunt decerpendae. Auguſto maturae capſulae ſerico plenae, ſunt diſcindendae, et vmbroſo in loco ſiccandae. p. 634.

XVII.

Introduction à l'étude des corps naturels, tirés du regne minéral. Par M. BUCQUET, Docteur Régent de la Faculté de Médecine de Paris. Tome I. à Paris, chex Jean Th. Heriſſant, Père. MDCCLXXI. 12. pagg. 493. planch. 3. Tome II. ibid. eod. 12. pagg. 404.

i. e.

Elementa mineralogica, Auctore Cl. BUCQUET, M. D. Tom. I et II.

Chemiam atque hiſtoriam minerarum naturalem arcte inter ſe connexas eſſe debere, ſi rite de iis iudicare easque cognoſcere quis velit, recte affirmat Cl. Auctor, neque vult hunc librum nouum ſyſtema haberi, ſed tantum compendii inſtar, quod auditores legant, inſeruire debere. Hinc tractatio plerumque ſatis bona eſt, in qua generum partes conſtitutiuas exponit, ſpecies deinde enumerat communes, omiſſis tamen pluribus ab aliis dictis, easque cum ſuis, tum LINNAEI, WALLERII et DE BOMARE nominibus appellat, breuiter, hinc ſaepe obſcure, deſcribit et plerumque locum minerae natiuum indicat. Bene vtitur experimentis recentiorum Auctorum, eosque nominat, neglecta tamen curata libri citatione: raro ſua quaedam habet.

Diuiſio omnium minerarum in ſeptem claſſes, Terras, Lapides, Sulphur, Salia, Semimetalla, Metalla et Bitumina, nobis neque cum principiis chemicis conuenire, neque certis horum corporum qualitatibus niti videtur. Terras enim et Lapides ſolo arctiori nexu, nullis limitibus definiendo, differre; Sulphuris baſin ſalinam id cum ſalibus connectere; ſemimetalla a metallis nullo eſſentiali charactere differre, palam eſt, et ipſe Auctor hinc inde indicare videtur. Hinc etiam patet, cur ordines terrarum et lapidum fere iidem ſint, nempe vitrea, calcarea, argillacea, et compoſitae terrae ſ. ſaxa. Semimetalla in fragilia, Arſenicum, Cobaltum, Wismutum, Stibium, Niccolum, et minus fragilia, Zincum et Hydrargyrum partitur. Metalla in imperfecta, et perfecta. Diuiſio ſane, quae non ex eſſentia, ſed vſu et accidentibus qualitatibus metallorum deſumta eſt. Addit in ſupplementis primo corpora igne producta, vt Lithanthraces, Pumicem, Lauas, cet.; et in altero aquas minerales, quas dicit tophaceas, ſulphureas, ſalinas, metallicas et bituminoſas.

Tom. I. Pauca, quae ſpeciatim excerpamus, reperimus.
p. 6. In introitu modum chemice corpora mineralia diſquirendi, auxilia et inſtrumenta naturalia et artificialia, affinitates corporum, operationesque che-
p. 46. micas copioſe exponit. Materiam luminis ab ignea
p. 56. diuerſam; phlogiſticam vero et igneam easdem putat.
p. 60. Non ſumme neceſſarium eſſe aërem ad combuſtionem corporum ARCETI experimenta probant, qui metalla vaſis clauſis in calcem vitrumque fude-
p. 62. rit. Correxit Cl. ROVELLE machinam HALESII, quantitatem aeris, quam analyſis corporis cuiusdam dat, determinandi: hanc Auctor deſcribit.
p. 65. LAVOISIER probauit, aquam non eſſe terreis parti-

particulis compoſitam, experimento, quo aqua per centum et vnum dies deſtillata, nullum aliud ſedimentum terreum praebuerat, quam quod a vaſe diſſolutum eſſet. Inſtrumenta grauitatem aquae menſurantia, vbi ea, quae Cl. BAUME' et PARCIEUX inuenerunt, laudantur. p. 69.

De origine montium BUFFONII ſententiam defendit. Lapidum enumeratio interdum nimis ſicca eſt. *Zoolithum Turcoſam* LINN. ſub Calce conchacea recenſet, eumque etiam ex aliis oſſibus fieri demonſtrat exemplo manus femineae, cuius vltimae phalanges in Turcoſam ſint mutatae, in cuius baſi carnis ſiccatae veſtigia reſtent: hanc in muſeo regis reperiri. Marga minus recte definitur, miſcela cretae et argillae: adſit enim oportet arena, vti dicit WALLERIVS, ad quem Auctor prouocat. Margae Gallicae color demitur, ſi aceto vini, vel acido citri maceretur. Argillas compoſitas dicit ex terra, arenae quarzoſae analoga, quae acido vitriolico quaſi in ſal, terra abundans mutata ſit. Baſin argillae et aluminis cum terra ſilicum fundamentali eandem cenſet. p. 81. p. 107. p. 110. p. 114. p. 124.

Ad ſilicem refert, *Iaſpidem variegatum viridem*, *Achatisque* plures ſpecies et *Onychem* WALLERII. Quamquam generatim cum ARCETO aſſeruerit, lapides vitreos non ſolos fundi, neque exceperit alios, niſi coloratos; tamen poſtea terram ſiliceam eſſe fuſibilem cum MACQUERO affirmat. p. 150. p. 159.

Igne forſan ſolo gemmas recte definiri poſſe ait; cum reliqua ſigna ſint inſufficientia: eas ratione coloris diuidit. *Adamantem* ſolum volatilem fieri credit, quo puriorem, eo facilius fundi; Braſilienſem fundi in vitrum, omnibus aliis lapidibus durius, atque manere Adamantem. *Smaragdum* igne colorem perdere, contra WALLERIVM, ARCETI p. 168. p. 169. p. 176

 experi-

p. 192. experimentis niſus affirmat: Conchylia aliaque
corpora marina multum origini lapidum calcareo-
rum tribuiſſe ait. Iterum huc petrefacta perperam
p. 211. refert. Marmor a Calcario diſtinguit. Tophum
ſub lapide calcareo recte recenſet; et tamen dicit
continere eum parum *argillae*, eſſeque margam
p. 220 lapideam. *Lapidem nephriticum* ad chalybem ſcin-
tillas emittere, igne flaueſcere et duriorem fieri.
p. 224. Ad *Steatitem* Molybdaenam refert. Generatim
putat in fuſione multum iuuare materiam coloran-
p. 235. tem lapidum. *Zeolitem* argillaceis propter leuita-
tem ſubiicit. Hic igne finditur atque cruſta vi-
trea inductus eſſe videtur; non vero funditur. Non
ſolus Zeolites, ſi acidum vitriolicum ei affunditur,
indureſcit, verum etiam Arſenicum. Acido mi-
nerali quocunque, non adeo forti, in gelatinam
albam, tranſparentem mutatur, vti toſtus lapis
lazuli et haematites.

p. 238. Saxa eſſe ait, *Petroſilicem*, WALL. qui funda-
tur, atque ita prorſus a Iaſpide differat, *Spatum
ſcintillans*, *Corneum Trapezium* WALL. *Lazuli*,
prorſus a Zeolite diuerſum, *Corneum Cryſtalliſatum*
WALL. (*Schirl.*) *Porphyra* et *Granitem*.

p. 254. De *Salibus* ſatis copioſe ita agit, vt eorum ori-
ginem, combinationem cum aliis corporibus et
analyſin vſumque doceat. Cur tota claſſe Sulphur
a ſalibus diſiungat, quae genere tantum differunt,
et acidum ſulphureum ſeparatim a ſulphure iterum
conſideret; cum tamen ipſe easdem partes conſti-
tutiuas iis tribuat, vitrioli nempe ſal et phlogi-
p. 280. ſton, non intelligimus. Cauſticam vim *acidi vi-
trioſici* pendere opinatur a ſtatu elementi terrei,
p. 313. quod in eo reperiatur. *Natri*, quod LINNAEVS
et WALLERIVS e diuerſitate locorum diſtinxe-
p. 318. runt, vnam ſpeciem facit. *Boracem* ſpeciem ſalis
alcalini

alcalini facit, quae e ſale ſedatiuo et alcali marino compoſita ſit. Arte facta etiam ſalia recenſet, vbi et eorum praeparationis mentionem facit. Cum de decompoſitione ſalis ammoniaci, quae fiat addendo calcem, agit; ſententiae Cl. DU HAMEL aſſentitur, qua calcem dicit, priuare alcali materia pingui, quae illi ſit eſſentialis, idque agere ex vi eius ſalina. Repugnat vero MACBRIDIO, qui alcali aere fixo priuatum a calce exiſtimat: neque enim certum eſſe, quod aer ſolus eleuetur coniunctione acidi cum alcalino ſale, at vero materiam pinguem eodem tempore ſeparari: quae, ſi MACBRIDIVS recte ſentiret, euenire non deberent. p. 406.

Denique ſalia neutra imperfecta terrea pertractat, vt Vitriolum, Nitrum, Sal arenoſa, Vitriolum cretaceum vel *Seleniten* ſ. *Gypſum* WALL. (quod profecto aptius ſub claſſe lapidum conſideratur), huius etiam phoſphoreſcentiam notam memorat, putatque eam pendere a vera et continuata ſulphuris combuſtione, quae flammae faueat, atque ex copia materiae non inflammabilis lenta ſit: Quae Cl. DU FAY oppoſuit, refutat. Deinde huc refert Nitrum et Sal, cretacea; Alumen, Nitrum et Sal, argillacea. p. 414. p. 424.

Cum neque ductilitatis defectu, neque volatilitate ſemimetalla a metallis diſtingui certe poſſint, vt ipſe Auctor fatetur: patet, ea eſſe coniungenda. Subſtantias mineraliſantes etiam habet arſenicum et ſubſtantias ſalinas, quum ſoli ſulphuri mineraliſatio tribuenda videatur. *) Quae indicent metallorum in montibus praeſentiam, fodinarum foſſionem, atque diſpoſitionem, originem metallorum, quae quotidie formari aſſerit exhalatione fodinarum, docimaſiam atque metallurgiam breuem exponit. Tom. II p. 3.

 Tum

*) cf. ſupra p. 254 ſq.

p. 77. Tum de Semimetallis vulgo dictis et Metallis agit,
eodem quo in priori tomo de Salibus, modo, indicatis
ſimul et ratione ea parandi, et pluribus exinde para-
p. 28. tis compoſitionibus pharmaceuticis. Niccolum cum
CRONSTAEDTIO *) proprium metalli genus
p. 135. habet, ad zincum refert *Molybdaenam*, cuius aliam
ſpeciem ſupra ad lapides Steatiticos retulerat. Multa
p. 163. de Hydrargyro bona; at nota. Mercurii ſublimati
corroſiui pluriumque aliorum ſalium metallicorum
ſaporem multo fortiorem eſſe, quam acidorum, quae
eorum baſis ſint, notum eſt. Id pendere ait ab
eo, quod ſubſtantia metallica, imperfecte cum aci-
do iuncta, augeat particulis ſuis terreſtribus attra-
ctionem, cui ſapor acris, venenatus ſit tribuendus.
p. 201. Si acido nitri ſtannum diſſolui quis velit, pauca
admodum metalli copia in acido, aqua multum
mitigato, eſt ponendum, neque prius plus metalli
addendum, quam immiſſum plane ſolutum ſit. In-
p. 209. terim et ſic facillime plumbum calcinari. *Ferrum
natiuum* cum MARGGRAFFIO aſſumit. Ad fer-
p. 234. rum refert Sulphur, Arſenicum et Vitriolum, mar-
te mineraliſata. Vitriolum martis ita naſci, ſi
phlogiſton ferri et aqua, quae, ſi ſola ſeparataque
eſſent, non ſoluerent, coniuncta mineram ſulphu-
ris decomponant ita, vt acidum vitrioli aqua libe-
rum factum, in metallum agat illudque in vitrio-
lum mutet. Ita plurimam Vitrioli martialis, quod
venditur, obtineri partem. Goslardii ex vili mine-
p. 315. rali, quod *fumus cupri* appelletur, illud parari. Au-
rum mineraliſatum negat; at inſcius fuit minerae
Auri Nayayenſis.

p. 332. Platina omnium difficillime funditur. MAC-
QUERO et BAUMÉ contigit, vt ſub ſpeculo cau-
ſtico viderent metallum primo fumum, tum ſcin-
tillas

*) cf. KAIM diſſ. de metallis dubiis comm. noſt. Vol. XIX. p. 148.

tillas emittere, tandemque partem, quae in ipſo foco erat, fundi: hanc poſtea fuiſſe ductilem: ſub cupella fundi, et pondere imminui. Plerumque Platina impura eſt. Hepar ſulphuris in illam agit. Aqua regia, cum ſale ammoniaco parata, Platina volatilis fit: praecipitatur ſale ammoniaco et aliis metallis, ſi in aqua regia ſoluta eſt. Coniungi poteſt fere cum omnibus metallis, vti Cl. LEWIS oſtendit.

Inter bitumina recenſet etiam Ambram griſeam, quam animalis originis alii dicunt *). *Pumicem* formari exiſtimat ex materiis terreis et lapideis, quae dimidiam quaſi fuſionem paſſae ſint. p. 348.

XVIII.

Elémens de Mineralogie docimaſtique, par M. SAGE, de l'Academie Royale des Sciences. à Paris. Chez P. de Lormel. MDCCLXXII. planch. 18¾. 8.

i. e.

Elementa Mineralogiae docimaſticae, Auctore Cl. SAGE.

Tradimus Lectoribus librum rerum grauitate et nouitate inſignem, in quo Cl. Auctor ſermone vtitur facili, breui et eleganti, ſententiasque copioſis iisdemque curioſis experimentis firmat: interdum quidem eius ſententiae nondum omni dubitatione maiores nobis viſae ſunt. Si quid, quod ad perfectionem libri faceret, deeſſe videtur: id in neglectis prorſus aliorum Auctorum, hac in ſcientiae naturalis parte clarorum denominationibus corporum mineralium, nimisque interdum breuibus characterum externorum deſcriptionibus animaduertitur.

*) vid. comm. noſtr. Vol. XX. P. I. p. 33.

Partitur Auctor librum in tres partes. Quarum prior de ſalibus acidis, quae quinque ſtatuit, nempe ſal vitriolicum, ſulphureum, nitroſum, marinum et phoſphoreum; ſalibus alcalinis, neutris, et bituminibus agit: ſecunda complectitur terras molles et induratas ſ. lapides; hicque demonſtrat Auctor vnam terram primitiuam, *abſorbentem:* reliquas ſalia eſſe. Metalla tertia enumerat: in qua probari dicitur non arſenicum et ſulphur ſola, verum etiam acidum marinum, alcali volatile et materiam pinguem, ex acido volatili decompoſito natam, ſubſtantias metallicas in mineras mutare. Addita eſt ſub finem breuis de modo aquas minerales tentandi tractatio, et tabula ſynoptica, in qua corpora mineraliſantia, cum metallis, quae illis mutentur in mineras, deſignantur characteribus chemicis.

p. 1. *Acidum vitriolicum* puriſſimum habetur ab Auctore primitiuum, quod cum phlogiſto combinatum reliqua acida mineralia formet, atque cum plurimis ſubſtantiis facile nectatur. Natura igitur cuncta acida eadem eſſe; odore, colore, a phlogiſto pendente, et grauitate a concentra-
p. 2. tione acidi effecta, differre. *Acidum nitroſum* fieri, cum vitriolicum iungatur phlogiſto eorum corporum, quae incipiant putreſcere, gypſi decompoſitione intelligi ait. *Marinum* vero, cum idem vitriolicum acidum combinetur cum phlogiſto ſ. principio odoris corporum putridorum, naſci, probat experimento, quo ſolutio cupri, facta per alcali volatile ſalis ammoniaci, aeri expoſita, ſpatio quatuor menſium decomponebatur: tumque phlogiſton alcali volatilis combinatum cum acido vitriolico aeris, acidum marinum conſtituebat: materia pinguis alcali volatilis vnita cupro, malachitem formabat: et acidum marinum iunctum alcali fixo

criſtal-

criſtallorum cubicarum forma fundum petebat. *Acidum phoſphoreum* eſſe marinum mutatum circu- p. 4. latione in corporibus animalium carniuororum; admodum frequens inueniri in regno minerali, vt borace, ſpato calcareo, fuſibili et baſalte; odore coloreque carere, concentratum duplo grauius eſſe vitriolico, minus reliquis acidis rodere, et duabus aquae partibus ſaltim iungi.

Alcalia mineralia acido, quod phoſphoreo ana- p. 5. logum ſit, et terra abſorbente componi. *Natrum* parua materiae oleoſae, quae illi, in aqua marina inueniendae, ſimilis ſit, copia ab alcali tartari differre probat. *Alcali volatile*, maiori materiae oleoſae copia et nexu cum phlogiſto, a fixo diſtin- p. 7. guitur.

Salia neutra dicit corpora, quae ex vnione acidi cuiuscunque cum phlogiſto, alcali fixo, volatili, terris abſorbentibus metallicisque ſubſtantiis naſcantur. Terrarum et metallorum, quae cum acidis ſolubilia in aqua fiunt, ſolutione euaporata, particulae ſalinae ſecum vnitae cryſtallos formant. In omnibus his ſalibus etiam continetur materia pinguis, cui debeant inſolubilitatem. *Sulphu-* p. 11. *ris* florum, limaturae ferri et aquae partes aequales breui inflammari; ſicque ſulphur decomponi ait. Idem acido nitri decomponitur. Sal ammoniacum, p. 13. vitriolicum, et ſulphureum, quae in eruptione ſolfatarae inuenit. *Alumen plumoſum* eſt vitriolum martiale, asbeſto forma tantum ſimile; diſſimile, quod aqua ſoluatur, igneque et aere colorem amittat album. *Salia nitroſa* plurima ſunt deliqueſcen- p. 18. tia, praeter ea, quae ex vnione cum alcali fixo naſcuntur. *Nitri* vis fulminans pendet ab aqua cryſtalliſationis. Acidum nitri decomponit ſe ipſum, quando phlogiſto ſulphuris vnitur. *Salis* p. 21. *culinaris* ſpecies facit *ſal ammoniacum*, quod tamen

 marino

alcali volatili differt, et *ſal marinum terreum*, acido
marino et terra abſorbente compoſitum, quod in
lixiuio gypſi inueniatur: denique *metalla ſpatoſa*,
acido marino, ſubſtantiae metallicae, atque materiae
p. 22. pingui iuncto, orta. *Boracem*, arte tantum fieri,
et componi acidi phoſphorei et alcali ſodae partibus
aequalibus. Paratur ex miſcela adipis porcinae,
materiarum, quae facile putreſcant, et paruorum
ſilicum: qua ſub terra foſſa, illicque per quinque
menſes repoſita, cryſtalli boracis inueniantur. Hae
cryſtalli forma variant, plerumque hexaedrae ſunt.
Flammae color viridis, qui addito ad ſal ſedatiuum
accenſoque ſpiritu vini oritur, productus dicitur
ab acido phoſphoreo, quod phlogiſto ſpiritu vini
iunctum, phoſphorum conſtituat, flammamque
flauam efficiat, quae cum flamma coerulea ſpiri-
tus vini mixta, viridi colori originem det.

p. 25. *Bitumina*, quae ſuper aqua natant, deſtillatio-
ne dant oleum graue; ea contra, quae fundum pe-
p. 26. tunt, producunt oleum leue. Lithanthraces omnes,
qui ſunt terrae, oleo bituminoſo penetratae ſul-
phur, alcali volatili iunctum, continent. Tor-
rendi ſunt prius lithanthraces, quam ad vſum in
metallurgia adhiberi poſſint. Nunquam Auctor
acidum, neque ſal ſuccini inuenit, vt IVNKERVS
et WALLERIVS ſe inueniſſe affirmant. Lithan-
thracem vitriolicum, qui interdum viridis ſit, vt
Smaragdus aquamarina, formaturque ex cryſtallis
p. 31. vitrioli martialis, commemorat. *Naphtha* Noſtro a
petroleo orta, eiusque rectificatio naturalis videtur.
p. 33. *Aſphaltum* nihil producit ſalis acidi: praeſentia acidi
ſalis ſuccinum a reliquis bituminibus differt: nigri
p. 35. mentionem nullam facit. Quamuis *ambra griſea*,
in cetis reperiatur; cum tamen colore et odore tunc
mutata ſit, de ea hic agit. Deſtillatione inde produ-
citur aqua acida, oleum nigreſcens, graue, odorum.

Vncia

Vncia dimidia eiusdem poſt deſtillationem in retorta reliquit carbonis leuis viginti grana.

Terram igitur vnam *abſorbentem*, primitiuam aſſumit, quae reliquis omnibus, vt et ſubſtantiis animalibus et vegetabilibus originem det. Eam non puram in minerali regno inueniri. Simpliciſſimam ex oſſibus animalium ſaepius calcinatis atque aqua elixiuatis obtineri. Hanc igne non mutari in vitrum: ſed velociter aquam attrahere. p. 37.

Terra calcarea eſt compoſita ex acido phoſphoreo et maiori parte terrae abſorbentis: producta ex ſubſtantiis animalibus decompoſitis. Calcarii ſoliditas pendet a cryſtalliſatione quadam, quam *confuſam* dicit: quam vt terra calcarea ſubire poſſit, actionem ignis experiatur, quo partem materiae pinguis amittat atque ſolubilis in aqua fiat. *Spati calcarei* cryſtalli vel rhombeae vel pyramidales ſunt, nunquam cubicae. *Lapidis ſuilli* odor a petroleo quod ei ſit mixtum, pendet; foramen, quod in pluribus *Stalactitis* obſeruatur, ſeruiiſſe tranſitui aeris. Acido addito nata efferueſcentia terram abſorbentem tantum mutat, ſale phoſphoreo nihil mutato. Calcinatione primo aqua cryſtalliſationis amittitur, vnde decrepitatio pendet; deinde acidum phoſphoreum iunctum phlogiſto, phoſphorum format, foetorem ſpargentem. p. 39. p. 42. p. 46. p. 50. p. 52. p. 54.

Fluorem mineralem WALL. dicit Auctor *ſpatum fuſibile*, idque ex ſaturata terra abſorbente acido phoſphoreo naſci: cryſtalli, ſpecies conſtituentes, variant: pertinet huc lapis Bononienſis. p. 58.

Terram porcellanam, quam *Kaolin* dicit, produci ſi terra calcarea acido vitriolico ſaturetur. Si deſtilletur haec terra cum acido vitrioli, primo tranſire paruam acidi ſulphurei partem, poſtea vitriolici: reſiduum euaporatum alumen praebere. p. 63.

Eſſe

Eſſe eam optimum intermedium, quo nitrum de-
p. 64. componatur. *Asbeſtum* et *Amiantum* eiusdem cum terra porcellana eſſe naturae. Quam etiam *Micae* tribui debere, ex productis et vſu eorundem patere videtur. *Lapidis ollaris* ſunt eaedem proprietates cum terra porcellana: differt tamen vnctuo-
p. 71. ſitate, colore et ſubtilitate molecularum. *Talcum* eſt lapis ollaris, partibus ſolutis.

p. 75. *Argilla* maiori tantum copia materiae pinguis a terra porcellana differt. *Tripela* eſt argilla, quae vnctuoſam materiam amiſit.

p. 77. *Schiſtum* compoſitum putat argilla, ferro et alcali volatili. Vnciae quatuor ſchiſti, furno reuerberatorio deſtillatae, granum alcali volatilis, quod cum acidis efferueſceret, produxerunt: eius, quod remanebat, colore vix mutato. Cum acido vitriolico deſtillatus eadem, quae terra porcellana, argilla, cet. deſtillatis, eueniunt phaenomena: ita tamen vt in reſiduo ſit etiam vitriolum martiale. Etiam ſchiſto nitrum decomponitur.

p. 82. *Gypſum* eſt ſal neutrum, acido vitriolico et terra abſorbente compoſitum: quod cryſtallis variat
p. 85. rhomboideis, cuneiformibus, lenticularibus. In argilla, griſea, gypſeas cryſtallos inuenit, priſmaticas, hexaedras, planis compreſſis duobus latis, rhomboideis. Prismata erant vtrinque oblique truncata, pyramides obtuſae, tetraedrae, planis trapeziis.

p. 88. *Quarzum* dicitur ſal neutrum acido vitriolico, atque terra abſorbenti, quae mutatione ſingulari alcali fixi naturam induerit, compoſitum. Non funditur, niſi aliud fuſibile corpus addatur. Decomponitur terra calcarea calcinata: acidum enim phoſphoreum calcis, iungitur baſi alcalinae quarzi, ac producit baſaltem; acidum vitriolicum quarzi

nectitur

neſtitur terrae abſorbenti calci formatque gypſum, Iuncto fluore minerali cum quarzo fuſio ideo ſequitur, quod acidum phoſphoreum fluoris mineralis, cum alcali quarzi iunctum, ſal formet fuſibile. Amethyſti color cobalto, quod cum acido ma- p. 92. rino iunctum eſt, debetur. Nomine *Silicis* Corneos p. 96. WALLERII comprehendit, quos a quarzo forma ſolum differre putat. Dendritas, in *Achatis* repe- p. 101. riundos, oriri a terra martiali, eosque nigros fieri calcinatione. Nuces inuentas eſſe, quarum nucleus in achatem mutatus fuerit, epidermis vero vegetabilem retinuerit naturam.

Granitem dicit ſaxum ſilice vel glarea congluti- p. 105. natum, cuius interſtitia ſint repleta *materia eiusdem naturae:* quae quidem definitio obſcura et falſa videtur, ipſiusque Auctoris definitionibus ſpecierum repugnans, cum in ſpecie *Granite* recte dicat, eam quarzo (melius ſpato ſcintillante dicitur, quem ab Auctore neglectum plane videmus), mica, et baſalte nigro componi. Refert quoque huc *Porphyra* et *Ophitem*.

Zeolites compoſitus Auctori videtur terra cal- p. 108. carea et quarzo. Non feruet cum acidis; at in gelatinam ab iis mutatur: fuſus dat vitrum opacum, cellulare: duabus zeolitis partibus nitri pars vna ſoluitur. Rubri zeolitis color a ferro eſt. Quadringenta grana zeolitis cum oleo vitrioli deſtillata, transgreſſo acido ſulphuris et oleo vitrioli, reliquerunt maſſam rubram, quae octoginta granis grauior eſſet: haec elixiuata vitriolum martiale, atque paruam aluminis copiam dabat. Lapidem p. 110. *lazuli* ad Zeolitem refert. A ferro colorem accipere: at materiem, quae ferro hunc colorem coeruleum tribuat, cum acidis ſoluatur, diuerſam eſſe ab ea, qua coeruleum Berolinenſe tingatur.

p. 111. Sub *Baſalte*, quorſum Germanorum *Schirl* et *Schorl* pertinet, intelligit ſal neutrum compoſitum ex acido phoſphoreo cum alcali tali, quale baſin quarzi conſtituebat, combinatum, quod fere ſemper terras metallicas contineat. Priſmaticas eius cryſtallos eſſe, magnitudine et numero planorum
p. 114. differre. Turmalinum dicit baſaltem, ſemitrans-
p. 122. parentem. Quatuordecim ſpecies deſcribit. Baſaltem non eſſe productum vulcanorum, probari putat ex pyrite cupreo et terra martiali flaua, in quadam eius ſpecie contentis, vtpote quae igne mutentur: at vero ex vna ſpecie non licet colligere
p. 123. ad ceteras omnes. Granati plurimi baſaltis proprietates habent, cryſtalliſatione et faciliori fuſione differunt.

p. 132. De Gemmis: quae eiusdem cum baſalte ſint indolis, minori tantum terrae metallicae copia praeditae. Adamantis cryſtalliſationem, quae vt plurimum eſt octaedra, a DENGESTROMO (cuius eſt verſio CRONSTAEDTII mineralogiae Anglica,) dici cubicam regularem, angulis truncatis refert: (vidimus eam conſtare duplici pyramide, triedra, planis conuexis.) Expoſitus ab Auctore igni adamas expandit vapores acres, lumine diſtincto, illum cingente, comitatos: quo tempore forma mutabatur breuique diſparuit. Quod ex coniunctione acidi phoſphorei, quod in adamante ſit, cum phlogiſto, atque eleuatione alcali fixi, quod baſis fuerit eiusdem, tempore deflagrationis declarat. Rubinus nullo igne mutatus ſolus eſt.

p. 134. Finit hanc partem de terris vegetabilibus, turfa et eruptionibus vulcanorum tractatio.

p. 145. Tertia parte ſubſtantiae metallicae conſiderantur.

Hic

Hic generis metallici characterem eodem fere, quo CRONSTAEDTIVS, modo dat, eius affinitatem ad alia metalla, et ſalia, et, quae iis mixtis eueniant, exponit. Terra ipſis propria et phlogiſto compoſitas putat. Terrae colorem differre ab eo, qui ſit metallo, cuius baſin conſtituat. Fuſae terrae vitrum dant, quod colore et a metallo et terra diuerſum ſit. Quae alias *) de ſubſtantiis quinque mineraliſantibus aſſeruerat, hic vlterius confirmat. Metalla acido marino alcali volatili et materia pingui mineraliſata toſtione non egent. Docimaſiae maiorem perfectionem recte vrget.

Non mutatur mercurius, vel repetitis deſtil- p. 149.
lationibus, neque illum calcinandi cognoſcit Auctor rationem. Sulphure ſolo mineraliſatur. Cinnabarem tranſparentem ex Ducatu Bipontino (*deux ponts*) poſſidet Noſter, cryſtallis priſmaticis triangulis, terminatis pyramide triangulari truncata, inter quas aſphaltum purum et mercurius natiuus poſita deprehendantur.

Arſenicum igne immutabile videtur Cl. Auctori. p. 153.
Nihil de eius principiis. In forma reguli metalla in mineras mutat: **) regulum minus venenatum eſſe, quam vitrum vel calcem arſenici. Quae ex cobalto obtinetur ſublimatione calx arſenici, ſemper partem cobalti ſecum rapere experimentis probat. Acida antidota eſſe. Ipſum etiam arſenicum ſulphure mineraliſatum affert, *Realgar* dictum. p. 157.

Cobaltum in mineram mutari arſenico, tumque p. 160.
eſſe griſeum, nitens; vel acido marino, vnde diverſis coloribus praeditum fiat, qui igne viridescant; vel interdum acido vitrioli, vel ſulphure; nullam tamen ſpeciem memorat, quae ſulphure ſit

*) Anno 1765 edidit, quae de his detexerit, ſingulari ſcripto.

**) cf. ſupra. p. 254. ſeq.

ſit mineraliſata. Vt regulus cobalti purus obtineatur, ſale ammoniaco ſaepius ſublimetur. Omnibus metallis fuſione iungitur, praeter wismutum.
p. 164. Niccolum etiam hic recenſet, compoſitumque dicit arſenico, cupro, ferro, et cobalto, huiusque
p. 168. maximam in eo eſſe partem. *) Cobaltum viride
p. 169. iaſpidis ſpeciem dicit. *Zincum* ſulphure et acido marino mineraliſari: magneſiamque eſſe zincum, acido marino mineraliſatum, et alibi monſtrauit, et nunc experimentis corroborat. *Zinco ſterili* ſ. *Pſeudogalenae* (*Blende*) ſulphur intermedio terrae abſorbentis iunctum eſſe; colorem eius a ferri copia pendere; aqua regali zincum in hac minera contentum ſolui; ex omnibus huius minerae ſpeciebus, cum ſale ammoniaco deſtillatis, remanere expertus eſt nigrum quid, quod magneſiae omnino eſſet ſimile: hinc ea Cl. Auctori videtur
p. 175. Pſeudogalena decompoſita. *Magneſiam* continere zincum, cobaltum, plumbum acidumque marinum: raro ferri et cupri aliquid. Vt acidum obtineatur, ſuper furno reuerbatorio in retorta, cui recipiens oleo tartari per deliquium inductum iungatur, eſt deſtillanda magneſia: tum in recipiente cryſtalli ſalis febrifugi interiores parietes tegunt, magneſia hoc tempore pondere minuitur, colore nigro remanente, qui cobalto cum acido marino iuncto debetur: ſi iam acido vitrioli haec magneſia deſtilletur, acidum marinum et ſulphureum ſeparatur: quod remanet, album eſt, et vitriolum zinci, cobalto mixtum, continet. Iam ſpecies varias magneſiae memorat, proportionemque partium conſtituentium: earum eſt ea, quae ex comitatu *Sommerfeld* obtinetur, acido marino maxime diues, atque igne funditur, continetque eius centenarius acidi marini libras 16, zinci 63, plumbi 12,

cobalti

*) cf. comm. noſtr. Vol. XIX. p. 148.

cobalti nouem. *Zinci Calaminaris*, quod etiam acido p. 181.
marino minera factum ſit, viridem, cryſtallis pyramidalibus, ſpeciem affert: hanc ad chalybem ſcintillare, acidis ſolui, cum iisque efferveſcere. Zincum Calaminare etiam materiam pinguem continere, quae inde cognoſcatur, quod ferrum ſpatoſum ſine additione in vaſis clauſis reducatur. *Wis-* p. 183.
mutum mineraliſatum inuenitur ſulphure vel arſenico. Partemque ſemper in his mineris wismuti ſub forma metallica eſſe putat: nam in crucibulum candens immiſſa minerae pars rumorem edit; nullum tamen pandit odorem, et wismutum guttarum forma prodit; ſuper ignem poſito crucibulo, ſulphur et arſenicum ſeparantur, atque hoc tempore wismutum calcinatur et vitreſcit. Quae plura in igne, et ab acidis ſolutum experiatur wismutum, exponit.

Sulphure mineraliſatur *Antimonium*, illudque p. 188.
ſemper eſſe in mineris ſub forma regulina, aqua regali, quae ſulphur praecipitat, addita monſtrat; eamque dicit antimonii maxime proprium ſoluens eſſe, ac flúore nigro regulum antimonii puriſſimum obtineri.

Cum cementatione *ferrum* in chalybem muta- p. 193.
tur, acidi marini particulas illud penetrare, cum eo vniri, et particularum ferrearum formam mutare; igne autem acidum marinum iterum ab eo ſeparari, atque particulas a phlogiſto carbonum quidquam recipere: hinc fractura ſubtiliores denſioresque videri chalybis particulas, quam ferri adhibiti. Auxilia praeſentiam ferri in corporibus p. 195.
naturalibus cognoſcendi. Ferrum, ſtanno vnitum, *album* dicit, eiusque ductilitas maior eſt. Effecta, quae vnionem ferri cum acidis ſequantur. Ferrum mineraliſatur ſulphure, arſenico, et acido marino, vt *ferrum ſpatoſum*, in quo etiam ſit materia

p. 213. pinguis. Vt quantitatem ferri in diuerſis mineris contentam cognoſceret, vſus eſt fluore, qui calcis extinctae et quarzi partibus iisdem, cum carbonum octaua parte mixtis, paratus eſſet. Si reducere vellet metalla, partes duas fluoris et vnam minerae coniunxit.

p. 214. *Cuprum* mineraliſatur ſulphure, alcali volatili et materie pingui, ex alcali ſoluto producta. Arte addito alcali volatili cuprum lazureum (*purpureum* LINN.) vti quoque, ſi phlogiſton auolet, materia eius pingui malachitem parauit. Arſenico etiam cuprum mineraliſari in tabula ſub finem addita affirmat; in ipſa tamen tractatione ſpeciem, illo mineraliſatam, non reperimus, niſi cuprum griſeum, in quo etiam eſt arſenicum, eo mineraliſatum ſubintelligat: at in eo certe arſenicum, vti aliud immixtum metallum, peregrinum eſt.

p. 230. *Plumbum* ſulphure et acido marino mineraliſari; illud prius calcinandum eſſe, quam metallum det, et in furno reuerberatorio Anglico torreri et reduci ſimul; hoc toſtione non egere: acido marino mineraliſatum eſſe et materiam quoque pinguem continere plumbum album, viride, nigrum, rubrum criſtalliſata.

p. 237. Exinde, quod *ſtannum*, ſi frangatur, crepitet, non puritatem eiusdem cognoſci, cum, mixto plumbo cum ſtanno, idem fiat. Semper acido
p. 241. marino mineraliſatum reperiri. *Molybdaena* videtur Noſtro ſtannum mutatum.

p. 244. Mineraliſatum inueniri argentum ſulphure, arſenico et ſulphure cum ferro, iisdem cum cupro, ſulphure cum plumbo, et acido marino.

Mineram *auri* Nagyagenſem etiam putat mineraliſatam et quidem arſenico. *)

Platina

*) vid. comm. noſtr. dec. II. ſuppl. p. 252.

Platina continet ſaepe mercurium aurumque. p. 254.
Ex quatuor vnciis platinae recepit drachmam mercurii; reſiduum nigrum dabat viginti quatuor grana auri, atque magnete inde extraxit viginti quatuvr grana pulueris nigri, qui ſale ammoniaco deſtillatus, flores martiales offerebat.

XIX.

Ichthyologiae Lipſienſis ſpecimen, Auctore NATHANAELE GODOFREDO LESKE, Philoſophiae Doctore et Medicinae Baccalaureo. Lipſiae, apud Siegfried Lebrecht Cruſium. MDCCLXXIV. 8. pagg. 84.

Operam dat Cl. Auctor in hoc libello, (cuius finis maxime is erat, quo ſtudioſos huius Academiae ad audiendam hiſtoriae naturalis expoſitionem inuitaret,) vt ad piſcium definitionem determinationemque, ſaepius dubiam, certiorem quidquam contribueret: ideoque vexatum et dubium *Cyprini* genus, cuius plures ſpecies fluuiis Lipſicis aluntur, delegit.

Praemiſſis itaque quibusdam, ex inſtituti ra- p. 3
tione, de vtilitate hiſtoriae naturalis, quae in philoſophum, theologum, iuris et artis medicae peritos redundat, generatim oſtendit, quae in piſcium definitione deſcriptioneque ſint attendenda. Diuerſitatesque quarundam partium, nondum ab aliis di-
ctas, enumerat. Colores piſcium, etſi interdum p. 9.
variantes, non omittendos, ſed eorum gradus varios et commixtiones cum aliis coloribus indicandos iudicat, quod, qua ratione in deſcriptione
piſcium ſequenti fecerit, exponit. Iridis partes p. 11
plures diſtinguit *marginem pupillarem*, et *orbitalem*, *partemque mediam*. Vertebrarum numerum certum inuenit. Radiorum varietatem raram vidit.

p. 12. Non vero numerum eorum indicatum ſufficere; ſed colores, figuram, diſtantiam a ſe inuicem, pro-
p. 13. portionem, et alia eſſe indicanda iudicat. n lineae lateralis diuerſitates inquirens, eam, ratione ſtructurae, *punctatam* vel *lineolatam* in *Cyprino* vidit. Series ſquamarum easdem inueniens, eas numerare ſuadet. Atque haec quidem cuncta in deſcriptione, definitioni ſubiungenda, et plura, ab aliis, a GOÜANO Cl praeſertim enarrata, ſunt indicanda: in charactere vero generico omnia ea, quae in omnibus ſpeciebus reperiuntur communia; in definitione ſpecifica figura ſi breuiter deſcribi poteſt, color certus, maxime iridis, numerus radiorum et vertebrarum. Interdum addit Cl. Auctor longitudinem, et proportionem partium, e. g. maxillarum ad ſe inuicem.

p. 14. Iam generis characterem conſtituit: quem maxime cum GOÜANI charactere conuenire videmus, et Cl. Auctor fatetur; addit tamen, quam in omnibus ſpeciebus vidit radiorum eam proportionem, *qua primus et ſecundus radius pinnae analis et dorſalis ſemper admodum breues ſint, tertius ſemper longiſſimus, reliqui ſemper ſenſim minores, ramoſi.* Cum GOÜANVS nullos *Cyprino* dentes tribuat: Auctor *dentes* recte deſcribit, poſitos in oſſiculo arcuato, poſt fauces ſito. *Linguam*, non liberam, ſed gulae annatam; *Dorſum*, non rectum, ſed ſemper plus minuſue gibbum dicit.

Diuidit genus in ſpecies eas cum Cl. GRONOVIO, quae ſint 1. *barbatae*, ſ. *ad os cirroſae.* Huc
p. 17. pertinent 1. *Cyprinus Barbus*, oblongus, oliuaceus; cirris quatuor, maxilla ſuperiore longiore; iride bruno flaua; pinna ani radiis nouem, pinnae dorſi radio vtrinque ſerrato; cauda bifida; vertebris quadraginta ſex. 2 *Cyprinus Carpio*, oualis, cinereo coeruleſcens; cirris quatuor; iride cuprea; pinna

pinna ani radiis nouem, pinnae dorſi anique radio tertio poſtice ſerrato; cauda bifida, vertebris triginta ſeptem. Varietas eius *ſquamis maioribus* adiicitur. 3. *Cyprinus Gobio*, oblongus, ſubteres, p. 26.
maculoſus; maxillis ſubaequalibus; cirris duobus; iride aurantio flaua; cauda bifida; pinna ani radiis decem; vertebris quadraginta. 4. *Cyprinus* p. 30.
Tinca, mucoſus, oualis, virideſcens; cirris duobus; iride oliuacea; cauda integra; pinna ani radiis vndecim; vertebris triginta nouem.

Alteram familiam dicit, *ore cirris carente*, *cor-* p. 34.
pore oblongo, *cauda bifida*. Species ſunt 5. *Cyprinus Dobula*, ſubteres, cinereo flaueſcens; iride varia; pinna dorſi anique radiis duodecim; vertebris quadraginta. Confuſa Auctorum nomina conciliare conatur Auctor, putatque, eſſe hunc LINNAEI *Ieſem*. 6. *Cyprinus Ieſes*, pedalis, ſubteres, ſubflavus; iride varia; pinna ani dorſique radiis vndecim; vertebris triginta nouem. 7. *Cyprinus Al-* p. 40.
burnus, quincuncialis, gracilis, ſubteres; flaueſcens; maxilla inferiore longiore; iride alba; pinna anali radiis viginti duobus; vertebris quadraginta duabus.
8. *Cyprinus Zerta*, oualis, ſubteres, ſubfuſcus; roſtro p. 44.
naſiformi, iride viridi albaque; pinnis flaueſcentibus; vertebris quadraginta duabus. Quaerit Auctor, an ſit *Cyprinus Vimba* LINN., cum ARTEDII deſcriptio fere conueniat. Bonam figuram dat GESNERVS. 9. *Cyprinus Morella*, oualis, quin- p. 47.
cuncialis, varius; iride flaua albaque; maxilla inferiore longiore; linea laterali vtrinque lineolis nigris notata; pinnis albentibus, pinna ani radiis octodecim; vertebris triginta ſeptem. Eſt *Phoxinus* MARSILII; non LINNAEI. 10. *Cyprinus* p. 51.
Aphya, oualis, triuncialis; iride alba; linea laterali verſus caudam coerulea; pinna anali radiis duodecim, radiis duobus vltimis purpureis; vertebris

tebris triginta et vna. Vix eſt *Aphya* LIN. ſed
p. 35. nouus. 11. *Cyprinus Rubellio*, oualis, compreſſus; iride lutea; pinna ani radiis quatuordecim, hac et ventralibus (perperam in libro legitur *anali*, quod docet nexus, et deſcriptio) purpureis; ver-
p. 56. tebris quadraginta quatuor. 12. *Cyprinus Rapax*, ouatus, ſubcompreſſus, coeruleſcens; iride varia; pinnis rufeſcentibus, pinna ani radiis quatuordecim; vertebris quadraginta quatuor. Duo hi (no. 11. 12) non a LINNAEO recenſentur.
p. 60. 13. *Cyprinus Erythrophthalmus*, ouatus, compreſſus, oliuaceus; iride flauo ſubrubra; pinnis omnibus rubeſcentibus ventrali et anali purpureis; vertebris triginta nouem. Eſt *C. Rutilus* LINN.
p. 64. 14. *Cyprinus Rutilus*, oualis, compreſſus, flauo fuſcus, iride crocea; pinnis rubris, ventralibus et anali ſanguineis, pinna ani radiis quindecim; vertebris triginta ſeptem. Eſt *Erytrophthalmus* LINN.
p. 69. Tertia familia definitur *ore cirris carente*, *corpore breuiore*, *cauda* vel *bifida*, vt 15. *Cyprinus Pleſtya*, oualis, latus, cinereo albus; iride flauo viridi; pinnis ad baſin ſubrubris, analis radiis vltra viginti; vertebris triginta nouem. Non eſt *Ballerus* LINN. ſed ei proximus, vt GESNERVS
p. 73. vidit. 16. *Cyprinus Brama*, oualis, latus, coeruleo albus; iride albo virideſcente; pinnis nigro coeruleſcentibus, anali radiis viginti nouem; vertebris
p. 78. quadraginta et duabus. Vel *cauda integra*, ut 17. *Cyprinus Caraſſius*, oualis, latus, oliuaceus; iride albo flaua; linea laterali recta; pinnae dorſi anique radio tertio vtrinque poſterius ſerrato, ſubſpinoſo; pinna ani radiis decem; vertebris triginta. Huic ſubiicitur varietas minor, a KLEINIO in *Piſc. Miſſ. V. p.* 59. *t. II. f.* 2. depicta.

His definitionibus annectit Cl. Auctor vbique numerum radiorum in omnibus pinnis, etiam variantem.

riantem. Subiicit nomina Germanica indigena, atque ſynonyma, quae inuenire potuit, omnia, iis exceptis, quae ARTEDIVS in *Synonymia* iam recte compoſuerat; quorum tamen icones etiam hic commemorat. Tum deſcriptionem omnium partium dat, atque in notis obſeruationibusque ſynonyma Auctorum conciliare conatur, falſas icones bonasque indicat: colorem poſtea ſiccati piſcis, locum natalem, et qui cuilibet piſci gratus ſit, tempus, quo oua ponant, vſum denique breuiter enarrat.

XX.

Caſes in Surgery with Remarks. Part the firſt. By CHARLES WHITE, F. R. S. one of the Corporation of Surgeons in London and Surgeon to the Mancheſter Infirmary. To which is added: an Eſſay on the ligature of Arteries by I. AIKIN, Surgeon. London, printed for W. Johnſton. 1770. 8. 14. pl. tab. aen. 7.

i. e.

Caſus chirurgici cum annotationibus in eosdem Vol. I. Auctore CAROLO WHITE, Chirurgo: Accedit IOANNIS AIKIN diſſertatio de ligatura arteriarum.

Vti in vniuerſum artis noſtrae incrementa plurima, quae ea noſtris temporibus accepit, Anglorum ſtudio et induſtriae debentur; ita chirurgiam inprimis, multis egregiis et ſimplicitate ſua commendabilibus inuentis, eorum opera auctam eſſe, nemo facile negabit. Ad ea vero ſcripta, quibus hoc praecipue effecerunt, hoc, quod iam indicamus, opus maxime pertinet. Continet

illud obſeruationes, quarum maximam partem Cl. WHITE in noſocomio vrbis *Mancheſter* fecit, aliquae tamen earum patrem eiusdem Cl. THOMAM WHITE M. D. auctorem habent. Nonnullae iam in Transactionibus philoſophicis et obſeruationibus medicis Londinenſibus (*Medical Obſeruations and Inquiries*) antea impreſſae fuerunt.

p. 1. Initio huius libri *nouam* proponit Cl. Auctor, *methodum, crus paullulum ſupra malleolos amputandi, ſimulque machinam trunco poſt amputationem relicto adaptandam* deſcribit. Notum eſt, cruris amputationem in omnibus fere inſtitui ſtatim ſub genu; cum truncus nimis longus relictus, ſi pes artificialis vulgari modo paratus, flexo genu adaptetur, aegro maxime moleſtus ſit. Attamen iam praecedenti ſeculo Cl. VERDUIN, SOLINGEN et DIONIS crus quoque inferius ad malleolos, ſi mali natura id permitteret, reſecarunt, variasque machinas excogitarunt, quae vero ſatis rudes eſſent. Permouerunt tamen ea Auctorem Cl., vt ad hanc methodum vlterius perficiendam animum aduerteret, praecipue cum videret, articuli genu vſu conſeruato, eam conſuetam longe antecellere. Qua quidem in ſententia magis adhuc confirmabatur, cum feminam videret, in qua amputatio, cruris ſatis longa portione relicta, facta eſſet; cui vero faber quidam lignarius machinam ſatis quidem rudem, adeo tamen commodam paraſſet, vt ea ambulare, gradus adſcendere et deſcendere ſine vllo incommodo poſſet.

Similem itaque machinam excogitauit Noſter, trunco relicto adaptandam, quae fuſius hic deſcribitur et quam eo cum fructu in pluribus aegris adhibuit, vt ii omnes nunc articulo genu libere vti poſſent. Amputationem ipſam eadem fere methodo inſti-

inſtituit, quam Cl. O HALLORAN *) deſcripſit, qui carnis ſegmentum (*Lambeau*) relinquit. Primam ſectionem ab eo loco incipit, quo tendo ACHILLIS oſſi calcis affigitur, omnemque carnem obliqua inciſione, tres circiter pollices longa, ita ſeparat, vt carnis ſegmentum inde formetur. Deinde partes molles anterius ſitas in orbem diſcindit et tandem ſerram adhibet. Sanguinem arteriarum ligatura, ſine acus ope, vti inferius deſcribitur, inſtituenda, vel ſpongia ſupprimit. Carnis ſegmentum non ſtatim cum reliquo vulnere conglutinandum eſt; ſed tam illud, quam vulnus, vt duo ſeparata vulnera, per decem vel quatuordecim dies eo usque tractanda ſunt, donec inflammatio ceſſaverit et oſſium fragmenta acuta iam noua carne tecta ſint. Quod ſi euenerit, ſegmentum vulneri Noſter applicat eaque ratione eiusmodi aegros intra breue tempus fere ſemper ſanauit.

Sequitur relatio de congeſtione foecum in inteſtinis periodica, quae tympanitidem mentiebatur. Tam exempla, quae funeſtum exitum habuerunt, quam alia recenſentur, vbi, parte excrementorum induratorum extracta, aegri conualuerunt. p. 13.

Relatio de calculis inteſtinalibus, in quorum media parte prunorum vel ceraſorum nuclei latebant. Huic additur *de calculis duobus in colo repertis, qui ex ſolis foecibus induratis conſtabant*, obſeruatio. p. 17. 23. 27.

Inſignis tumor ſcroti a teſticulo morboſo in aegro, qui etiam hernia inteſtini laborabat. Tumor ad genua vſque propendens exulceratus, eiusque magnitudinis erat, vt penis et alter teſtis in eo penitus reconderentur. Totus vero tumor maſſae carnis p. 31.

*) Complete treatiſe on gangrene and ſphacelus with a new method of amputation 1765.

putridae ſimilis erat. Aderat ſimul febris hectica, aliaque multa mala, vt aeger morti proximus eſſe videretur. Interim tamen Cl. Auctor, inteſtinis repreſſis, teſticulum morboſum exſtirpauit, aegerque intra breue tempus perfecte conualuit.

p. 35. *Similis fere caſus*, in quo octo librae carnis putridae reſectae ſunt. Figura ſcroti eiusdem fere magnitudinis, apud CHESELDEN in *Anat.* T. 26. reperitur.

p. 41. *De variis tumoribus in capite recens natorum.* Ex his alii exſtirpari poſſunt, aliis vero ſcalpellum ſine graui noxa admoueri non poteſt. Ad priores pertinet ea tumoris ſpecies, quam Auctor Cl. in fronte pueri vidit. Habebat in initio tumor piſi magnitudinem, ſed ſemper increſcens nucem tandem aequabat ac inprimis, cum puer vagitum ederet, inſigniter intumeſcebat. Exſecuit tamen eum Auctor Cl. felici ſucceſſu, viditque illum ſub cute tantum poſitum conſtare ex ſubſtantia, corpori cauernoſo penis ſimili, quae a tribus vaſis ſanguinem accipiebat. Reliqui tumores, qui non exſtirpari poſſunt, ad hernias ſic dictas cerebri pertinent, quas ſine mortis periculo incidi non poſſe, neminem fugit.

p. 47. *De varis et valgis.* Hanc diſtorſionem pedum Cl. Auctor ſitu infantis in vtero, vt recentiorum plurimi, tribuit, machinamque deſcribit e lamina ferri tenui paratam, qua plantis pedum applicata, haec diſtorſio intra breue tempus corrigi poteſt. Faſciam, a CHESELDENIO propoſitam, vt inutilem, reiicit.

p. 50. *De cura ſpaſmi maxillae ex vulnere digiti.* *)

Caſus

*) vid. Med. Obſ. and Inquir. Vol. II. p. 382. conf. comm. noſtr. Vol. XII. p. 466.

*Caſus aegri, in quo caput humeri et magna pars huius oſſis exemta eſt, motu tamen brachii ſuperſtite.**) p. 57.

*Relatio de fractura humeri.***)

Relatio de fractura femoris, ſymptomatibus ſingularibus ſtipata. Haec poſt ſex menſes nondum coalita erat, quo tempore aeger ad noſocomium Auctoris Cl. deferebatur. Hinc e corio machinam parare iubebat, ſeu potius capſulam, quae ita femur circumdaret, vt aeger pede vti poſſet. Poſt ſex ſeptimanas abſceſſus oriebatur non longe a fractura, quo aperto et ſanato, etiam fractura coaleſcebat. Oſſis tamen capita a latere tantum vniebantur. Putat Auctor Cl., fragmentis oſſis aliquid interpoſitum fuiſſe, quod motu pedis, per preſſionem inflammatum, in ſuppurationem abierit. p. 75.

De operatione facta in aegro, cuius tibia, licet 36 ſeptimanae a laeſione iam elapſae eſſent, tamen nondum coalita erat. Tibia et fibula ſimul et oblique quidem fractae erant, ſed fibula iam coaluerat, tibiae fractura nondum ſanata. Cl. Auctor inciſionem longitudinalem inſtituit, viditque ſuperius fragmentum tibiae ſubſtantia quadam cartilagini fere ſimili obductum eſſe. Hinc trepano illud exſecuit, atque etiam ab inferiore perioſteum abraſit: deinde crus in eum ſitum collocauit, quem Cl. SHARPIVS, POTT, WATHEN, aliique commendant, vt ſcilicet flexum eſſet. Poſtea butyro antimonii carnem fungoſam, qua oſſium coalitus impediebatur, deſtruxit et ita intra breue tempus aegrum ſanauit. p. 79.

De

*) Phil. Transact. 1769. cf. comm. Vol. XVIII. p. 644.

**) EIVSD. Vol. LI. Part. II. 1760. comm. noſtr. Vol. XI. p. 28.

p. 95. *De methodo reductionis humeri luxati.* *)

p. 105. *Supplementa ad praecedentem diſſertationem.* In
109. his Cl. Auctor dubia contra methodum proponit, quam Cl. POTT in reductione humeri luxati commendat, qui, ne caput longum bicipitis reductionem impediat, eam ſemper cubito flexo inſtituere iubet. Perraro vero fit, vt hic tendo curationem difficilem reddat. Cl. Auctor enim ſaepe eam optimo cum ſucceſſu, brachio etiam extenſo, tentauit.

p. 123. *De luxatione completa oſſis femoris in adulto ex cauſſa externa.* **)

p. 131. *De luxatione oculi ſeu exophthalmia.* Fragmentum tubi, ex quo fumus herbae Nicotianae ſugitur, in mediam partem palpebrae inferioris ea vi intrudebatur, vt in os maxillare penetraret ibique diffringeretur. Oculi bulbus in ſuperiorem partem protruſus erat, aegerque omnem viſum amiſerat. Digitis tamen bulbum Cl. Auctor facile reduxit, quo facto ſtatim quoque viſus in aegro rediit. Poſt duos tandem annos aeger tubi fruſtulum, in duo fragmenta diffractum, tuſſi reiecit, nulloque incommodo relicto perfecte conualuit.

p. 135. *De exophthalmia a tumore, in inferiore parte orbitae nato, tumore hoc exſtirpato perfecte curata.* Tumor hic inter proceſſum zygomaticum et naſum poſitus erat, et ita magnitudine augebatur, vt omnem fere faciem occuparet. Scalpello hunc Cl. Auctor aperuit, viditque, eum interius ſubſtantia, caſeo putrido ſimili, et fragmentis oſſium repleri. Os naſi ſiniſtrum, proceſſus zygomaticus eiuſ-

*) v. *Med. Obſ.* Vol. II. p. 373. et comm. noſtr. Vol. XII. p. 465.

**) v. *Phil. Transact.* Vol. LI. P. II. p. 675. comm. noſtr. Vol. XI. p. 31.

eiusdem lateris, omniaque orbitae oſſa ita carie conſumta erant, vt neruus opticus, dura mater eiusque vaſa conſpici poſſent. Ferro autem candente applicato, caries non vlterius ſerpebat, tandemque vlcus perfecte glutinabatur, parua tantum ad angulum internum fiſtula relicta. Viſum quoque aegra recuperauit.

Diſſectio brachii, in quo olim aneuryſmatis operatio facta erat. Quatuordecim ab ea curatione anni praeterlapſi erant. Cl. Auctor arteriam brachialem cera repleuit, vaſaque huius brachii, cum apud nullum Auctorem figura ſimilis reperiretur, delineare curauit. Confirmatur hac obſeruatione, arterias minores collaterales, poſt arteriae ligaturam multum dilatari. p. 139.

Aneuryſma in crure ex fractura ortum. Sex ſeptimanis poſt fracturam elapſis, tumor intra tibiam et fibulam apparuit, quo tandem disrupto, ſanguis inſigni vi profluxit. Cohibuit tamen illud profluuium Cl. Auctor ſpongia applicata, de cuius vſu in haemorrhagiis arteriarum iam alio libro expoſuit. *) p. 141.

De haemorrhagia ex vulnere arteriae radialis, in qua Cl. Auctor etiam ſpongia optimo cum ſucceſſu vſus eſt. p. 145.

Obſeruatio de haemorrhagia ex arteria oculi, ſpongiae ope curata, quae etiam vſum ſpongiae ſtypticum vlterius probat. p. 149.

De ſpongiae efficacia in ſiſtendo profluuio ſanguinis poſt amputationem cruris. Non ſanguinis tantum effluxum ſpongia, ſed puris quoque abſorptionem impedit, qua febris hectica excitatur. Applicat p. 151.

*) *Treatiſe on the uſe of the ſponge.*

plicat vero Cl. Auctor eam modo, quem Cl. KIRKLAND *) commendauit, eandemque in vlceribus etiam adhibet, in quibus, cum humores abſorbeat, et fungum leniter comprimat, carnis fungoſae ortum prohibet. Vlceribus ſine linteo carpto ſpongiam Noſter imponit

p. 159. *De haemorrhagia ex arteria tonſillari.* Sanguis ex arteria tonſillae, pure corroſa, profluebat, omnia adſtringentia, etiam ipſum cauterium actuale nil proficiebant. Tandem Cl. Auctor arteriam illam acu eadem fere ratione ligauit, qua in exſtirpatione tonſillae induratae ligatura applicari ſolet.

p. 167. *De ſpongiae in ſanguinis profluuio efficacia.* Pluribus obſeruationibus vim huius remedii ſtypticam confirmat. Natura arteriam nec thrombo ſanguinis (vt PETITI eſt ſententia), nec tumore tunicae celluloſae arteriae circumpoſitae claudit, quod Cl. POUTEAU docet; ſed ea vi ſua tonica ſe contrahit et vſque ad proximam ramificationem coaleſcit. Hanc tamen hypotheſin non nouam, ſed iam a Cl. KIRKLAND propoſitam eſſe, Cl. Auctor ingenue fatetur.

p. 177. Annexa eſt huic volumini Cl. AIKIN diſſertatio *de ligatura arteriarum.* Diſcipulus ille eſt Cl. WHITE, magiſtro ſuo dignus. Confirmat, quae Cl. WHITE de modo habet, quo natura ſanguinis profluuium ex arteriis ſiſtit Contra Cl. POUTEAU hypotheſin monet: haud raro arterias prius contrahi, quam tela celluloſa, quae arterias circumdat, poſſit intumeſcere: habere porro membranas plures minorem telae celluloſae copiam, quam vt talis intumeſcentia fieri queat, neque tamen minus ſanguinis fluxum ex illarum arteriis

*) *Med. Obſerv.* Vol. II. p. 278. comm. Vol. XII. p. 458.

arteriis ſponte ſiſti: tandemque vim, quam compreſſio perpendicularis et ſubſtantiae fungoſae diſciſſa arteria oſtendunt, non ex hypotheſi Cl. POUTEAU explicari poſſe. Hinc KIRKLANDII ſententiam reliquis probabiliorem iudicat. Optime autem haemorrhagia maiorum arteriarum ligatura cohibetur. Hanc vero non acu facit Cl. AIKIN, qua filum, per carnem arteriae circumpoſitum, ita ducere ſolent, vt eam cum vaſe et neruo, qui vt plurimum arteriae adiacet, nodo comprehendant; ſed arteriae diſciſſae caput ſolum, ſine neruo, protrahit, inſtrumento illo, quod CHESELDEN in appendice ad GATAKERI verſionem *operationum* Cl. LE DRAN tabula decima tertia delineauit. Nudam arteriam tunc filo circumiecto conſtringit, illudque nodo chirurgico firmat. Quo fit, vt non ſolum dolor, quem acus et nerui conſtrictio facit, multum minuatur; ſed et firmum obtineatur vinculum, quod omnem ſanguinis effluxum efficaciſſime prohibet.

XXI.

Eſſays on ſeveral important ſubjects in ſurgery: chiefley on the nature and cure of fractures of the long bones of the extremities, particularly thoſe of the thigh and leg, whether ſimple or compound, for which a new method of retention is propoſed: the whole illuſtrated with copperplates. By IOHN AITKEN, ſurgeon, of the college and incorporation of Surgeons in Edinburgh. London. printed for E. and C. Dilly 1771. 8. mai. 1 Alph. 4½ pl. tab. aen. 6.

i. e.

i. e.

Diſſertationes de variis argumentis chirurgicis, praecipua quadam annotatione dignis, inprimis de natura et cura fracturarum, quae in oſſibus cylindraceis extremitatum, praecipue in femore et crure fiunt, ſiue eae ſimplices, ſiue compoſitae ſint: vna cum deſcriptione methodi, qua oſſa haec fracta apte in ſitu conſeruari poſſunt. Auctore IOANNE AITKEN, Chirurgo Edinburgenſi.

Quamquam maxima pars eorum, quae in hoc, quem iam indicamus, libro noua ſunt, et pertineant ad machinas, quarum ſtructura ſine figuris vix apte verbis explicari poteſt; praecipuas tamen annotationes et obſeruationes, in his diſſertationibus contentas, Lectoribus noſtris communicabimus.

p. 1. Dum vero Cl. Auctor primum de fracturis oſſium in vniuerſum diſputat, varia etiam de cohaeſione oſſium eiusque cauſſis, de rigiditate eorum, quae a particularum terrearum abundantia et coaleſcentia vaſorum pendet, de tenacitate oſſium, quae in infantibus potiſſimum ſumma eſt, et a glutinis copia oritur, nec non de medulla oſſium profert.
p. 34. Deinde enarrat cauſſas varias, quae efficiant, vt oſſa facilius et nonnunquam ſine praegreſſo ictu vel lapſu ſponte frangantur. Hoc potiſſimum cachexiae v. c. ſyphiliticae, ſcorbuticae, rhachiticae, carcinomaticae cet. effectus eſt. Interim tamen quoque aetas ſenilis et labor nimius oſſa rigida facit. Frigus nimium nonnulli etiam inter cauſſas referunt, quae oſſibus fragilitatem inducunt. Sed fracturae, tempore hyemali ideo copioſiores accidunt, quia facile homines in terra, quam glacies nimis

laeuem

laeuem reddit, labi poſſunt, eaque terra gelu nimis indurata eſt. Poſtea ad callum Cl. AITKEN tranſit, de cuius ortu Ill. HALLERI ſententiam amplectitur, tandemque de ſymptomatibus, quae ad fracturas accedunt, eorumque cauſſis, nec non de prognoſi fracturarum agit. Haec tamen omnia nil fere noui continent.

Accedit deinde ad ipſam curationem fractura- p. 56. rum, quae extenſione membri fracti, coaptatione ſeu repoſitione fragmentorum et retentione eorum in iuſto ſitu, vſque dum callus perfectus ſit, abſoluitur. Contraextenſione in fracturis non opus eſt; ſed ſuperior membri pars tantum in ſitu ita retineatur, vt in extenſione non ſequatur. Extenſionis vero vis, ſi fieri poſſit, inferiori oſſis parti adhibeatur, non loco a fractura remoto, vel inter quem et fracturam articulus eſt. Sub extenſione membrum flexum conſeruetur, niſi fractura ita comparata ſit, vt inter locum, cui extenſionis vis applicatur, et fracturam articulus interponatur. Semper manus ope extenſio fieri poteſt, cum et in oſſis femoris fractura duobus tantum miniſtris, praeter chirurgum, opus ſit. Statim poſt aduentum chirurgi extenſio et fragmentorum repoſitio fiat, niſi iam inflammatio, ſub qua difficile et periculoſe vis membro fracto adhibetur, adſit: hinc ea antea antiphlogiſtica methodo ſananda eſt. Ad praecipuas cauſſas, quae membri fracti retentionem in apto ſitu difficilem reddunt, Cl. Auctor refert craſſitiem muſculorum, oſſi fracto circumiectorum, obliquitatem fracturae, figuram membri a cylindracea recedentem et conicae magis ſimilem, inquietudinem aegri, motus conuulſiuos membri fracti, vomitum et tuſſim cet. Ferulae ex charta conglutinata, quae ante p. 72. applicationem maceratione emollitur, ſeu corio conficiantur et eam longitudinem habeant, vt ab

vno articulo ad alterum pertineant. Eas, quae in crure fracto adhibentur, perforatas inferius eſſe oportet, quo malleolos recipiant. In nonnullis fracturis transuerſis, quae ſine vulnere ſunt, membrum fractum in extenſum ſitum collocari poteſt; in reliquis vero omnibus ſitus inflexus, a Cel. POTT commendatus, praeſtat. Iubet idem Cl. POTT, vt aeger ſemper lateri, in quo fractura eſt, incumbat. Sed culcitrae non vbique aeque durae ſunt, et hinc facile nonnulla loca deprimuntur ac cedunt. In vniuerſum quoque ſitus is tantis incommodis ſtipatur, vt aeger per omnem curationem, quae non nunquam ſatis longa eſt, in eo vix permanere poſſit. Hinc Cl. Auctor iubet, vt ille ſemper dorſo, ita tamen incumbat, vt membrum flexum et muſculi relaxati ſint. Hoc in femoris fractura fieri poteſt, ſi aeger altitudine pedis vnius vel vnius cum dimidio, ſtragulorum et culcitrarum ope, ſupra reliquam lecti ſuperficiem eleuatur, quo genu flexum ſit, atque crus et pes deorſum pendeant. In cruris contra fractura, crus quatuordecim vel quindecim pollices altius reliquo corpore, ſimilium ſtragulorum ope collocetur.

p. 85. Progreditur tunc Cl. Auctor ad fracturam femoris in ſpecie, oſtenditque omnia remedia, quibus chirurgi partes huius oſſis fractas in apto ſitu ſeruare tentant, ſi quasdam machinas excipias, inutilia plane eſſe. HILDANI machina (*Cent.* V. *Obſ.* 86.) nondum quidem perfecta, ſed tamen omni attentione digna eſt. Ea, quam Cl. BELLOQ propoſuit (*Mem. de l'Acad. de Chir.* T. III. p. 233. *) tunc tantum applicari poteſt, quando femur et crus in vna eademque linea extenſa per omnem curationem ſeruantur, quod a Noſtri curatione, qui inflexum ſitum commendat, alienum eſt. Cl. GOOCH

*) vid. Comm. noſtr. Vol. VIII. p. 210.

GOOCH inſtrumentum (*Caſes and Remarks in Surgery* Tom. II. p. 311. tab. XI. ſequent.) tuto quidem applicari poteſt, ſed ad extenſionem recte praeſtandam non ſufficit. Hinc aliam machinam Cl. AITKEN deſcribit, quae ex cingulo coriaceo, p. 108. quod oſſibus peluis circumponitur, et alio ſimili cingulo conſtat, quod inferiorem femoris partem, circumdat. Duo vero illa cingula tribus ferulis, e chalybe confectis, inter ſe vniuntur. In p. 124. cruris quoque fractura ſimilis fere machina adhibeatur, cuius ſuperius cingulum ſupra genu adfigitur, inferioris vero loco calceus eſt, cui ferulae tres adnectuntur, quarum anterior duplicem finem habet et ſuperiorem pedis partem circumdat. Oſtendit deinde Cl. Auctor machinae huius p. 133. ope aegros poſt fracturas, ab vno loco ad alterum ita transferri poſſe, vt fragmenta oſſium non ex ſitu ſuo ſub itinere dimoueantur. Commendat eam p. 143. etiam in ruptura tendinis ACHILLIS, in qua ſuturam, vti recentiores omnes, inutilem dicit et etiam aliarum methodorum, quae Cl. MONRO et alii propoſuerunt, mentionem facit.

Porro de retractione cutis et muſculorum poſt p. 157. amputationem, in femore et crure inſtitutam, ac de variis remediis exponit, quibus recentiores chirurgi hanc retractionem oſſisque protruſionem impedire tentarunt. Sutura cruciata, quam SHARPIVS propoſuit, dolorem nimium facit, et fila retentioni puris putridi in vulnere occaſionem praebere poſſunt. Hinc Auctor Cl. emplaſtra glutinantia, et, ſi amputatio in femore facta ſit, machinam, ad fracturas femoris propoſitam, ita applicat, vt inferius cingulum paullulum ſupra trunci finem emineat. In cruris quoque amputatione cingulum machinae, ad fracturas cruris adaptatae, adhibet. Si amputatio cum ſegmento carnis relicto (*à lambeau*) inſti-

 tuatur

tuatur, eadem machina ad firmandum carnis ſegmentum vti poſſumus. Coniungit tamen Noſter cum eá compreſſionem, quam fruſtuli lignei opé perficit, et cuius vlterior ratio ſine figuris vix intelligi poteſt.

p. 177. Quod ſi haemorrhagia poſt amputationem, in extremitate inferiore factam, topica compreſſione ſiſtenda eſt, machina haec ſecundum Cl. Aucto-
p. 185. ris ſententiam egregios etiam vſus praeſtabit. Idem et de patellae fractura valet, in qua machinam, fracturis cruris adaptatam a commendat.

p. 196. Tandem de extractione dentium Cl. AITKEN agit atque oſtendit, inſtrumentum quod *clauem Anglicam*, *(key inſtrument)* vulgo dicunt, pluribus incommodis laborare, cum oblique et in iniqua directione trahat, ac gingiuas laedere poſſit. Hinc aliud deſcribit, quod tamen idem inſtrumentum emendatum eſt: addita enim eſt inferius capſula, quae corpori molliori obducitur et gingiuis applicatur, in qua vncus latet. Methodum, qua illud inſtrumentum adhiberi debet, fuſius Cl. Auctor deſcribit et figuris explicat, atque in vniuerſum monet, vnci et totius inſtrumenti magnitudinem, pro varia aetate aegri et dentis extrahendi magnitudine differre debere.

XXII.

Memoirs of agriculture and other oeconomical arts. By ROBERT DOSSIE. Vol. I. London, printed for I. Nourſe. 1768. 8 maj. 1 alph. 8 pl. Vol. II. ibid. 1771. 1 alph. 9 pl.

i. e.

Commentarii ad agriculturam aliasque artes, quae ad oeconomiam pertinent, ſpectantes Auctore R. DOSSIE. Vol. I. II.

Inter plura alia, quibus Angli incrementum mercaturae et oeconomiae in terris ſuis augere ſtuduerunt, illam quoque Societatem referre oportet, quae ab excitatione artium, opificiorum et mercaturae nomen gerit (*ſociety for the encouragement of arts, manufactures and commerce*). Ea anno huius ſeculi quinquageſimo quinto Londini a mercatoribus nonnullis, aliisque patriae amore ductis ciuibus eo conſilio erecta fuit, vt ii collata inter ſe pecunia, praemiis non ſolum eos condecorarent, qui artibus excellerent vel inſtrumenta machinasque ſua vtilitate commendabiles inuenirent; ſed et ciuium induſtriam ad culturam variarum rerum excitarent, quae vel in agricultura magni vſus ſint, vel quibus opifices carere nequeant, vel quibus mercatura Anglorum augeri poſſit. Licet vero labores Societatis, vt ſit, ſaepe effectu caruerint, euentusque ſpei non reſponderit, in vniuerſum tamen populum Anglum multum huic ſocietati debere fatendum eſt. Summa praemiorum, quae Vol. I. ea ab anno 1755 ad annum 1767. diſtribuit p. 1. ad 190000 thaleros noſtrae monetae accedit, cui ſimile paucos reges vel principes feciſſe vel facere potuiſſe conſtat. Hiſtoria quoque eorum quae Societas a primis ſuis initiis fecit, quam Cl. P. 28. DOSSIE indici praemiorum a Societate diſtributorum addidit, vſum, quem Anglia eiusque prouinciae in America ſeptentrionali ſitae ex hoc inſtituto reportarunt, magis adhuc declarat.

Cum vero inter obſeruationes Societati communicatas plures eſſent, quarum publicationem

 vti-

vtiliſſimam fore Societati videretur, Cl. DOSSIE eas collegit ac iuſſu et auctoritate eius ſuffultus publicauit. Licet vero plurimae ex iis ad nos non pertineant, varias tamen inuenimus, quae noſtram attentionem mereri viſae nobis ſunt, et quarum ſummam hic lectoribus noſtris communicabimus.

Variis aliis commentariis praetermiſſis, qui ad agriculturam potiſſimum pertinent, illius tantum ex priore volumine mentionem faciamus, in
p. 400. quo Cl. PHELIPPO rationem praeparationis corii et modum tingendi illud enarrat, quo Turcae vtuntur, dum id colore rubro et flauo inficiunt. Satis operoſus et longus ille labor eſt. Ad rubrum colorem parandum ſalicornia ſeu *Kali geniculato orientali*, quod *Shenar* vocant, Aluarine, cotice granati, radice curcumae, cochenilla et ſaccharo vtuntur. Flauus color ex *rhamno orientali*, cui nomen *Caſſiari gehira* imponunt, obtinetur.

Vol. II. In altero volumine Cl. REYNOLDS lixiuio ex
p. 129. calce vica et ſale parato, grana cerealia, antequam terrae mandantur, macerare ſuadet, quo frumentum ex his ſeminibus natum a rubigine (*smut*) liberum ſeruetur. Rubiginem ab inſectis produci,
p. 151. probat. Communicatur quoque epitome illius diſſertationis, qua Ill. Comes FRANCISCVS GINANNI *de morbis frumenti* egit *). Cl. MOVNSEY demonſtraſſe, quod rhabarbari radix, quae in officinis reperitur, ex *rheo palmato* LINNAEI ſit, iam alio loco monuimus **) Haec rharbari ſpecies iam in Anglia variis in locis colitur, experimen-

*) *Delle malattie del grano in erba* - - - - Conf. comm. noſtr. prim. decad. Suppl. II. p. 313.

**) *Philoſ. Transact.* Vol. LIV. p. 290. conf. comm. noſtr. Vol. XV. p. 74.

rimentaque cum ea inſtituta oſtenderunt, Anglicum illud rhabarbarum non colore et odore ſolum cum orientali conuenire, ſed etiam puluerem eius aluum ſubducere. Cultura et praeparandi modus fuſius hic deſcribuntur.

Noua quaedam ſolani eſculenti varietas ſeu noua ſpecies ex America ſeptentrionali allata eſt, quae vulgari longe praeſtat, *Solanum conglomeratum* dicunt. Interim botanica nomina et deſcriptiones aptae etiam hic deſiderantur, quod in plerisque aliis commentariis factum eſſe merito dolendum eſt. Denique Cl. DOSSIE *obſeruationes de morbo contagioſo boum, eiusque praeſeruatione et curatione* proponit. Praemiſſa eſt morbi huius hiſtoria. Ea ſpecies, quae nunc in Europa graſſatur, primum ſe anno huius ſeculi decimo vel vndecimo in Hungaria oſtendit. Semper contagio propagatur, aëris vero infectio nullo modo inter eius cauſſas numerari poteſt. In Anglia in bobus hoc morbo affectis nulla diarrhoea vel raro tantam aderat, quae ſaepius in Belgio occurrebat. Contra eruptiones cutaneae ſeu abſceſſus, ſub cute nati, frequentiores in Anglia eſſe ſolent. Fumigatio, qua contagii noxam pellere credunt, inutilis imo noxia eſt, pluresque boues in iis ſtabulis, vbi ea ſaepe adhibebatur, quam in aliis perierunt. Interna quoque antidota minus idonea ſunt, quod et de ipſo acidorum vſu valet, quem multi adeo extollunt. Liquores enim digerentes eorum vſu vitiantur et vis vitae debilitatur.

p. 292.

p. 364.

Idem hoc et in hominibus fit, in quibus imprudens acidorum vſus, quo in epidemico morbo, ſe a contagio liberos praeſtare ſtudent, graues ſaepe noxas excitat. Inoculatio luis bouillae, quam Cl. CAMPER aliique in Belgio inprimis commendarunt, vim morbi non infringit, nec boues ab alia

p. 392.

infectione per reliquam vitam immunes praeſtat, imo
p. 402. propagationi et durationi epidemiae fauet. Quod et de inoculatione variolarum valere Cl. Auctor putat. Vltimis enim annis, quibus inoculatorum numerus adeo auctus fuit, longe plures, quam antea, homines in Anglia variolis perierunt, contagio ſcilicet per inoculationem ad plura loca diſſeminato, in quibus antea variolae plane incognitae erant. Omnia quoque antidota interna inutilia ſunt. Corticis peruviani, a quo Cl. CAMPERVS multum expectat, pretium nimium eſt, nec cortex ſalicis, quem ei ſubſtitui poſſe credit, vires huius remedii antiſepticas poſſidet.

p. 407. Omnia quoque remedia quae vulgo in hoc morbo adhibentur, vel inutilia ſunt, vel nullo rationali fundamento nituntur. Omnia alexipharmaca nocent. Sola antiſeptica et analeptica in putrido morbo prodeſſe poſſunt. Acida, cum, vti iam dictum eſt, irritabilitatem et vim vitae debilitent et concoctionem laedant, minus idonea ſunt, quod plures obſeruationes in Anglia factae probant. Morbus non inflammatorius eſt, hinc antiphlogiſtica methodus et venaeſectio, quae animalia imbecilliora reddit, aliena et pernicioſa ſunt. Antimonialia in initio morbi adiuuant boues aegrotantes, in progreſſu vero eius ſubmouenda ſunt. In vniuerſum omnia, quae animalia debilitant, grauiorem morbum reddunt atque efficaciam contagii augent. Hoc de purgantibus quoque valet, quae etiam metaſtaſes ad habitum externum impediunt. Veſicatoriorum vis nondum per experimenta ſatis confirmata eſt. Setacea et fonticuli autem nullam in impediendo contagio vim habent. Cum ſaepe expenſae in curatione neceſſariae, pretium boum ſuperent, magis proficuum eſt, ſi ſine vllo medicamento boues

aegro-

aegroti, ſolis naturae viribus relinquantur. His p. 426. praemiſſis, Cl. Auctor ſymptomata huius morbi deſcribit tandemque ad curationem deſcendit. Ad hanc tantum adſtringentes febrifugas gummoſas vegetabilium partes et liquores vinoſos commendat. Pluribus acidorum noxam et inefficaciam demonſtrat. Acidum vitriolicum cortici Peruuiano iunctum, illius vires debiliores reddit et corporibus imbecillis nocet. Hinc etiam plures medicos Anglicos acida nunc in morbis putridis reiicere Cl. Auctor aſſerit. Commendat vero ille in lue bouilla radicem tormentillae, cui paullulum ſpiritus vini adiicit. Si foenum et vegetabilia recentia boues reſpuant, lac aqua dilutum et grana cerealia paullulum macerata iis exhibet, lacti vero ad impediendum eius coagulum paullulum ſaponis vel calcis viuae addit.

XXIII.

Noua phyſico medica.

A*mſtelodami* medici quidam, quorum nomina hactenus latent, vt artis ſalutaris magis promouerentur incrementa, ſocietatem medicam fundarunt, cuius ſymbolum ſit: *Seruandis ciuibus.* Diu enim iam ſecum communicarunt obſeruationes practicas, atque caute noua inſtituerunt experimenta. Factumque inde eſt, vt indies eorum ſocietas augeretur, ſodalibus maxime venerandis.

Proponet haec Societas quaeſtionem, quae medicinam practicam vel chirurgicam ſpectet, quouis anno. Praemium optimae reſponſioni erit moneta aurea, quae decem aureos valeat: atque huic proxima tractatio argentea moneta, quatuor aureorum pretio, remunerabitur.

Commentarii Latine, Gallice, vel Belgice ſcripti, mittantur ad *Petrum Conradi*, Bibliopolam Amſte-

lodamenſem. Elaborationes, praemio coronatae, ſumtibus ſocietatis, praefixo Auctoris nomine, publici iuris reddentur, ita tamen, vt Latini, Gallicique in linguam Belgicam vertantur, quo a ciuibus eo facilius legantur.

Commentarii dicto quodam notentur, nomina habitationesque chartae obſigillatae includantur. Qualibet vice ſocietas conſtituit et optat iungere annotationes obſeruationesque practicas, vel iam ab ea factas, vel poſthac inſtituendas. Rogat inſuper medicos, vt ne deſpiciant ſingulares caſus, vel eos negligant, ſed communicent eos cum ſocietate, quae omnia vtilia lubentiſſime accipiet.

Quaeſtio in annum 1775, menſe maii, haec eſt.

In quo conſiſtit vſus vel abuſus cantharidum generatim, et ſpeciatim reſpectu febrium petechizantium vel putridarum, quae quibusdam abhinc annis in Belgio graſſarunt. (*En quoi conſiſte l'vſage exterieur ou l'abus des mouches cantharides en général et particuliérement par rapport aux fievres pétéchiales, ou putrides, qui ont depuis quelques années tant regné dans notre patrie?*)

Inter quaeſtiones, a ſocietate docta et patriotarum (*ſçavante et patriotique de la Haye*) *Hagana* 1774. propoſitas, ea, quae educationem phyſicam hominum ſpectat, nos attinere videtur.

Quaeritur nimirum, *quae ſit cauſſa debilitatis in pluribus infantibus vtriusque ſexus, aut ſymptomatum, quae hos impotentes, illos debiles reddent: quaenam ſint remedia his malis reſiſtendi ſuccurrendique, quae* Hagae *frequentius in pauperibus, quam quidem in diuitibus, ſaepius in pueris, quam in puellis conſpiciantur, et ſaepius poſt variolos naturales, quam inoculatione productos.* (*On demande, la cauſe de la foible complexion de beaucoup d'enfans des deux ſexes, ou des accidens,*

qui

qui rendent les uns impotens, et les autres imbeciles; et les moyens d' obuier où de remédier à ces malheurs qui, à la Haye, arrivent plus frêquement aux pauvres qu' aux riches, aux garçons qu' aux filles et plus ſouvent après la petite-verole naturelle, qu' après la petite-verole inoculée.)

Latine, Gallice et Belgice reſolui poſſunt quaeſtiones. Ceterum, quantum ſcimus, traduntur elaborationes eadem ratione, qua aliis ſocietatibus. Symbolum huius ſocietatis eſt: *floreant liberales artes.*

A Societate Regia *Gottingenſi* in nupero conuentu iulio 1774. celebrato, in annum 1775., haec data eſt quaeſtio.

Quinam ſit hactenus vitrioli albi vſus in artibus, manufacturis et apud opifices et num eiusdem vſus meliori modo poſſit emendari atque multiplicari.

In annum 1776. eodem tempore proponitur et exſpectatur a Societate *pleniſſima et ſolidiſſima phyſica, et oeconomica deſcriptio regionis cuiusdam ſatis magnae in prouinciis regis Angliae Germanicis.*

Ad leges eas tractentur commentarii, quae in actis Holmienſibus et in ſpecie 1741. a FAGGOLTO obſeruatae ſunt. Praemium eſt moneta duodecim aureorum. Ante menſem maii commentarii cum Societate communicentur. Reliquas leges notas mittimus.

Addi poſſunt et debent ad ea, quae ſupra *) de praemiis, ab Academia regia chirurgica *Pariſina* die 14. iunii 1775. diſtributis, communicauimus cum Lectoribus: tractatum Cl. FAVRE fuiſſe perelegantem, atque ideo eum academiae ſocium eſſe electum.

*) v. comm. noſtr. huius volum. p. 146.

electum. Accepit iam 1762. praemium IDEM atque idcirco nunc ad praemia non concurrere potuit. *Acceſſit*, quod vocant, Cl. AVBRAY, chirurgus et membrum academiae ſcientiarum et elegantiorum litterarum Caennenſis deportauit.

Quinque minores monetae Cll. SAVCEROTTE CHAVSSIER, VAROCQVIER, DE LA MARQVE iuniori, et HERITIER ſunt diſtributae.

Pretium quingentarum librarum, quod ex iis reſtabat, quae b. CONDAMINE commiſit diſtribuenda regiae academiae ſcientiarum et elegantiorum artium *Berolinenſi* et quod quaeſtionem *de paralyſi* *) concernebat, ab ea datum eſt commentario Latino, cui erat inſcriptum: *ſcitis quod nerui habeant arterias* cet. cuius Auctor eſt Cl. CORNELIVS PEREBOOM, Doctor Medicinae Hornenſis.

Ex ſingulari Auguſti Caeſaris magni IOSEPHI II. gratia in Tranſyluania *noua vniuerſitas literarum* in emolumentum eorum, qui LVTHERI diſciplinam religionis profitentur, conſtituetur.

Cl. CHRISTIANVS IOANNES BERGER, Regius medicus Danicus, Profeſſor medicinae, chirurgiae et artis obſtetriciae in vniuerſitatem Kilonienſem eſt vocatus.

IOANNES IACOBVS WELL, **) Pharmacopoeus, *Vindobonae* hiſtoriae naturalis docendae ergo obtinuit cathedram.

Ibidem dicitur HENRICVS IOACHIM NEPOMVCENVS CRANTZ. S. C. R. M. Conſiliarius, inſtitutionum phyſiologicarum ac materiae medicae Profeſſor, munere ſuo abdicaſſe.

In

*) v. comm noſtr. Vol. XVI. p. 706.

**) comm. noſtr. Vol. XVIII. p. 492.

In eius locum elegit Ill. STOERCK b. VAN SWITEN ſucceſſor *), MATTHIAM COLLIN **) et huius cathedram anatomicam occupabit Cl. BARTH, Italus ex inſula Maltha.

Veſaliae die 8. Mai. Cl. LIEVTAVD primus regis medicus, et loco Cl. QVESNAY Experientiſſimus DE LA SONE ſunt electi.

Gottingae Cl. IOANNES CHRISTIANVS POLYCARPVS ERXLEBEN membrum extraordinarium ſocietatis regiae Gottingenſis in claſſe phyſica electus eſt.

Ill. GVILIELMVS HEWSONVS vir de anatomia meritiſſimus praematura morte, valde dolenda, obiit *Londini* die 1. maii 1774. Secuit nimirum cadauer, iam putredine fere ſolutum, et cum caluam ſerra diuideret, inſtrumento manum vulnerabat. Atque hoc modo venenum cum ſuo corpore facile communicabatur, quod phrenitidem ei conciliavit et mortem triſtem intulit.

Bononiae die 13. maii 1774. Cl. FERDINANDVS BASSI celebris phyſicus et botanicus, Profeſſor inſtituti, ſocius ſocietatis eruditae Bononienſis, et inſpector horti botanici deſiit viuere.

Helmſtadii moriebatur hydrope, die 19. iulii 1774. Cl. PHILIPPVS CONRADVS FABRICIVS Duci Brunſuicenſi Luneburgenſi a conſiliis et Profeſſor primarius medicinae. Natus erat Buetzbachii in Wetterauia die 2. Octobris 1714.

Londini GEORGIVS ARNAVLD in arte obſte-

*) ib. p. 157.

**) v. comm. noſtr. Vol. XVII. p. 533.

obſtetricia et chirurgia clarus, die 20. februarii 1774. vitam cum morte commutavit.

IOANNES IACOBVS REISKE Medicinae Doctor et Profeſſor Arabicae linguae Extraordinarius Publicus, Scholae Nicolaitanae Rector, variarum ſocietatum ſodalis, hectica febre hic *Lipſiae* mortuus eſt, die 14. aug. 1774 quinquageſimo et octauo aetatis anno. Non opus habet hic vir doctus noſtra commendatione. Commendant enim illum ſatis Graecae, Latinae et Arabicae linguae amici, Eiusque memoriam ſancte ſeruabunt fouebuntque.

XXIV.

Index ſcriptorum phyſico medicorum, quae anno 1772. prodierunt.

Catalogue hebdomadaire ou liſte alphabétique des livres. cet. Année 1772. à Paris 8.

Philoſophical transactions, giving ſome account of the preſent undertakings, ſtudies and labours of the ingenious in many conſiderable parts of the world Vol. LXI. for the year 1770. Lond. 4. c. tab. aen.

Medical transactions published by the college of phyſicians in Lond. Vol. II. ib. 8. c. f.

Mediciniſche Bemerkungen und Vnterſuchungen einer Geſellſchaft von Aerzten in London. Aus dem Engliſchen überſezt. Vierter Band. Leipz. 8. *mai. m. K.*

Hiſtoire de l'academie royale des ſciences année 1769. avec les mêmoires de mathématiques et de phyſiques pour la même année. Tirés de régiſtres de cette académie, à Paris 4. c. tab. aen.

Tableau annuel des progrês de la phyſique, de l'hiſto-

l'hiſtorie et des arts de l'année 1772. à Paris, 8. (Auctore M. DVBOIS.)

Verhandelingen uitgeeven door de Hollandſche maatſchappye der weetenſchappen te Haarlem, XIV Deel Te Haarlem 8. c. fig.

Kongl. Vetenskaps academiens handlingar för aor 1772. Vol. XXXIII. Stockholm, 8. c. f.

Der Königl. Schwediſchen Academie der Wiſſenſchaften Abhandlungen aus der Naturlehre, Haushaltung, der Mechanick, auf das Iahr 1772. *Aus dem Schwediſchen überſetzt von* ABRAHAM GOTTHELF KAESTNER, 32*ſter Band. Hamb. und Leipz.* 8. *m. K.*

Acta Heluetica phyſico mathematico anatomico botanico medica, figuris aeneis illuſtrata et in vſus publicos exarata, Volum. VII. Baſil. 4.

Noui commentarii ſocietatis regiae ſcientiarum Göttingenſis. Tom. II. ad ann. 1771. Götting. 4. c. f.

Philoſophiſch ökonomiſche Bibliotheck, worinnen von den neueſten Büchern, welche die Naturgeſchichte, Naturlehre und die Land und Stadtwirthſchaft betreffen, zuverläßige und vollſtändige Nachrichten ertheilet werden. III. Band. ib. 8. (Auctore Cl. BECKMANN.)

Nouveaux mémoires de l'academie royale des ſciences et belles lettres année 1770. avec l'hiſtoire pour la même année, à Berlin, 4. c. f.

Der Berliniſchen Sammlungen zu Beförderung der Arzneywiſſenſchaft, der Naturgeſchichte, der Haushaltungskunſt, Cameralwiſſenſchaft und der dahin einſchlagenden Litteratur, Vierter Band. Berlin 8. *m. K*

Neues Hamburger Magazin oder Fortſetzung geſammleter Schriften aus der Naturforſchung, der allgemeinen Stadt- und Landökonomie und den angeneh-

genehmen Wiſſenſchaften überhaupt. Des 2ten Bandes Iſtes Stück. Leipz. 8.

Mémoires de la ſocieté économique de Berne, Tom. II. ſur l'année 1770. à Berne, 4. cum tab. aen.

Stralſundiſches Magazin. Das erſte Stück des zweiten Bandes. Berlin und Stralſund, 8.

Neuvermehrter und verbeſſerter Apotheckercathechismus für angehende Aerzte, Wundärzte und Apothecker, Lüneburg, 8.

Mannichfaltigkeiten. Eine gemeinnützige Wochenſchrift. Des vierten Iahrganges erſtes Vierteliahr. September bis November, Berlin 8.

Scriptores rei ruſticae veteres latini. Curante IO. MATTHIA GESNERO. Denuo edidit et notis illuſtrauit IOANNES AVGVSTVS ERNESTI. Lipſ. 4. c. f. Tomm. 2.

Encyclopedie oeconomique Tom. X — XVI. à Lille et à Paris 8. (*Tomus XVI. finit hoc opus continuatum.*)

Landwirthſchaftscalender auf das Iahr 1772. *Dritter Iahrgang. Stuttgard* 4.

Onomatologia foreſtalis piſcatorio venatoria, *oder vollſtändiges Forſt- Fiſch- und Iagdlexicon. Erſter Theil, Ulm.* 8. *mai. m. K.*

Anzeige von der Leipziger ökonomiſchee Societät in der Oſtermeſſe 1772. *nebſt Auszügen der bey derſelben eingelaufenen halbjährigen Nachrichten. Dreßden* 8. *m. K.*

Abhandlungen und Erfahrungen der phyſicaliſch-ökonomiſchen Bienengeſellſchaft in der Oberlauſitz vor die Iahre 1770. *und* 1771. *Vierte Sammlung. Berlin und Leipzig* 8.

Berliniſche Beyträge zur Landwirthſchaftswiſſenſchaft. Erſter Band. Berlin 8.

Des Hausvaters Vierten Theils zweytes Stück. Hannover

nover 8. (Auctore b. DE MÜNCHHAVSEN.)

Georgical eſſays Vol. III. Lond. 8.

The farmers Tour thro te eaſt of England. Being a regiſter of a iourney thro' various countries of this kingdom, to enquire into the ſtate of agriculture etc. By the author of the north and ſouth of England Vol IV. ib. 8.

Die nach Grundſätzen und Erfahrungen abgehandelte Schleſiſche Landwirthſchaft. Zweyter Theil. Breslau, 8.

Anweiſung zur Wartung des Hornviehes in Abſicht der Seuche von einem Landmann an der Niederweſer. Bremen, 8.

Anweiſung der Bienenzucht. Dritter Theil, welcher ein Diarium *der Bienenzucht von* 1771 *Beurtheilungen einiger Bienenſchriften und vermiſchte Abhandlungen die Bienenzucht betreffend enthält; nebſt einen Anhange vom Seidenbau. Berlin* 8. (Auctore CAROLO LVDOVICO HASE.)

Sammlung einiger beſonderer auf die Natur ſich gründender und durch neue Erfahrungen beſtätigter Anmerkungen über die Schaafzucht mitgetheilt von der zur Veredlung der Landesſchäfereyen gnädigſt verordneten Commiſſion. Dreßden 8.

Diſſertation ſur les vins: Ouvrages dans lequel on donne la meilleure maniere de les préparer, celle de les conſerver etc ou l'on fait connoitre la pratique de ceux, qui les frelatent. à Paris 12.

Supplément au livre intitulé: l'art de faire et d'employer le Vernis, contenant le detail de ce que peut coûter telle entrepriſe quelconque, ſur telle ſuperficie; donnée avec le prix de marchandiſes neceſſaires; en une feuille, qu'on ioindra aux exemplaires gratis. ib.

Der kunſterfahrne Mälzer und Brauer, oder practi-

ſche Anweiſung alle Arten herrlich Bier zu brauen. Leipzig, 8.

Le iardinier prévoyant: Almanach pour l'année Biſſextile 1772 avec des conſiderations ſur le iardinage, à Paris 12.

Manuel du cultivateur dans tous les Vignobles et ſur-tout dans celui d'Orleans. ib. 8

Merkwürdige Eigenſchaften der Bahn des Lichts durch die Luft und überhaupt durch verſchiedene ſphäriſche und concentriſche Mittel, nebſt der Auflöſung verſchiedener Aufgaben, welche ſich darauf beziehen, als die aſtronomiſche und Erdſtrahlenberechnung und was davon abhängt, durch I. H. LAMBERT, *aus dem Franzöſiſchen überſetzt. Berlin* 8. *m. K.*

Neue Bibliothek der ſchönen Wiſſenſchaften und freyen Künſte. 13*ten Bandes* 1*ſtes Stück. Leipz.* 8.

Eſſays de phyſique ſur le ſyſteme, à Paris 12.

Tableau annuel de progres de la phyſique de l'hiſtoire naturelle et des arts année 1772. ib. 8. (Cl. DVBOIS *auctorem dicunt.*)

'Etrennes de Minerve aux artiſtes, encyclopédie oeconomique; ou Alexis moderne, contenant différens ſecrets ſur l'agriculture et les arts et métiers, ib. 12.

Tables et inſtructions propres à la determination des longitudes en mer pour l'année 1773. publiées par ordre de l'academie royale de marine ib. 8.

Abhandlung von Naturaliencabinetten oder Anleitung wie Naturaliencabinette eingerichtet, die natürlichen Körper geſammlet, aufgehoben und conſerviret werden müſſen. Aus dem Lateiniſchen überſetzt und mit Anmerkungen herausgegeben, von E. V. M. *Leipzig, 8.* (Eſt illa ipſa verſio germanica diſputationis Linneanae: inſtructio muſei rerum naturalium, quae amoenitatibus academicis *) eſt inſerta.

Allge-

*) vid. comm. noſtr. Decad. I. ſupplem. I. p. 102.

Allgemeine Hiſtorie der Natur nach allen ihren beſondern Theilen abgehandelt, nebſt einer Beſchreibung der Naturalienkammer Sr. Maj. des Königs von Frankreich, 7ten Theils 2ter Band. Leipz. 4. mai.

Verſuch einer Naturlehre in Briefen abgefaſst, zum Gebrauch junger Perſonen beyderley Geſchlechts, vermehrt mit einem Briefe von dem Magnet, einigen Anmerkungen über die Electricität und einer kurzen Vorſtellung des Weltgebäudes. Aus dem Franzöſiſchen. Leipz. und Amſterd. 8.

The naturaliſt's and traveller's companion containing inſtructions for diſcovering and preſerving of natural hiſtory. Lond. 8. (Auctore Cl. LETSON.)

La nature conſidérée ſous ſes différens aſpects ou lettres ſur les animaux, les végétaux et les minéraux; contenant des obſervations intéreſſantes ſur l'hiſtoire naturelle, les moeurs et le caractére des animaux; ſur la minéralogie, la botanique etc. et un detail de leurs différens uſages dans l'oeconomie domeſtique et rurale; Ouvrage periodique I—XI. cahiers. à Paris 8.

Collection d'oiſeaux les plus rares, gravés et deſſinés d'après nature, pour ſervir d'intelligence à l'hiſtoire naturelle et raiſonnée des différens oiſeaux, qui habitent le globe etc. traduite du latin de M. JONSTON; le tout orné de 35. planches, qui renferment près de 900 especes différentes, diviſées en 3. parties. à Paris fol. br.

Onomatologia botanica completa, *oder vollſtändiges Wörterbuch, worinnen nicht nur alle Kunſtwörter überſetzt und erklärt, die bekannten Pflanzen nach der Lehrart des Ritters* VON LINNE' *beſchrieben*

ben, ihre verſchiedenen Nahmen nach den berühmteſten Schriftſteller angeführt und eine kleine Lebensgeſchichte der vornehmſten Kräuterkundigen beygefügt, ſondern auch die Heilkräfte und der Nutzen, den die Arzeneywiſſenſchaft, Landwirthſchaft, Färberey, Vieharzney und Scheidekunſt aus denſelben ziehen, aus den beſten Schriften dieſer Art und aus eigner Erfahrung erläutert worden von einer Geſellſchaft erfahrner Pflanzenkundiger. Erſter und zweyter Band. Frankf. und Leipzig, 8. *maj.*

Dictionaire portatif des herboriſans ou manuel des botaniſtes à l'uſage des etudiants en médecine, en chirurgie et en hiſtoire naturelle. à Paris 12. Voll. 2.

Hiſtoire naturelle des végétaux, conſidérée relativement aux différens uſages, qu'on peut en tirer et ornée de deux cents planches gravées en taille-douce, qui repréſentent les plantes au naturel. ib. 12.

Nomenclator botanicus enumerans plantas omnes in ſyſtematis naturae edit. xij ſpecierum plantarum edit. II. et mantiſſis binis ab Ill. CAROLO DE LINNAEO deſcriptas. Lipſ. 8.

Verſuch einer deutſchen Nomenclatur der Linnäiſchen Gattungen zur Ueberſetzung der generum plantarum LINNAEI. Erfurt. 8.

Catalogue raiſonné d'une collection choiſie des minéraux, criſtalliſations cet. La vente s'en a faite le lundi 27 avril. à Paris 12. (Cl. FÖRSTER *dicitur auctor.*)

Dictionaire mineralogique et hydrologique de la France, contenant la deſcription des mines, foſſiles, cryſtaux, terres, ſables et cailloux, qui s'y trouvent: l'hiſtoire naturelle de toutes les fontaines minerales du Royaume, leur ana-

analyſe chimique etc. dédié a Mgnr. le Comte d'ARTOIS à Paris. 8.

Muſaeum Grauelianum ſiue collectionis regni mineralis, praecipue hiſtoriam naturalem illuſtrantis, recenſio. Argentorat. 8.

A tour in Scotland. Lond. 8. (*Auctore* Cl. PENNANT.)

Nachricht von den neueſten Entdeckungen der Engländer in der Südſee, oder Auszug aus dem Tagebuch des Königl. Schiffs The Endeavour, *welches in den Jahren* 1768 — 1771. *eine Reiſe um die Welt gethan. Berlin* 8.

Dictionaire uniuerſel et raiſonné de médecine, ou le médecin de campagne; contenant des connoiſſances étendues ſur toutes ces parties et principalement des détails exacts, et précis ſur les plantes uſuelles, avec le traitement des maladies des beſtiaux par une ſocieté des médecins, à Paris 8. Voll. 6.

Artis medicae principes Tom. V. ARETAEVS, Lauſannae 8. (*Auctore* ALBERTO DE HALLER.)

Erfahrungen und Unterſuchungen über den Menſchen. Berlin 8.

Des patriotiſchen Medicus patriotiſche Vorſchläge, wie den allgemeinen Klagen über die ſogenannten ſchlechten Zeiten entweder gänzlich abgeholfen oder dieſe wenigſtens gemindert werden können, als Worte geredet zu ſeiner Zeit. Hamburg 1772. 8. *maj.*

Oekonomiſch-mediciniſcher Vorſchlag wie die Menſchen bey jetzigem Mangel und Theurung des Korngetreydes ſich ſättigen und geſund erhalten können. von einem redlich geſinnten und mitleidigen Arzte in Zittau im Monat November 1771. *zuſammen-*

getragen und wohlmeynend mitgetheilt. Zittau und Leipzig 8.

Préceptes de ſanté, ou introduction au dictionaire de ſanté, contenant les moyens de corriger les vices de ſon tempérament et de le fortifier par le ſeul ſécours du régime et de l'exercice; ou l'art de conſerver la ſanté et de prévenir les maladies. à Paris 8.

Der Mann und die Frau im Eheſtande phyſikaliſch betrachtet. Leipz. 8.

Zweifel über einige in der ausübenden Arzneykunſt im nördlichen Deutſchland bemerkte Gegenſtände, Lehrſätze, Moden. Buntzlau 8.

Der Arzt der Frauenzimmer oder die Kunſt dieſelben geſund zu erhalten. Aus dem Franzöſiſchen überſetzt. Leipzig 8.

Neuer Hausarzt für die Damen. Aus dem Engliſchen überſetzt. Altenb. 8.

Mediciniſches Bedenken über das in Deutſchland und auch in daſigen und angränzenden Gegenden ſich äuſſernde ſogenannte Faulfieber. Fulda 8. (Auctore Cl. WEICKHARD.)

Anweiſung, wie man ſich bey graſſirenden und anſteckenden Krankheiten, als Pocken, Maſern, hitzigen, faulen und bösartigen Wechſelfiebern zu verhalten habe. Nach der Tiſſotiſchen Anleitung für das Landvolk. Nürnb. 8.

Unterricht gegen die Kinderblattern. Danzig 8.

Bericht und Bedenken die Kriebelkrankheit betreffend, welche von dem Schleswig-Holſteiniſchen Phyſicis an die Königl. deutſche Kammer zu Kopenhagen eingeſandt worden: nebſt dem desfalls ausgefertigten reſponſo *des Königl.* Collegii Medici *daſelbſt*

ſelbſt und einem Unterricht für das Landvolk. Kopenhagen 8.

Supplement a *l'avis aux méres qui veulent nourrir*, obſervations ſur le danger et l'inutilité de préparer pendant la groſſeſſe le ſein des femmes, qui ſe propoſent de nourrir leurs enfans. à Paris 12.

Pharmacopoea iuſſu ſenatus Inſullenſis tertio edita. Inſulis Flandrorum. 4.

Pharmacopoea Danica regia auctoritate a collegio medico Havnienſi conſcripta, Havniae 4.

Neues verbeſſertes dispenſatorium *oder Arzneybuch, in welchem alles, was zur Apothekerkunſt gehöret nach den Londoner und Edinburger Pharmacopeen mit practiſchen Wahrnehmungen und Bemerkungen vorgetragen wird. Zweyter Theil. Aus dem Engliſchen nach der neueſten verbeſſerten Ausgabe überſezt. Hamburg* 8.

Neue alchymiſtiſche Bibliothek für den Naturkundiger unſers Iahrhunderts ausgeſucht. Erſter Band, welcher die zwey erſten Sammlungen enthält. Frankf. und Leipz. (Auctore S.)

Lettre ſur l'uſage d'une nouvelle decouverte de pâtes, des ſirops et de tablettes d'orge. à Paris 8 maj.

Chymie champêtre et végétale contenant la maniére de faire avec les plantes, les liqueurs, les ratafiats, les eſſences, les huiles, les eaux cosmétiques et officinales. à Paris 12.

Gegründeter Beweiß, daß der Galmey die wahre minera vitrioli philoſophici *ſey. Iena* 8.

Obſeruations ſur le cacao et ſur le chocolat. Où l'on examine les avantages et les inconveniens, qui peuvent réſulter de l'uſage de ces ſubſtances nourricieres. Le tout fondé ſur l'experience et

ſur les recherches analytiques de l'amande du cacao. Suivies de reflexions ſur le ſyſtéme de M. DE LAMVRE touchant le battement des artères. à Paris 12.

Freye Briefe über einige in die Medicin einſchlagende Materien. Im Iahre 1772. ſ. l. 8.

Antwort an den Verfaſſer der freyen Briefe über einige in die Medicin einſchlagende Materien, ſo im Iahre 1772. *herausgegeben ſind.* ſ. l. 8.

Nouveau dictionaire univerſel de médecine, de chirurgie et de l'art vétérinaire. Par une ſocieté des médecins. à Paris 12.

Traduction d'anciens ouvrages latins relatifs a l'agriculture et à la médecine vétérinaire avec des notes. Par M. SABOUREUX faiſant les tomes II. et IV. de l'oeconomie rurale de COLUMELLE ib. 8. Voll. 2.

Dictionaire vétérinaire Tom. III. ib. 8. c. f.

Démonſtration elementaire de botanique a l'uſage de l'ecole vétérinaire ib. 8.

OLOF ACREL *chirurgiſche Geſchichte, im Königlichen Lazareth zu Stockholm angemerkt, mit einer Vorrede von* D. ZACHARIAS VOGEL, *Aus dem Schwediſchen überſetzt. Lübeck und Leipzig*, 8. maj.

A disquiſition of the ſtone and gravel and other diſeaſes of the bladder, kidneys cet. The occult cauſes of the ſtone aſſigned its principles explained; with the manner of its accumulation; and by what means a nucleus is formed which generates the ſtone. Alſo ſtated diagnoſtics for diſtinguiſhing ſuch diſeaſes from carunculae and excreſcencies of the urethra, the effects of a venereal taint, with the moſt rational method of cure. By WILLIAM ADAMS, Surgeon of London. Lond. 8.

Thoughts

Thoughts on hoſpitals. By IOHN AIKIN, Surgeon. ib. 8.

Anweiſung zur lehrenden und ausübenden Wundarzneykunſt nach dem Lehrgebäude der Neuern zum Nutzen angehender Wundärzte, beſonders auf dem Lande, verfaßt von MATTHIAS FRANCISKVS ALIX. *Riga und Leipz.* 8.

Nouveau dictionaire François et Italien compoſé ſur les dictionaires de l'Academie de France et de la Cruſca, enrichi de tous les termes propres des ſciences et des arts par M. L'Abbe FRANÇOIS ALBERTI Tom I. et II. à Paris 4.

STAATII IVL. AVG. ALBRECHT diſſ. inaug. medicamentorum ſaturninorum et iouialium hiſtoria et uſus. Götting. 4.

IO. FR. ERNEST. ALBRECHT diſſ. inaug. med. de purpura alba, benigna et maligna. Erford. 4.

WILHELM ALEXANDERS *mediciniſche Verſuche und Erfahrungen. Aus dem Engliſchen überſezt. Leipz.* 8.

Tractatio de miliarium origine, progreſſu, natura et curatione. Auctore CAROLO ALLIONI, editio nova emendatior. Ien. 8.

Hiſtoire naturelle éclaircie dans une de ſes parties principales la conchiologie, qui traite de coquillages de mer, d'eau douce et de terre; avec la zoomorphoſe; par M. DEZAILLER D'ARGENVILLE. Troiſiéme Edition conſidérablement augmentée et propoſée par ſouſcription. à Paris in 4. Voll. 2. c. f.

Eiusd. *Conchyologie oder Abhandlung von den Schnecken, Muſcheln und andern Schalthieren, welche in der See, in ſüſſen Waſſern und auf dem Lande gefunden werden, nebſt der Zoomorphoſe oder Abbildung und Beſchreibung der Thieren, welche die*

Gehäuſe bewohnen, aus dem Franzöſiſchen überſetzt und mit Anmerkungen vermehrt, nebſt 31. *Kupfertafeln. Wien Fol.*

Voyage en Californie pour l'obſervation du paſſage de Venus ſur le disque du ſoleil le 3 Iunii 1769. contenant les obſervations de ce phénomène et la deſcription hiſtorique de la route de l'Auteur à travers du Mexique par feu M. CHAPPE D'AUTEROCHE de l'academie des ſciences; rédigé et publié par M. CASSINI fils. à Paris 4.

Traité d'odontalgie, ou l'on préſente un ſyſtême nouveau ſur la formation, et les maladies des dents. Par M. AVZEBI. ib. 8.

Deutliche Anleitung zur Kenntniß des geſtirnten Himmels zum gemeinnützigen und beſtändigen Gebrauch ausgefertigt von I. E. BADE *die zwote durchgehends verbeſſerte und ſtark vermehrte Auflage. Hamburg* 8.

The advancement of arts and manufactures or deſcriptions of uſeful machines and models contained in the repoſitory of the ſociety for the encouragement of arts, manufactures and commerce. By WILLIAM BAILEY. Lond. 4.

ERNEST. GODOFR. BALDINGER. diſſ. inaug. de irritabilitate morborum genitrice Reſp. *Io. Weiſſ.* Ien. 4.

Eiusd. diſſ. de haemorrhagiarum therapia Reſp. *Io. Chriſt. Friedr. Scherf,* ib. 4.

Eiusd. progr. de exanthematibus non a vermibus oriundis, ib. 4.

Eiusd. diſſ. de febrium acutarum therapia, Reſp. *Io. Chriſt. Rauert.* ib. 4.

Eiusd. progr. de ſede pleuritidis ſpicilegium. ib. 4.

Eiusd. progr. de FRID. HOFFMANNI et HERRM. BOER-

HAAVE

HAAVE meritis in medicinam practicam. Ien. 4.

ERNST GOTTFRIED BALDINGERS *Auszüge aus den neueſten Diſſertationen über die Naturlehre, Arzneywiſſenſchaft und alle Theile derſelben. Erſten Bandes 5tes und 6tes Stück.* ib. 8.

Eiusd. *Lobrede auf den Freyherrn* VON SWIETEN *in der feyerlichen Verſammlung der Herzogl. deutſchen Geſellſchaft der ſchönen und höhern Wiſſenſchafften.* ib. 4. mai.

Eiusd. *Biographien ietztlebender Aerzte und Naturforſcher in und auſſer Deutſchland. Erſten Bandes 4tes und letztes Stück.* ib. 8.

Nervorum cervicalium anatome a IANO BANG. Haffniae et Lipſ. 8.

Journal d'un voyage autour du monde en 1768. 1769. 1770. 1771. fait par MM. BANKS et SOLANDER. traduit de l'Anglois par M. DE FRE'VILLE à Paris 12.

BANKS et SOLANDER v. BOVGAINVILLE*)

HENR. GODOFR. BAVER diſſ. de modo torturae ſecundum leges habendo, Reſp. *Aug. Sebaſtian Sembach.* Lipſ. 4.

Electricismo artificiale di IO. BAPTISTA BECCARIA. In Turino, 4. mai.

DAV. BECHER *neue Abhandlung von Carlsbade, I—III. Theil. Prag.* 4.

An Eſſay on the nature and circulation of the blood in two parts: 1) On its nature and uſes; 2) On its circulation. By MARMADVKE BERDOC. Lond. 8.

Outlines of the natural hiſtory of Great Britain and Ireland. By JOHN BERKENHOUT. M. D. Lond. 8. Voll. 3.

IO. LE FRANCQ. VON BERKHEY natuurlyke hiſto-

*) paulo infra p. 390.

hiſtorie van Holland. III. Deels 1 Stuk. Te Amſterdam 8.

N. N. BEVTHS *Anmerkungen gegen* RÜBELS *Hebamme*, *Cleve* 8.

Nymphomanie, worinnen von den Urſachen, Anfange und Fortgange dieſes gefährlichen Uebels gründlich gehandelt wird. Nebſt den bewährteſten Arzneymitteln und nöthiger Diät gegen daſſelbe. Aus dem Franzöſiſchen des Herrn BIENVILLE *überſ. Amſterdam und Leipzig* 8.

Traité de la coupe des bois pour le revêtement des voûtes arrière vouſſures, trompes, rempes et toutes rondes utiles aux arts de charpente, menuiſerie et marbrerie; avec quarante deux figures. Par. M. EDME BLANCHARD à Paris 4.

An eſſay on the bilious or yellow fever of Jamaika collected from the manuſcript of a late ſurgeon. By CHARLES BLIKE Lond. 8.

GEORG RVDOLPH BOEHMER diſſ. inaug. prior natura praeſtantior arte in re medica et oeconomica, Reſp. *Io. Gotthelf Herzog.* Viteberg. 4.

PHILIPP. ADOLPH. BOEHMER diſſ. inaug. de quorundam roborantium praeſtantia, Reſp. *Io. Burchard.* Hal. 4.

Eiuſd. diſſ. inaug. de mutatione qualitatum ſanguinis ab eius tranſitu per pulmones pendente. Reſp. *Georg. Frid. Zimmermann.* Hal. 4,

Eiuſd. diſſ. de cauſſis, cur malum hyſtericum morbum malo hypochondriaco maiorem conſtituat? Reſp. *Io. Frid. Conrad.* ib. 4.

Eiuſd. diſſ. de cauſſis motus progreſſivi ſanguinis in venis, Reſp. *Io. Andr. Fr. Wildegans*, ib. 4.

PHIL.

PHIL. ADOLPH BOEHMER diſſ. de peripneumonia, Reſp. *Io. Frid. Muennich.* ib. 4.

Eiusd. diſſ. de abortu habituali, Reſp. *Io. Gottlieb Thau.* ib. 4.

Eiusd. diſſ. de notione malignitatis morbis adſcriptae, Reſp. *Franciſco ab Furſtenemühl.* ib. 4.

I. R. H. BOERNERS *Land- und Stadtwirthſchaft nach ihren erſten Grundſätzen. Erſter Theil, Halle,* 8. *mai.*

Mémoires ſur les méthodes rafraîchiſſante et échauffante, par M. DE BOISSIEU Doct. au médecine, qui a remporté le prix de l'académie des ſciences de Dijon: Pour 1770 on y a joint l'extrait d'une diſſertation ſur le même ſujet par M. GODART Médecin des Verſins. à Dijon et à Paris 8.

ANDREAE BONN oratio: de ſimplicitate naturae anatomicorum admiratione, chirurgorum imitatione digniſſima, publice dicta in maiore athenaei Amſtelodamenſis acroaterio die XVI. decembris 1771. cum ordinariam anatomiae et chirurgiae profeſſionem auſpicaretur. Amſtelodami 4.

THEOPHIL. VON BORDEV *von den ſchleimigten Gewebe oder dem zellichten Werkzeuge und einigen Bruſtkrankheiten. Aus dem Franzöſiſchen überſetzt. Wien und Leipzig,* 8.

Index foſſilium, quae collegit et in claſſes ac ordines diſpoſuit IGNATIVS. S. R. I. EQVES A BORN Prag 8 mai. c. fig. aen.

ERNEST. GOTTLOB BOSE diſſ. inaug. prima de reſpiratione fetus et neogeniti, Reſp. *Chriſt. Gottlieb Zſchuck*, Lipſ. 4.

Eiusd. progr. inaug. de enterocele iſchiadica ib. 4.

Eiusd. progr. inaug. de lacte oberrante, ib. 4.

Traité

Traité élémentaire de méchanique ſtatique avec des notes ſur quelques endroits. Par. M. L'Abbé BOSSUT de l'académie des ſciences, à Paris 8.

Travels thro that part of North-America formerly called Louiſiana. By M. BOSSU captain in the french marines. Translated from the french by JOHN REINHOLD FORSTER F. A. S. To which is added by the translator a ſyſtematic catalogue of all the known plants of English North-America together with an abſtract of the moſt vſeful articles contained in PETER LOEFLINGS travels thro' Spain and Cumana in South-America. Lond. 8. Voll. 2.

Voyage autour du monde, ſur la frégate du Roi la Boudeuſe la Flûte et l''Etoile en 1766. 1767. 1768. et 1769. Par M. DE BOUGAINVILLE; avec un grand nombre de cartes et figures; ſeconde édition augmentée. à Paris, 8. Voll. 2.

Supplement au voyage de M. BOUGAINVILLE ou journal d' un voyage autour du monde par Monſ. BANKS et SOLANDER, traduit de l'Anglois. Par M. DE PREVILLE, à Berlin, 4.

A voyage round the world by order of his moſt chriſtian majeſty in the years 1766. 1767. 1768. 1769. by LEWIS DE BOUGAINVILLE commothore of the expedition. Translated from the French. By IOHN REINHOLD FORSTER F. R. S. Lond. 4.

Reliqua proxime.

Contenta

Contenta in hac parte.

I. Verhandelingen uitgegeeven door de Hollandſche Maatſchappye der weetenſchappen te Haarlem XIV Deel. p. 204

II Du roi *Harbkeſche wilde Baumzucht* 218

III. rottboell deſcriptionum et iconum rariores et pro maxima parte nouas plantas illuſtrantium liber I. 228

IV. müller *von Würmern des ſüßen und ſalzigen Waſſers* - 235

V. ferbers *Briefe aus Wälſchland über natürliche Merkwürdigkeiten dieſes Landes* 244

VI. Diſſ. ſur l'arſenic. Par. M. monnet - - 254

VII. wentzels *Einleitung zur höhern Chymie* - - 257

VIII. *Chymiſche Abhandlung von Salpeter* 261

XI. schaarschmidts *Verzeichnis der Arzneymittel zur allgemeinen Curmethode* 263

X. Konigl. Vetenskaps Acad. Handlingar för Aor 1771. Vol. XXXII. - 265

XI. neifeld ratio medendi morbis circuli ſanguinei - - 291

XII. büttner *ſechs ſeltne anatomiſch chirurgiſche Wahrnehmungen* - 301

XIII. nierop ſpec. inaug. de contagio varioloſo ex obſeruationibus indagato 304

XIV. hahnii oratio de vſu venenorum in medicina - - 307

XV.

XV. Obſervations ſur le cacao et ſur le chocolat - - 309
XVI. *Berlinſche Sammlungen*, 1*ter und* 2*ter Band* - - 314
XVII. Introduction a l'étude des corps naturels tirés du regne minéral. Par M. BVCQUET - 329
XVIII. Elemens de mineralogie docimaſtique. Par M. SAGE - 335
XVIIII. LESKE ichtyologiae Lipſienſis ſpecimen - - 347
XX. Caſes in Surgery with remarks. By WHITE, Pars I. - 351
XXI. Eſſays on ſeveral important ſubjects in ſurgery. By AITKEN 359
XXII. Memoirs of agriculture cet. By DOSSIE, Vol. I. et II. - 364
XXIII. Nova phyſico medica - 369
XXIV. Index ſcriptorum phyſico medicorum quae anno 1772. prodierunt 374

COMMENTARII
DE REBVS
IN
SCIENTIA NATVRALI
ET
MEDICINA
GESTIS.



VOLVMINIS XX PARS III.

LIPSIAE MDCCLXXV.
APVD IOH. FRIDERICVM GLEDITSCH.
Venduntur etiam
Amſtelodami apud I. Schreuder, Londini apud Io. Nourſe, Pariſiis apud Briaſſon, Venetiis apud I. B. Paſcali, Patauii apud Io. Manfré, Holmiae apud L. Saluium.

I.

Journal de Médécine, Chirurgie, Pharmacie etc. Par M. A. ROUX. Année 1771. Tome XXXV. à Paris chez Vincent. 8. 1. Alph. 13. pl. et Tom. XXXVI. 1. Al. 13. pl. ib. eod.

i. e.

Diarium ad artem ſalutarem, chirurgiam, et pharmaciam pertinens. Auctore Cl. ROUX Vol. XXXV. et XXXVI.

Ex volumine trigeſimo quinto ſequen- Vol.
tes obſeruationes et commentarii prae- XXXV.
cipua quadam attentione digna videntur:

Cl. GUYTON ex ſuppreſſione menſtruorum p. 39.
febrem acutam, pluribus ſpaſmis hyſtericis ſtipatam oriri vidit, in qua veſicatoria, pluribus aliis remediis fruſtra adhibitis, egregium effectum praeſtiterunt. Cl. DOUVRY anginae malignae epi- p. 48.
demiam prope Sueſſionem inter pueros a. 1767. graſſantem deſcribit. Eruptionem cutaneam morbillis (ſeu potius ſcarlatinae) ſimilem, hunc mor-

bum comitantem, quam alii etiam Auctores in eo obſeruarunt, Noſter in pluribus aegris vidit. Venaeſectionem et vomitorium ſtatim in initio adhibebat, quibus purgantium leniorum et clyſmatum vſus ſuccedebat. Cataplaſmata quoque et veſicatoria non neglexit. Anaſarca, quod poſt ſcarlatinam ſaepius oritur, etiam hoc morbo ſuperato conualeſcentes haud infrequenter occupat, ſed le-
p. 62. nioribus diureticis facile cedit. Cl. VIGER puerperam vidit, in qua lac ex mamma dextra profluens, decimo quinto poſt partum die roſeum acquirebat colorem, cum in altera mamma naturalem retineret. Hoc phaenomenon, iam ab aliis Auctoribus in nonnullis puerperis obſeruatum, rupturae vaſculi in papilla effectus nobis eſſe videtur.

p. 81. Enterocele ſcrotalis incarcerata, quae nulla arte reduci poterat, licet annulus liber et apertus eſſet, tandem curationem per ſcalpellum exigebat, qua facta apparuit conſtrictionem inteſtini non ab annulo, ſed a peritonaeo pendere, quod quinque diuerſis in locis laquei inſtar inteſtinum conſtringebat. Frequentes compreſſiones, quas teſticulus ſub variis tentaminibus reductionis expertus erat, gangraenam in eo excitarunt, ita, vt exſtirpatio neceſſaria redderetur. Aeger tamen bene conua-
p. 119. luit. Cl. DU CHANOY contra Cl. PORTAL *) monet, venas pulmonales arteriis non maiores eſſe, et in vniuerſum magnitudinem et numerum harum
p. 149. venarum multum variare. Inſerta quoque eſt huic diario hiſtoria morbi feminae cuiusdam nobilioris, ab aegra ipſa deſcripta, qua praeſtantia methodi Cl. POMME, confirmatur, qui, vti notum eſt, in pluribus

*) *Journ. de Med.* Vol. XXXIV. p. 220. ſeqq.

ribus morbis hyſtericis et ſpaſmodicis, reiectis remediis roborantibus, emollientia tantum et diluentia adhibet.

Cl. MARQUE varias obſeruationes et annotationes in commentarium Cl. PORTAL *de actione pulmonis in aortam reſpirationis tempore* *) hic communicat. Cl. DUFOUR fetum monſtroſum examinauit, in quo cerebrum, cerebellum et medulla oblongata deficiebant, ſeu potius ab aqua hydrocephali fere ſoluta erant. Alius fetus ſimilis priori, viuus quidem in lucem edebatur, ſed mox iterum e viuis ceſſit. Cl. DUBRAC DE LA TULLE in vlcere carcinomatico mammae cicutam maxima in doſi, bonoque cum effectu dedit, aegramque per ſatis longum tempus adhuc conſeruauit. Febrem intermittentem pueri lactantis Cl. BRUN cortice Peruuiano nutrici exhibito tractauit. In homine, qui dyſenteria laborauerat, ſanguis tandem per vrethram vna cum faecibus prodibat. Sectio cadaueris oſtendit, inteſtinum rectum veſicae adhaerens, vlcere in eius tunicis nato, vna cum veſica vrinaria perforatum fuiſſe. Cl. TUAL in cadauere hominis ſcorbutici muſculos pedis, in quo aeger ex fractura complicata vlcere laborauerat, in adipem mutatos omnesque fibras muſculoſas abolitas vidit **). Coniicit Cl. Auctor muſculos ex tela celluloſa arctius conſtipata tantum conſtare, et in hoc aegro iterum in primum ſuum ſtatum mutatos eſſe.

p. 217. p. 325. p. 336. p. 407. p. 415. p. 417. p. 455.

Cc 3 Cl.

*) vid. *Mem. de l'acad. des ſcienc.* 1769. p. 549. comm. noſtr. Vol. XIX. p. 591.

**) Similem degenerationem muſculorum ipſi aliquando in vetula obſeruauimus in vtroque crure, et ante plures annos Cl SALZMANN. Vide diſſ. eius *de plurium pedis muſculorum defectu.* Argentor. 1734. 4.

p. 462. Cl. HOIN vtilitatem forcipis minoris ad extractionem placentarum fetuum abortiuorum a Cl. LEVRET propoſitam *) variis obſeruationibus
p. 501. confirmat. In obſtructione catameniorum et haemoptyſi inde orta, fonticulus in pede excitatus menſtruorum fluxum in iuſtum ordinem redegit. Cl.
p. 503. MONTROL febrem catarrhalem inflammatoriam, quae Burboni epidemice a. 1769. graſſabatur, deſcribit. Peripneumonia erat, vti cadauerum ſectio docuit, atque kermes minerale, quod in ſimili morbo ſaepe alias cum fructu adhibitum fuit, hic etiam egre-
p. 509. gios effectus praeſtitit. In haemoptyſi Cl. RENARD aqua glaciali interne et externe ad ſiſtendam ſanguinis profuſionem, optimo cum effectu
p. 520. vſus eſt. Cl. NORMAND efficaciam ſummitatum millefolii in morbis ſpaſmodicis, de qua iam alio huius diarii loco **) Cl. MAVMERI plures obſervationes propoſuit, ſuis confirmat. In epilepſia, ſpaſmo vniuerſali, cephalaea conuulſionibus ſtipata cet. easdem vtiles deprehendit.

Omittimus plures obſeruationes et epiſtolas, quae huic volumini inſertae ſunt, et tum ad litem pertinent, quae inter Cl. DEMOURS et DECHEMETS de inuentione laminae cartilagineae corneae, et Cl. BVTTER LAVGIER et LEVRET de praeſtantia inſtrumentorum in ligatura polyporum vteri et narium adhibendorum excitata fuit: tum quibus de methodo Cl. POMME neruorum morbos tractandi, diſputatur.

Vol. XXXVI Iam ad volumen trigeſimum ſextum huius diarii accedimus.

In

*) vid. Cl. MORGENBESSER diſſ. de fetus non vitalis partu dirigendo, Francof. ad Viadr. a. 1767. 4.

**) vid. *Journ. de Med.* 1770. p. 402.

In melancholia hypochondriaca balnea tepida p. 20.
et diluentia, interne ad mentem Cl. POMME data, criticam excitarunt diarrhoeam et aegrum ſanarunt. Per- p. 25.
nicioſiſſimus effectus pulverum illorum draſticorum, qui *poudres d'Ailhaud* vulgo dicuntur, variis obſervationibus confirmatur *). Cl. LAVGIER roboran- p. 32.
tium in morbis nervoſis vſum, contra Cl. POMME conſilia acriter defendit et hiſtorias morbi aegrorum, ſecundum eius methodum curatorum, hoc ipſo diario inſertas, vtilitatem eius methodi minime probare oſtendit. Cl. LABORDE varias hiſtorias p. 65.
communicat herniarum incarceratarum, quae, licet gangraena correptae, et ruptae eſſent, tamen a natura artis auxilia accedente, iterum perfecte ſanatae fuerunt.

Ill. Comes DE TRESTAN in litteris ad Cl. p. 69.
GALLOT ſcriptis narrat, in vna eademque femina ſepties operationem caeſaream felici cum ſucceſſu factam eſſe. Negare tamen non poſſumus plura nobis circa veritatem huius obſervationis dubia ſupereſſe. Ill. Comes feminam a. 1718. ipſam vidit. Cl. LA BROUSSE putat ex pulſu gravi- p. 121.
dae dignoſci poſſe, vtrum illa maſculum vel femineum embryonem vtero contineat. Pueros in dextro, puellas in ſiniſtro vteri latere fere ſemper poni, pulſumque in brachio lateris, in quo fetus ſitus eſt, debiliorem eſſe, variis obſervationibus probare tentat. Sententiam hanc Cl. DES- p. 129.
BRET aliis obſervationibus, appendicis loco praecedentibus adiectis, confirmat. Pulſus in latere aegroto ſemper fortior eſt, contrarium vero in gravitate obſervatur. Idem quoque veritatem p. 134.
doctrinae Cl. BORDEU, de pulſu capitali, inteſtinali, ſtomachali cet. pluribus obſervationibus demonſtrare annititur. Febris quartana pertina- p. 142.
ciſſima tandem, aegro caloris tempore ſe aquae

*) vid. comment. noſtr. Vol. XX. p. 133.

p. 149. frigidae immergente, ſponte ſanata eſt. Cl. GIRARDEAU et D'AIGNAN homines, *malo mortuo* Cl. ASTRUC, ſeu leprae ſpecie affectos, viderunt.

p. 168. Raram vulneris deligationem vtiliſſimam Cl. BONNARD poſt mammae ſcirrhoſae amputationem deprehendit. Solo linteo carpto ſicco vulneris ſuperficies tegebatur, atque deligatio tantum

p. 180. altero vel tertio quouis die inſtituebatur. Si plures in vtero polypi ſint, ſingulos peculiarem radicem habere, cum contra, ſi plures in naribus exiſtant, ex vnica radice procedant, Cl. MARTIN cadaueris eiusmodi aegrae diſſectione confirmat.

p. 217. Cl. AMOUREUX ſententiam Cl. BROUSSE de ſexu fetus ex pulſu grauidae dignoſcendo, cum obſeruationibus medicorum Sinenſium conuenire, ex *deſcriptione Imperii Sinenſis* a reverendo Patre DU HALDE exarata probat. Varias annotationes Cl. BROUSSE huic obſeruationi adiecit.

p. 241. *Ficus Cayanenſis*, de cuius vi medica iam alio loco dictum eſt, a Cl. BAJON hic vlterius deſcribitur *).

p. 247. Cl. LE GENDRE camphoram cum acido vitriolico deſtillationis ope vniit, et, praeter ſulphur, oleum ſubtiliſſimum obtinuit, aetheri analogum. Acidum nitri parum camphoram mutauit, et acidum ſalis culinaris nullam plane mutationem produxit, quod et de alcalinis ſalibus valet.

p. 256. Inſignis magnitudinis polypum ex vtero propen-

p. 264. dentem Cl. GASC ligatura exſtirpauit. Cum ruptura perinaei et laeſio partium externarum puerperae, in qua forcipis ope caput fetus incuneatum ſoluimus et extrahimus, eo tempore accidat, quo caput per vaginae orificium externum procedit; Cl. PIET, qui ceterum forcipis Leuretiani praeſtantiam multum extollit,

*) *Journ. de Med.* 1770. Suppl. T. XXXIV. p. 61. comment. hor. Vol. XX. p. 63.

extollit, ſuadet, vt, capite ſoluto, non vlterius obſtetricans forcipe illud protrahat, ſed forcipem extrahat et reliquum partus opus naturae committat. Haec enim, obſtaculo ſoluto, fere ſemper partum ad finem perducere valet, et, cum lentius partes dilatentur, vt plurimum ſine dilaceratione mollium partium perficit.

Ictu in ſiniſtro capitis latere accepto, aeger per plures dies ſtuporem paralyticum in dextro corporis latere percepit. Abſceſſum ad vmbilicum ex metaſtaſi lactea Cl. VIGER ſanauit et egregios effectus laudat, quos cortex Peruuianus in hac aegra praeſtitit. Cl. JOURDAIN docuit *) abſceſſus ad maxillam inferiorem natos perpetuo interius in ore aperiri debere. Hoc tamen non ſemper fieri poſſe, cum mali natura id non permittat, Cl. POULAIN variis aegrorum hiſtoriis probat, in quibus exterius inciſio inſtituenda erat. Difformitas ex cicatrice oriunda non adeo magna eſt, cum poſt ſanationem vulneris ea quartam tantum partem longitudinis inciſionis habeat. P. 275. P. 327. P. 334.

In vlcere pedis omnes tendines vicini, in primis vero Achillis tendo inſigniter tumefacti erant. Antiſcorbuticorum tamen vſu tumor diſparuit et vlcus ipſum ſanatum eſt. Cl. LAVAL puluinaria in bracheriis non lana, vel pilis, ſed veſica, aëre diſtenta, implere docet. Cl. HOULSTON monet, variiſque obſeruationibus probat, in hypercatharſi a purgantium draſticorum incongruo vſu excitata, ſpirituoſa et vinum generoſum inſignem praeſtare vſum. Cum enim haec remedia reſinoſas ſoluant partes, quae villis inteſtinorum adhaerent ſtimuloque ſuo vehementem purgationem excitant, mali cauſſam tollunt. Equos abietum foliis nutri- P. 349. P. 355.

*) *Journ. de Med.* T. XXXII. p. 165. et 251.

nutritos morboque ex hac re correptos, ſpiritus vini interne datus ſanauit.

p. 364. Cl. LEVRET ad quaeſtionem, num mater fetum ſuum lactare poſſit? ita reſpondet, vt doceat, omnino hoc fieri poſſe, ſi lac vltimis geſtationis menſibus iam in mammis adfuerit, ſperatque, hac opinionis ſuae explicatione ſe obiectiones eorum effugere poſſe, qui putant, illum in recenti libro. (*Eſſai ſur l'abus des régles générales* *) nu-
p. 411. tricum vſum nimis laudare. Cl. PLANCHON abſceſſum ad femur, ex metaſtaſi lactea poſt febrem
p. 439. miliarem, in puerpera ortum deſcribit. In partu gemellorum, cuius vnius pedibus truncus iam ex vtero protractus erat, caput eiusdem in vtero adhuc relictum retinebatur a capite alterius gemelli, quod in vaginam etiam protruſum erat. Cl. ENAUX, ad quem haec obſeruatio pertinet, forcipe caput fetus ſecundi protraxit, corpore primi
p. 448. interim per adſtantem ſuſtento. Ad obiectiones Cl. POULAIN ſuperius (p. 401.) propoſitas, Cl.
p. 511. JOURDAIN reſpondet. Anodynam vim opii externe applicati Cl. DE LA PRADE obſeruatione confirmat. Cl. SALÇUES aegrum vidit, in quo poſt colicam neglectam, totum inteſtinum caecum vna cum appendice vermiformi per anum prodibat, aegro nihilo minus poſtea curato.

p. 519. Cl. AVRRAN plures omnique attentione dignas obſeruationes de laeſionibus proponit, quae in diuerſis corporis partibus ex ictu in oppoſitum latus accepto (*par contre - coup*) ortae ſunt. Aegro in ſternum delapſo ligamentum inter apophyſin ſpinoſam tertiae et quartae vertebrae dorſi ruptum eſt; quam rupturam Cl. Auctor leni compreſſione et apto ſitu aegri adhibito ſanauit. Apophyſibus ſpinoſis fractis in alio aegro ſternum eo loco, vbi

*) vid. comment. noſtr. Vol. XX. p. 411.

vbi primum os cum altero coalitum erat, frangebatur. In alio ſterni fracti pars ſub alteram intrudebatur, quam tamen luxationis ſpeciem Cl. Auctor iterum apta enchireſi adhibita reduxit. Subluxationem vertebrarum lumbarium Idem vidit, quae etiam curationem admittebat. Veram quoque ancyloſin femoris cum oſſe innominato in puero ex lapſu ortam, et in alio ancyloſin vertebrarum dorſalium ex hac cauſſa obſeruauit. In pluribus aegris, quorum extremitates inferiores, poſt lapſum in ſpinam dorſi, aliquo paralyſeos gradu affectae erant, faſciae ſpinae applicatae et compreſſio loci medullae ſpinalis laeſi effecerunt, vt aegri erecti incedere poſſent. Poſt lapſum in collo tumor oriebatur, qui tactu examinatus oſſea fragmenta continere videbatur et quem aeger per aliquot menſes ſuſtulit. Aegri cadauer non diſquirere potuit Cl. Auctor, putat tamen in eo oſteoſteatoma ex laeſione vertebrarum ortum fuiſſe. In carie ſterni a cauſſa externa Idem trepanum felici cum ſucceſſu adhibuit. Finem harum obſeruationum duae de luxatione oſſis femoris hiſtoriae faciunt.

Ophthalmia per tres menſes perſiſtens, extractis tandem tribus dentibus molaribus, carie affectis, ſanabatur. Cl. PIETSCH contra Cl. TENON probat, oſſa perioſteo ſuo nudata non ſemper exfoliationem experiri. Hoc de exfoliatione inſignis oſſis partis, quae oculis conſpici poſſit, tantum valere coniicimus. Minima enim fruſtula cum pure abſcedentia a chirurgo forte non animaduerti potuerunt. Cl. ROBIN enchireſin Cl. PIET in forcipis applicatione, quae ſuperius (p. 400.) adducta fuit, examinat, ruptionemque perinaei ea non caueri oſtendit. Aquae tandem vegeto-mineralis Goulardianae vſus in ophthalmia pertinaci et abſceſſu corneae a Cl. POUPART plurimum laudatur. p. 534. p. 543. p. 555.

II.

II.

Chirurgical obſervations and caſes. By WILLIAM BROMFEILD, Surgeon to her Majeſty and to St. George's Hoſpital. In two Volumes. Illuſtrated with Coper - Plates. Vol. I. London printed for T. Cadell. 1773. 8. mai 1 Alph. tab. aen. 5. Vol. II. ibid. eod. 1 Alph. 2½ tab. aen. 13.

i. e.

Obſeruationes et caſus chirurgici. Auctore GUILIELMO BROMFEILD *).

Cum praeſens hoc opus ſummam earum obſervationum et annotationum contineat, quae Cl. Auctor, cuius egregia doctrina et dexteritas ſatis cognita eſt, per plures annos inſtituit, eius profecto publicationem omnibus, qui artem chirurgicam exercent, gratiſſimam fore arbitramur. Negari quidem non poteſt, Cl. Auctorem, in ſcribendo forte minus exercitatum, ſtilum nonnunquam negligere, vnam eandemque rem, imo fere eadem verba diuerſis in locis repetere, ſaepe iuſto prolixiorem eſſe, nec ſemper optimo dicendi ordine vti, imo plures explicationum phyſiologicarum, quibus hoc opus paſſim exornauit, erroneas eſſe: attamen haec omnia non impedient, quo minus hoc opus inter vtiliſſima ſcripta chirurgica numerandum ſit, quae noſtro tempore prodierunt. Quo vero Lectores de praeſtantia huius libri eo melius iudicare valeant, ſelectum nonnul-

*) Prodiit quoque Germanica verſio egregii huius libri, variis annotationibus aucta, Lipſiae a. 1774. in Octauo mai. cum tab. aeneis apud haeredes Weidemanni et Reich.

nonnullarum obſeruationum hic communicabimus.

In concuſſione et compreſſione cerebri internum opii vſum vehementer commendat, illudque ea doſi adhibet, vt diaphoreſin producat. Opii haec vis et efficacia tum a virtute antiſpaſmodica eius, qua inflammatio, quae ſaepe ſpaſmi effectus eſt, impeditur, tum ab anodyna eius vi pendet, quae neruorum irritationem tollit. Porro illud cum ſanguinem diſſoluat, coagulatum quoque et extrauaſatum in cerebro cruorem diſſoluere et reſorptioni aptum reddere poteſt. Si plethora adſit, venaeſectio praemittatur, nec non clyſmata vel lene purgans adhibeantur et actio opii balneorum tepidorum vſu promoueatur. Vtitur autem Cl. Auctor mixtura ex vini antimonialis partibus tribus et vna parte tincturae thebaicae parata, nec non puluere ſudorifico DOVERI. Variis obſeruationibus curationis hic commendatae praeſtantiam confirmare ſtudet. Modum, quo in variis pectoris morbis fonticuli intra coſtas excitandi ſunt, fuſius deſcribit, nec non fonticulorum in capite vſum commendat. Hos tamen non ad latus ſuturae ſagittalis, cum oſſa cranii ibi fere ſemper in adultis coalita ſint, nec materia libere effluere poſſit, ſed in additamento ſeu continuatione ſuturae temporalis vel petroſae inſtituit. Eorumque praeſtantiam ſe pluribus in aegris, cerebro valde concuſſo, nec non in variis guttae ſerenae et epilepſiae ſpeciebus, expertum eſſe, aſſerit.

Vol. I. p. 10.

p. 24.

p. 28.

In diiudicanda neceſſitate amputationis membri mitiori magis ſententiae adhaeret. Fracturas enim complicatas, quae ita comparatae erant, vt amputationem exigere viderentur, ſaepius ferulis inprimis longis adhibitis, ſanauit, vti varii caſus

p. 42.

hic

hic relati probant. Interim ſi amputationem fieri neceſſe ſit, ea ſtatim fiat. Si caries et vlcus membrum occupant, et iam diu durarunt, aut ſi illud tumoris genus in genu deprehenditur, quod Angli *tumorem album* (*white-ſwelling*) vocant, amputatio ſaepe, cum humor acris ea peracta ad alium locum transferatur, vel inutilis vel etiam noxia eſt. Omittimus, quae Cl. Auctor de inflammationis natura, eius cauſſis, quas partim in plethora, partim in ſpaſmo ponit, et curatione, nec non de gangraena
p. 75. et variis morbis lymphaticis habet, in quibus mercurii ſublimati vſum cum vino antimoniali coniungit. Balnea tepida ex aqua marina parata multum extollit, monetque, ſe eorum primum inuentorem eſſe.

p. 79. Methodum deinde fuſius deſcribit, qua abſceſ-
p. 92. ſus, qui formatur, tractandus ſit. Celluloſam tunicam et cellulas, quae adipem continent, eiusdem eſſe naturae, ac inter ſe communicare, cum HVNTERO negat. Abſceſſuum ſedem in membrana adipoſa ponit; poſſunt tamen quoque in celluloſa tela oriri, quae tunc ſaepius gangraena corrum-
p. 97. pitur. In anthrace calidiora et alexipharmaca remedia noxia ſunt, cum gangraenam excitent. Hinc
p. 100. antiphlogiſtica potius methodus adhibeatur. Si abſceſſus ſcalpello aperitur et labia vulneris nimis adhuc dura et craſſa ſunt, ea inciſione cruciata Noſter diuidit et linteo carpto ſeparata ſeruat; deinde ſub ſingulis vulneris deligationibus fomenta emollientia adhibet, mercuriali vnguento duras partes inungit, easque deinde cataplaſmate ex farina ſeminis lini parato tegit, quo emolliantur
p. 101. et attenuentur. In omnibus tumoribus indolentibus, nec non in bubonibus venereis cauſtica ſcal-
p. 102. pello praefert. Fuſius methodum, qua tumores, ſub muſculo ſternomaſtoideo ſiti, ita exſtirpandi

ſint, vt cutis portio ſeruetur, nec non rationem deſcribit, qua ii incidendi ſint, qui ſub patella ex collectione fluidi praeternaturalis oriuntur.

Singulare porro eryſipelatis genus Cl. Auctor indicat, quod nonnunquam epidemice ſaeuit, et cuius prima initia ſe in fronte intra oculos oſtendere ſolent. Pulſus adeſt debilis, vomitus et inſignis capitis dolor aegrum excruciant, omnisque facies intumeſcit. In iis, qui ſanantur, cruſtae, vt poſt variolas malignas, remanent. Omnes, qui antiphlogiſtica tractabantur methodo, moriebantur: hinc alexipharmaca, corticem, et veſicatoria Noſter adhibuit, et ſi aluus obſtructa eſſet, clyſmatibus vſus eſt, pluresque hac ratione aegros ſeruauit. Si poſt ictum in capite acceptum caput poſt tres circiter ſeptimanas vna cum facie intumeſcit, eryſipelatis aliud genus oritur, quod periculoſiſſimum eſt. In iis, qui euadunt, abſceſſus paſſim in capite oriuntur, per quos laminae gangraena corruptae exeunt, quae a membrana epicrania muſculorum capitis oriuntur. De carie quoque antri Highmooriani Cl. Auctor diſputat et caſum enarrat, vbi caries in eo orta eryſipelas totius faciei, et plures abſceſſus produxit. Abſceſſus hi nonnunquam per ſe in orbitam rumpuntur, in quo caſu, dente molari extracto, materiae alia via paranda eſt, per quam ſecedere poſſit. Anthraces duae ſpecies ſunt, quarum primam Cl. Auctor peſtilentialem vocat; altera vero ea eſt, quae ſine peſte apparet et vel cum ſanguine valde inflammato coniuncta, vel effectus febris putridae et malignae eſt. Tumor non exſtirpandus eſt, ſed febris ratio habeatur, et puris generatio omni modo promoueatur. Abſceſſu nato, longa filamenta et laminae telae celluloſae gangraena corruptae ex vulnere protrahuntur.

P. 107.
P. 109.
P. 110.
P. 118.

tur. Omittimus, quae Cl. Auctor de curatione ipſa habet. Corticis Peruuiani vſum non in hoc morbi genere ſolum, ſed et in vlceribus, ex quibus pus nimis tenue exit, nec non in vulneribus ſclopetorum multum extollit. Si ventriculus puluerem corticis vel tincturam eius ferre non poteſt, infuſum frigidum, reliquis omnibus praeparationibus corticis Noſter praefert.

p. 137. Profundae ſcarificationes in partibus ſphacelatis inſtitutae ſaepe noxiae ſunt, cum gangraenae progreſſus per eas ipſas augeatur, in primis ſi tendines ſimul aliaeque partes non elaſticae vulnerentur.

p. 140. Iactura inſignis portionis cutis per gangraenam vel acrimoniam puris in vlcere minime inter illas cauſſas referenda eſt, quae amputationem abſolute neceſſariam reddunt, cum vlcere depurato cutis, extenſione adhibita, ita elongari poſſit, vt vulnus ſatis amplum perfecte claudatur.

p. 143. Iam ad ipſam amputationem Cl. Auctor procedit, cuius deſcriptio plures annotationes omni attentione dignas continet, atque ob hanc cauſſam omnibus chirurgis commendanda eſt. Inciſionem circularem ſupra faſciam, qua caro firmatur, inſtituit. Agaricum non ſemper haemorrhagias poſt amputationem ſiſtere, imo cum ſpongiae quoque vſu varia incommoda coniuncta eſſe monet. Hinc ligaturam reliquis remediis ſanguinem cohibendi praefert, quam tamen non vulgari methodo acu ita inſtituit, vt carnem et neruum filo ſimul includat, ſed plane ea ratione vtitur, quam ſuperius *) ex Cl. AITKIN deſcripſimus. Praeſtantiam huius methodi pluribus argumentis defendit, oſtenditque, filo arteriam non diſcindi; arteriam breui tempore coaleſcere; haemorrhagiam

*) vid. comment. noſtr. Vol. hoc. p. 360.

giam optime hac ratione impediri, nec aegrum tantos cruciatus in amputatione ſentire, quantos in vulgari methodo, in qua neruus ſimul ligatur, perſentiſcit.

Hoc ad ligaturam arteriae ſpermaticae in exſtir- p. 166.
patione teſticuli quoque applicat, methodumque, qua etiam haec arteria ſine neruo ligari poſſit, fuſius deſcribit. Amputatione peracta, faſcia tortilis et omnia, quae pedem comprimunt, ſubito ſolvantur, quo ſanguis aequaliter per totum truncum diſtribuatur. Quodſi enim hoc lente fit, plures arteriolae ſucceſſiue ita dilatari poſſunt, vt pluribus ligaturis opus ſit. Methodum deinde, qua cutis poſt operationem adducenda, et vulnus glutinandum eſt, copioſius deſcribit. Inpri- p. 177.
mis commendat methodum Cl. WHRIGHT, qui Sheffieldi in comitatu Eboracenſi chirurgiam exercet. Hic faſciam ex emplaſtro glutinante confectam adhibet, quam alia pice illinita firmat, eaque ratione oſſis poſt amputationem protruſionem optime impedit. Variis vero Cl. Auctor metho- p. 183.
dum Cl. WHRIGHT adhuc emendauit. Amputa- p. 184.
tionem cruris non ſtatim ſub genu, ſed tam profunde inſtituit, vt natura mali permittit, qua in re recentiores Anglos ſequitur *). Confirmat hanc ſententiam obſeruationibus eiusdem Cl. WHRIGHT, cuius modo mentionem fecimus. Poſt amputatio- p. 198.
nem fere ſemper opiato lenem diaphoreſin in aegro excitare tentat. Omittimus, quae de exſtirpatione oſſium metatarſi digitorumque in pede et manu cet. habet. His propoſitis ad amputatio- p. 205.
nem humeri in articulo ſcapulae Auctor Cl. tranſit, hiſtoriaque huius operationis breuiter enarrata, non modo partes, quae in ea diſſecantur, deſcribit; ſed

*) vid. ſupra p. 408.

ſed et diuerſas methodos, quibus alii chirurgi vt LE DRAN ſenior, GARENGEOT, LA FAYE, SHARP, HEISTER, LE DRAN iunior cet. vtuntur, exponit, eas inter ſe comparat atque praeſtan-
p. 247. tiam earum diiudicat. Quod ad curandi rationem pertinet, quam ipſe Cl. Auctor adhibere ſolet, ipſe aeger in tabula ſupinus collocatur. Deinde per miniſtrum arteria ſubclauia manu eo in loco comprimitur, quo ea per ſcalenos muſculos tranſit. Poſtea in interno brachii latere in margine deltoidei ab eo loco, vbi pectoralis ad os humeri tendit, ſectionis initium Cl. Auctor facit, eaque recta paullo inferius eo loco deſcendit, quo deltoideus finitur; tum transuerſa ſectione extrorſum paullum tendit, atque deinde in externo brachii latere recta ad plicam vsque integumentorum in axilla adſcendit. Atque hac ratione ſegmentum carnis (*lambeau*) facit, quod figuram ſemilunatam fere habet et ex deltoideo muſculo conſtat. Tunc medium hunc muſculum alia ſectione perpendiculari incidit, quae ab acromio initium ſumit, atque inferius in ſemilunarem ſectionem iam deſcriptam deſinit. Ea tamen ita inſtituatur, vt maior deltoidei portio in externo latere ſit. His factis, cultro internam portionem ſegmenti ſemilunaris ſuperius ſeparat, tendinem pectoralis ſcalpello incuruato diſſecat et arteriam ſolam ope inſtrumenti, quod acui obtuſae ſimile eſt, duplici ratione binos pollices cum dimidio ſub capite oſſis humeri ligat. Eadem ratione in vena liganda vtitur, neruum vero non ligatum diſſecat et quidem longe ſuperius, quam vaſa, cum nimis longa neruorum fila relicta inſignem ſub vulneris cura dolorem excitent Tunc fila colligit et miniſtro tradit, neruum diſſecat, ſed vaſa adhuc integra relinquit; alteram partem fruſtuli ſemilunaris ſeparat, et articula-

culatione ſatis patefacta, ipſam capſulam diuidit, brachiique os paullo retrorſum premit, quo id e capſula ſua proſiliat, tandemque partem carnis, in qua vaſa incluſa ſunt diſſecando, operationi finem imponit. Labia ſegmenti (*lambeau*) ſutura interrupta vnit, prius vero, ſi acetabulum ipſum non carioſum ſit, cartilaginem ſcalpello radit, et os linteo carpto tegit, quo vulneris ſanatio promoveatur. Faſciarum apparatum, ſimplicitate ſua p. 254.
commendabilem, omittimus. Addit Auctor Cl. annotationes varias, in quibus praeſtantiam huius methodi oſtendit.

De reductione oſſis humeri luxati ſequenti capite exponit, et de variis methodis differit, quae p. 271.
vulgo adhibentur. Vtitur vecte, quem in axilla applicat et ſcapulam miniſtri ope reprimit; ipſum vero os brachii oblique deorſum extendit. Reliqua, cum nimis longa ſint, omittimus. Negat dilacerationem capſulae articularis ſaepe obſtaculum reductionis eſſe, quod nonnulli contendunt. In appendice de ligatura arteriarum, in qua nervus non includitur, agit, et Cl. WHITE atque AIKIN obſeruationes hac de re inſtitutas*) diiudicat. p. 289.
Varias quoque annotationes in caſus, a Cl. WHITE relatos, communicat. In aneuryſmate, quod p. 304.
ſponte ortum eſt, amputatio ſaepe effectu caret, cum arteriae omnes haud raro in eiusmodi aegris morboſe affectae ſint, vt poſt amputationem aneuryſmata in aliis corporis locis iterum oriantur. Nonnunquam poſt amputationem, omnibus p. 307.
arteriis maioribus ligatis, funeſta haemorrhagia ex arteria minima oritur. Talis quoque ex ſanguine nimis tenui et reſoluto prouenit. Agit porro Noſter de amputatione in crure ita inſtituenda, vt lon-

*) vid. ſupra p. 360.

ga oſſis portio relinquatur, quam methodo a Cll. HALLORAN et WHITE commendata, i. e. car-
p. 330. nis ſegmento (*lambeau*) relicto *), inſtituit. Non-
nunquam ſub patella corpuſcula cartilaginea oriuntur, quae, dum intra oſſa mouentur, periodicam claudicationem producunt, et exſcindi debent.
p. 336. Denique de modo differit, quo arteria ſpermatica in exſtirpatione teſtis ſine neruo liganda ſit. In figuris huic volumini adiectis, cranii loca, in quibus fonticuli excitari debent et modus, quo amputatio humeri in articulo ſecundum methodum Cl. Auctoris fieri debeat, nec non acus ad vaſorum deligationem delineantur.

Vol. II. Iam ad alterum volumen tranſimus, quod non minus copia et praeſtantia annotationum, quae in eo continentur, omnem attentionem meretur.
p. 1. Agit in eo primum Cl. BROMFEILD de variis oſſium morbis. Cauſtica potentialia ad oſſis exfoliationem promouendam reiicit, cum illa carnoſas papillas, quae incremento ſuo corruptum os a ſano ſeparant, deſtruant. Actuale vero cauterium in eo tantum caſu vtile eſt, vbi os ab acrimonia materiae, ex vlcere phagedaenico emanantis, emolli-
p. 9. tum eſt. Plures hiſtorias Cl. Auctor enarrat de aegris, in quibus ſatis longa portio oſſis ſponte ſe-
p. 14. parata et ſolius naturae ope reſtituta fuit. Cum in nodis venereis dolentibus extenſio perioſtei dolorum cauſſa ſit, inciſione illud Cl. Auctor diuidit, eaque methodo dolores breui tempore profligauit. Mercurialium tamen frictionum vſus ſimul
p. 17. coniungendus eſt. Inciſionem gingiuae ſeu potius folliculi, qui dentem progerminantem continet,
p. 20. in dentitione difficili multum commendat. Deinde de ſpina ventoſa, quam *abſceſſum in medulla* vocat, differit

*) vid. ſupra p. 410.

diſſerit, in qua amputationem reiicit; cum ille morbus a malo corporis habitu oriatur. De rhachitide ſeu oſſium emollitione plura quoque habet et caſum feminae SVPIOT *), ſatis ſuperque notum, fuſius enarrat. In infantibus rhachiticis lenia purgantia et vſum internum mercurii crudi commendat. Si abdomen mollius fit, tunc demum balnea frigida et cortex Peruuianus adhibeantur, quae antea nocent. p. 25.

Exponit deinde Cl. Auctor de morbis, qui ex contuſione earum glandularum oriuntur, quibus humor articularis ſecernitur: qui morbi ſaepe fracturas, luxationes cet. mentiuntur. In contuſione articuli femoris anodyna, ſudorifica, nec non clyſmata optimo cum ſucceſſu adhibuit. Plura quoque de fracturis in vniuerſum, et de methodo iis medendi habet, quae, ne nimis longi ſimus, Lectoribus noſtris ad priuatam eorum lectionem commendamus. Ferulas longas, ad methodum Cl. SHARP paratas, adhibet et methodum eas faſciasque applicandi fuſius deſcribit. In fractura patellae faſciam vnientem non prius adhibet, quam tumor ſubſederit; ipſa vero patellae fragmenta deinde ita adducit, vt ea inter ſe coaleſcere poſſint. Interim tertia poſt fracturam ſeptimana elapſa genu paullulum flecti, isque motus ſingulis diebus augeri debet, ne oſſa inter ſe coaleſcant et membrum rigidum fiat. Ita vero collocandum eſt membrum, vt calx altior reliquo membro ſit. Non tamen totum membrum calci innitatur; ſed a genu ad calcem variis fulcimentis firmetur. Quod in priore volumine de claudicatione periodica ex corpore cartilagineo in articulo genu nato Auctor Cl. aſſeruit, illud hic repetit, ſimulque addit, tendi- p. 42. p. 53. p. 70. p. 76.

 nem

*) vid. comment. Vol. V. p. 137. Aduerſ. medic. pract Vol. II. p. 421. Vol. XIX. p. 126.

nem bicipitis, qui per articulum humeri tranſit, ex ſulco ſuo elabi articulique huius immobilitatem ſummumque dolorem producere poſſe. Addit modum, quo is, cubito flexo capiteque humeri leniter extrorſum et introrſum moto, in naturalem ſitum iterum collocari poteſt. Varia deinde de fractura tibiae, in primis vero de ea ſpecie monet, quae cum tibiae fractura coniuncta quidem eſt, ſed ab ea longe diſtat, methodumque faſcias in hoc
p. 88. caſu applicandi fuſius deſcribit. Fractura coſtarum emphyſema non produci poteſt, niſi pulmones ſimul laeſi ſint. Inciſionem in hoc caſu com-
p. 99 mendat. Dum de fracturis complicatis Cl. Auctor agit, plura quoque de inflammationis diuerſis ſpeciebus, cum his fracturis coniunctis, et de paralyſi membri poſt eas relicta monet. Eum membri ſitum, in quo muſculi plurimum relaxati ſunt, vt recentiores chirurgi Anglici omnes, in his fracturis recte commendat. Ferulas, e charta conglutinata confectas, reliquis praefert. Eas aceto immittit, quo emolleſcant, et ita membro applicat, vt ſicceſcendo capſulam forment firmam, in qua membrum apte collocetur. In vniuerſum ferulas Cl. SHARPII reliquis omnibus praefert; varia tamen in iis emendat. Etiam in ſimplicibus fracturis, faſciam decem et octo capitibus inſtructam, adhibet.

p. 118. Dum poſtea ad lithotomiam Cl. Auctor progreditur, quo facilius haec accipi poſſint, prius ſitum et fabricam partium, quibus ſecretio et excretio vrinae fit, indicat, et ſecretionem vrinae ipſius, naturam huius liquidi et calculorum, nec non eorum differentiam explicat. Vti iam ſupra monuimus plures errores phyſiologici hic occurrunt, quos omittimus, cum ita comparati ſint, vt Le-

ctores

ctores facile eos agnoſcere et diiudicare poſſint. Calculum intra veſicam et inteſtinum rectum, nec non calculos inſignis magnitudinis in vteri cauitate vidit. De calculis etiam biliariis diſſerit et in vniverſum remedia indicat, quae in paroxyſmo, a calculo producto, idonea ſunt. Summa cautio adhibenda eſt, ne cathetere in veſicam demiſſo, vrethrae pars, quae proſtatae proxima eſt, laedatur, qualem caſum hic Auctor enarrat et figura explicat. Deinde ad ipſam calculi curationem, quae ſcalpello fit, accedit, et, dum de CELSI methodo agit, oſtendit CELSVM ſemilunatam inciſionem, cuius cornua deorſum ſpectarent, atque in fundo eius aliam tranſverſam ita inſtituiſſe, vt cruciata quaſi inciſio inde oriretur. In praeparatione ad lithotomiam balnea tepida et opiata minime negligi debent. Tunc methodum, qua ipſe ſectionem lateralem facit et duplicem ductorem canaliculatum (*double gorgeret*) deſcribit, cui lamina ſecans affixa eſt. Hac poſteaquam in veſicam penetrauit, vulnus dilatat et proſtatam diuidit, quo facto, ea iterum ſeparari et extrahi poteſt. Plurimum cum ſimili Cl. HAWKINS inſtrumento conuenit, quod tamen longe ſimplicius eſt. Forcipis quoque deſcriptionem proponit, qui ita comparatus eſt, vt mediante cochlea non modo ſtatim cognoſcatur, num periculum adſit calculum diffringendi; ſed etiam forceps ita firmetur, vt calculus integer ſeruetur. Ne vero calculus, cuius ſuperficies nimis aſpera eſt, ſub extractione partes nimium laedat; forcipem, quatuor cochlearibus inſtructum, excogitauit, quem fuſius hic deſcribit. In fiſtulas vrethrae cereolos, puluere cantharidum conſperſos immittit, quo callum deſtruat. Caſum enarrat aegri, in quo ſub calculi ſectione inteſtina e vulnere erumpebant. Operatio tamen felicem exitum habuit.

p. 165.
p. 228.
p. 241.
p. 252.
p. 264.

p. 274. In feminis calculo affectis vrethram ita dilatat, vt primo ſpecilli ope appendicem inteſtini caeci ex paruo animali in vrethram introducat. Illud deinde ſyringae ope aqua replet, ligaturaque inteſtinulo circumducta impedit, quo minus aqua effluere poſſit. Singulis vero diebus paullo altius filum circumducendo vrethrae dilatationem auget. In ipſa ſectione calculi, in feminis Auctor Cl. duplici ſuo ductore canaliculato vſus eſt.

p. 288. Tandem Cl. BROMFEILD de morbis vrethrae agit, qui ſaepe gonorrhoeae male tractatae reliquiae ſunt. Fungi veri in vrethra naſci poſſunt, qui, ſi ſpecillo tangantur, ſanguinem fundunt. Methodum deinde explicat, qua cereoli medicamentis illiniti, quales ii ſunt, quos Cl. DARAN deſcribit, praeparantur et immittuntur. Vtitur vero iis non in morbis vrethrae ſolum; ſed illos etiam tum commendat, cum catheter non applicari poteſt. Scirrhos quoque ad vrethram in perinaeo ſitos, effluxu materiae per vſum cereolorum excitato, ſanauit. Plures tandem hiſtorias aegrotorum addit, in quibus mala, ex gonorrhoea ſuppreſſa orta, per cereolos vicit. In figuris huic volumini adiectis, delineantur: os humeri morboſum et carie exeſum, in quo externa pars ſponte, vaginae inſtar, ab interna ſecedebat; corpus et ſceleton feminae SOVPIOT; ferulae Cl. SHARPII; crus artificiale, quod non figuram ſolum naturalis habet, ſed quo etiam aeger ire, gradus adſcendere, currere cet. poteſt: partes genitales viriles; plures calculi ex veſica; vrethra et veſica hominis, in quo per minus aptam catheteris applicationem vrethra ita erat dilacerata, vt ſpecillum ſemper in praeternaturalem canalem ſpecillo factum, et nunquam in veſicam ipſam penetraret.

Celſiana ſectio calculi: forceps ad calculum e veſica extrahendum quatuor cochlearibus et cochlea inſtructus, quae impedit, quo minus calculus diffringi poſſit: ductor canaliculatus duplex cet.

III.

Notes on Mr. WILLIAM BROMFEILD'S two volumes of chirurgical obſervations and caſes: with an appendix, addreſſed to Dr. LAWRENCE. By D. A. S. - - M. D. and Profeſſor of Surgery. London printed for T. Longman. 8. 1773. 5. pl.

i. e.

Annotationes in Cl. W. BROMFEILD obſeruationes chirurgicas, cum appendice epiſtolae ad Cl. LAWRENCE. Auctore D. A. S.

Hypotheſes plures, quae in libro Cl. BROMFEILD, de quo mox ad Lectores retulimus, occurrunt, ſtudiumque eius ſibi ipſi gloriam inuentionis variarum rerum tribuendi, quam alii ſibi pertinere contendunt, effecerunt, vt non modo in diariis publicis, ſed etiam libellis ſingularibus, aduerſarii eum obſeruationesque chirurgicas, ab eo publicatas, acriter perſtringerent. Ex his primum eſt hoc, quod nunc indicamus opuſculum, quod alterum, mox indicandum, obſeruationum praeſtantia longe antecellit. Recte eius Auctor in Cl. BROMFEILD ſtili negligentiam et illam, quae in eius libro deprehenditur, confuſionem taxat. Licet enim ea per hoc excuſari poſſit, quod Auctor chirurgus neque inter litterarum elegantiorum ſtudia educatus ſit; tamen omnino in chirurgo regionis ſuae primario et cuius ad exemplar alii ti-

rones ſe ſuaque ſtudia ordinant, reprehendenda
eſſe videntur.

Iam vero, vt ad ipſas annotationes Auctoris
anonymi in obſeruationes Cl. BROMFEILD ac-
cedamus, monendum eſt, earum prima, metho-
p. 4. dum medendi, a Cl. B. in cerebri commotione com-
mendatam, impugnari. Cum ruptura vaſorum
feroſorum vt plurimum in hoc caſu adſit, venae-
ſectio, quae vaſa ad reſorptionem ſeri extrauaſati
diſponit, praeferenda eſt opiatis, quae Cl. B.
commendat. Caſus quoque ab eo adductos nil
p. 15. probare Auctor anonymus fuſius docet. Deinde
hypotheſin Cl. B. de origine pleuritidis falſam
p. 16. eſſe oſtendit. Contra methodum Cl. B. qua ner-
vus in amputatione ligatura non conſtringitur,
Noſter monet: ſpaſmos aliaque grauiora ſympto-
mata, quae Cl. B. neglecta nerui ligatura vitare
tentat, etiam in hoc caſu ſaepe oriri; arteriae in
ligatura a neruo ſeparationem, ſi a chirurgo mi-
nus exercitato inſtituatur, grauiores dolores exci-
tare et dolorem in ea ligatura, qua neruus ſimul
p. 18. comprehenditur, momentaneum tantum eſſe. Sca-
pulam in brachii luxati reductione verſus dorſum
reprimere, iam PARAEVS, et poſt eum PETIT
docuerunt. Cauſſa erroris Cl. B. qui PARAE-
VM hoc dixiſſe negat, poſita eſt in eo, quod Gal-
lica tantum verſione Cl. GVILLEMEAU vſus ſit.
p. 28. In denudatione cranii ad perioſtei generationem
et exfoliationem oſſis promouendam iam BELLO-
STIVS parua foramina trepani acuti ope in oſſe
p. 31. fecit. Originem emphyſematis ex fractura coſtae
Cl. HEWSON iam cognouiſſe et thoracis paracen-
theſin ſeu empyematis operationem commendaſſe
p. 48. Anonymus probat. Oſtenditur quoque, Cl.
BROMFEILD minus recte de ductore canaliculato
ſcinden-

ſcindente (*cutting gorgeret*) Cl. HAWKINS ſiluiſſe et in vniuerſum duplicem eius ductorem canaliculatum minime idoneum eſſe inſtrumentum.

In Appendice ſtili negligentia in Cl. BROMFEILD acriter reprehenditur. p. 57.

IV.

Serious conſiderations on ſome remarkable paſſages, in a work lately publiſhed by Mr. B**, and preſented to his Majeſty. London printed for Herwitt. 1773. 8. 3. pl.

i. e.

Seriae obſeruationes in nonnullos locos attentione dignos, qui in libro Cl. B** nuper publicato et Regi oblato occurrunt.

Ludicra magis dictione, nec ſale omni deſtituta Auctor praeſentis libelli Cl. BROMFEILD perſtringit et inprimis dictionem, hypotheſin de natura inflammationis et errores plures phyſiologicos atque pathologicos in eo reprehendit. Minime tamen negari poteſt, his omnibus non obſtantibus, plura in Cl. B. libro bona reperiri, eiusque lectionem chirurgis ac medicis omnibus vtiliſſimam eſſe poſſe, cum obſeruationum praeſtantia leuiores errores ſatis compenſentur.

V.

V.

Traité complet de Chirurgie, contenant des obſervations et des reflexions ſur toutes les maladies chirurgicales, et ſur la manière de les traiter. Par M. GUILLAUME MAUQUEST DE LA MOTTE Chirurgien-Juré à Valognes cet. Troiſieme edition, reuuë, corrigée et augmentée des notes critiques par M. SABATIER, Profeſſeur Royal en Anatomie, Chirurgien-Major en ſurvivance de l'Hôtel Royal des Invalides. à Paris chez Didot. 1771. 8. T. I. 2. Alph. 1771. T. II. ib. eod. 2. Alph.

i. e.

Chirurgia completa, continens obſeruationes et adnotationes circa omnes morbos chirurgicos et methodum iis medendi. Auctore Cl. G. M. DE LA MOTTE. Editio tertia correcta et notis criticis aucta a Cl. SABATIER T. I. II.

Quamquam Cl. LA MOTTE, celebris illius olim chirurgi et obſtetricantis, chirurgia, cuius nouam iam indicamus editionem, minime completa dici poteſt, cum plures in ea morbi deſiderentur chirurgici, vt labium leporinum, polypi narium, aneuryſmata herniarumque varia genera; ea tamen certo omni aeuo inter praeſtantiora ſcripta chirurgica numerabitur, eiusque lectio non tironi ſolum, ſed et exercitato iam in arte ſua chirurgo proficua erit. Non enim, vt plura alia eiusmodi compendia, regulas tantum, opinionum commentis ſuperſtructas, continet, quae dies delet; ſed vbique in ea natura, qualis ſe ea in mor-

bis

bis chirurgicis Auctori Celeberrimo obtulit, obſeruationibus eius depingitur.

Hinc omnino gratiae habendae ſunt Cl. SABATIER, qui praeſtantis libri lectionem noua hac editione magis adhuc vulgarem reddidit. Additae quoque ſunt nonnullae obſeruationes a Cel. LA MOTTE vltimis vitae ſuae laudabiliter et in communem vſum peractae annis factae, quae tamen nil praecipua quadam attentione dignum continent.

Tandem adiectae ſunt plures notae criticae Cl. Editoris, in quibus methodum medendi Cl. LA MOTTE ad regulas recentioris chirurgiae examinat. Cum enim poſt Cl. Auctoris tempora haec ars multum emendata et aucta ſit, his monitis neglectis verendum omnino fuiſſet, ne tirones lectione huius libri alias vtiliſſimi confunderentur.

VI.

IOANNIS FRIDERICI MECKEL Tractatus de morbo hernioſo congenito ſingulari et complicato feliciter curato. Berolini apud Fr. Nicolai. 1772. 8. pl. 10.

Cel. quondam Berolinenſium Medicus MECKELIVS, cuius praematurum obitum iam orbis eruditus luget, hoc libello hiſtoriam illius morbi deſcribit, quo Cl. ZIMMERMANNVS conflictauit et a quo operatione chirurgica, Berolini a Cl. SCHMVCKERO ſub auſpiciis Cl. MECKELII facta, liberatus eſt. Hernia erat inteſtinalis, in ſiniſtro latere, quae in ſaccum hernioſum congenitum poſt colicam flatulentam a. 1769. deſcenderat, cui paullo poſt epiplocele ſe adiungebat. Reductione facta, aegrum in ipſo malo hernioſo ſingula- p. 3.

ris

sis et acutus valde dolor excruciabat, cuius cauſſa filamentum in parte poſtica ſacci hernioſi fuit, quod et omnem faſciae hernialis applicationem impediebat. Poſt compreſſionem breuiſſimum tempus durantem ſemper aeger lipothymia aliisque pluribus malis afficiebatur, faſciamque abiicere cogebatur. His moleſta ſenſatio et ſpaſmodica retractio teſticuli dextri ſe iungebat, quae aegrum infeliciſſimum reddebat. Hinc ille Berolinum ad amiciſſimum MECKELIVM ſe contulit, qui examinato eius caſu, quem alii varicocelen putabant, operationem ſuaſit, quae etiam paullo poſt a ſupra laudato SCHMVCKERO Cl. facta eſt.

p. 23. Cutis ſcroti ſupra ſaccum hernioſum ſectione longitudinali aperiebatur et ſaccus hernioſus a cute diſſectione telae celluloſae ſeparabatur. Haec fibrillarum celluloſarum diſciſſio aegro ſumme dolorifica fuit, quod phaenomenon poſt inſenſibilitatem telae celluloſae a Cl. SCHOBINGERO, HALLERO imo ipſo noſtro ZIMMERMANNO olim ſtabilitam, omnino ſummam attentionem meretur, eosque, qui HALLERI ſententiae hactenus adhaeſerunt, paullo dubios reddere poteſt. Separatione hac ſatis difficili peracta, teſticulum intra ipſum ſaccum haerere et marginem eius tantum, cui vaſa ſpermatica inſeruntur, extra peritonaeum prominere adſtantes viderunt. Cremaſtere et aponevroſi eius diſciſſis, funiculus ſpermaticus accuratiſſime a ſacco hernioſo a Cl. SCHMVCKERO et Ill. MECKELIO ipſo ſeparatus fuit. Saccus tandem, ligatura prius acus ope laxe circa eum poſita, aperiebatur, quod nullum dolorem aegro excitabat. Omentum ſacco non adhaerebat et ſanum erat, ſi paruam indurationem pinguedinis excipias, quae

tactu

taƈtu per integumenta percepta, varicoceles ſuſpicionem aliis mouerat.

Omentum vero teſticulo, qui nudus et vaginali tunica deſtitutus, ſed albuginea tantum teƈtus in hoc ſacco ſitus erat, in margine eius conuexo adhaerebat ope filamenti cylindrici vaſculoſi, et dolorificam ſenſationem, aegro adeo moleſtam, excitabat. Connatam herniam fuiſſe *) ex vaginalis tunicae defeƈtu Cl. MECKELIVS probat, eaque occaſione ſuas de herniis eiusmodi obſeruationes communicat. Modum ſimul, quo proceſſus peritonaei in foetu apertus in vaginalem tunicam coaleſcit, egregie Cl. Auƈtor explicat. p. 33.

Ante funiculum ſpermaticum ex abdomine egredientem plica eſt tranſuerſalis in fetu ex duplicatura peritonaei faƈta, a qua vaginalis tunica concreſcere incipit. p. 39.

Sed iam ad aegrum noſtrum redeamus. Diſciſſo filamento, omenti quod teſticulo adhaeſerat, omentum leniter in abdomen reponebatur, ſub qua repoſitione continuo aqua tepida ſpongiae ope fouebatur. Tandem filo, circa herniae ſaccum duƈto, conſtriƈto et peritonaei hiatu clauſo, operatio haec ardua et difficilis intra ſeſquihorae ſpatium perfeƈta fuit. p. 48.

Iam ad vulneris curationem Cl. Auƈtor procedit, quae ſatis proſpere ceſſit. Inungebatur ſtatim poſt operationem abdomen ſaepius linƈtu ex oleo oliuarum et lini atque camphora parato, fomentaque adhibebantur, adiunƈto interno vſu olei amygdalarum et laudani; quae omnia egregium vſum praeſtiterunt. Inteſtino colo, quod ante opera- p. 55. p. 69.

*) vid. Cl. HVNTER Med. Comment. P. I. Cap. 9. (Conf. Com. Noſtr. Vol. XI. p. 288.) vt alios taceam.

operationem ab omento deorſum tractum erat, nunc in iuſtum ſitum iterum redacto, clyſmata multa excrementa, quae antea in colo haeſerant,
p. 77. euacuarunt. Sacculi vel ipſius annuli abdominalis ſcarificationem, quam alii ideo ſuadent, quo apertura eius poſt operationem citius claudatur, Cl. Auctor in noſtro aegro reiecit, cum illa eo tantum in caſu locum habeat, vbi in hernia inueterata ſacci hernioſi parietes calloſi ſint. Ipſe annulus, niſi vulnera profunda infligas, ſcarificari non poteſt, cum herniae ſaccus intercedat, atque diſciſſio fibrarum tendinearum ob tenſionem et inflammationem inde productam, grauiſſima ſymptomata excitare poteſt. Crura quoque annuli, partium elapſarum repoſitione facta, facile iterum
p. 85. coëunt. Telam celluloſam ſenſibilem eſſe, etiam
108. dolorifica ſenſatio, quae tela celluloſa nouiter generata ab aegro percipiebatur, probauit. Hinc patet, cum vaſculis ſanguineis etiam neruos creſcere.

p. 91. Cauſtica medicamenta, quorum applicationem copioſa caro fungoſa ex vulnere propullulans neceſſariam reddebant, in ſenſiliori hoc aegro grauia produxerunt ſymptomata. Aquae vegeto-mineralis magnus vſus in curatione vulneris fuit, eamque tuto, omni metu de venenata plumbi efficacia reiecto, externe adhiberi poſſe Cl. MECKEL aſſerit. Curatio omnis intra tres fere menſes facta, et aeger poſtea bracherio vſus eſt, atque nunc etiam a diro hoc malo liberatus in artis noſtrae incrementum aegrorumque ſolatium bene, quod laetamur, valet. In fine huius libelli Cel. MECKEL monet, ſe in aegro hoc inſigni neruorum ſenſibilitate praedito frigida balnea neglexiſſe et tepida potius ſaponoceo-martialia adhibuiſſe. Frigida enim balnea ſaepe in eiusmodi ſubiectis nocent et neruos irri-

tando

tando humoresque ad interiora repellendo pluribus morbis anſam praebent.

VII.

Obſeruationes de calculis renalibus, quas indultu gratioſi medicorum ordinis a. d. xx. nouembris 1772. pro gradu doctoris diſceptandas proponit, M. IOANNES DANIEL REICHEL. Lipſ. 4. ex officina Langenhemia pagg. 40. c. figg. aen. 7.

Omnes concretiones omnino morboſae, in corpore animali obuiae, videntur Noſtro cum oſſificatione vera habere ſimilitudinem. His breuiter diſputatis, ad calculos humanos venit, eorumque ortum, diuiſionem, varietatem atque differentiam perſequitur. Vbique in corpore humano occurrunt calculi, cum et pulmonales a Noſtro obſeruati ſint: nec infantes recens nati liberi ſunt ab his moleſtiis, quorum linteamina non adeo raro ſcatent ſabuloſa rubra materia. Aetas eorum autem prouectior interdum, iuuat hunc morbum, id quod exemplis confirmatur p. 6.

Cauſſas lithiaſis quaerit Noſter in laxitate ſolidorum eorumque debilitate et fluidorum ſpiſſitudine indeque immeabilitate. Symptomata, aliis morbis communia et calculus inducit, ideoque incerta calculi renum ſigna eſſe Auctor Cl. iudicat. Inter ea tamen cum MORGAGNIO refert acerbiſſimos dolores in ſcrobiculo cordis, quos in renum calculo obſeruauit pariter et hic communicat in obſeruatione tertia*). p. 10.

Calculi

*) v. infra p. 428.

Calculi deſcriptione praemiſſa, tres ſuas obſeruationes calculorum renalium Noſter hic communicat.

p. 13. *Obſeruatio prima de calculis renalibus in puero.* Huius nouem annorum, incontinentia vrinae mortui, cadauere ſecto, renes inſigniter magni erant. In ſiniſtro nulla ſubſtantiae renalis apparebant veſtigia, ſed puris quaedam ex eo emanabat copia. Totus margo exterior quatuordecim loculamentis diuerſae magnitudinis (nonnulla vnius pollicis longitudinem habebant), calculos et ſabulum continentibus, erat cinctus, ac quodlibet loculamentum paruis plicis contentum circumdabat. In pelui huius ſiniſtri renis calculus maior libere haerebat et alius maior verſus inferiorem partem accreuerat, et foraminulum in tunica adipoſa fecerat. Renis dextri ſubſtantia inflammata pus continebat, ſed nli calculoſi; attamen quinque veſtigia loculamentorum. Vreteres ſabuloſa materia ſcatebant. Veſica erat parua conſtricta, tactu calloſa, et in fundo veſicae adnatus erat calculus triangularis ſ. ex tribus compoſitus; praeterea materia ſabuloſa impleta ea erat.

p. 16. *Obſeruatio ſecunda de calculo renali in viro quadraginta et quinque annorum.* Hic aeger in regione lumbari primum paruam eminentiam habebat, quae ſubinde ita magna apparebat, vt, etiamſi veſtibus tecta, tamen nudis oculis poterat conſpici. Tandem tumor, variis tentatus remediis externis, quae ob itinera ſaepius ab aegro facienda ſeponenda quoque erant, ſponte noctu rumpebatur. Dilatationem vulneris, quam ſuadebant medentes, differre oportebat rurſus propter iter neceſſarium. Qua facta, calculus paruus piſi magnitudine ſponte excidebat; non multum poſt iterum calculus paruus. Poſtea durum corpus, quod vulneris ſanationem impediebat, ſtilus chirur-

chirurgicus attingebat. Hic denuo de ampliando vulnere cogitabatur; ſed renuebant aegri amici et aeger ipſe dilatationem. Turundis itaque in auxilium non diu fruſtra vocatis, per tres annos vulnus, perquam ſinuoſum et fiſtuloſum, vti fonticulus tractabatur. Atque interea ſine multis magnisque incommodis itinera aeger ſuſcipiebat. Tum iuxta vulnus abſceſſus formabatur, quo inciſo, et ita vulnere ampliato, calculus, in conſpectum veniebat, quem facile paruo forcipe eximebat chirurgus. Calculus erat lata baſi ac coni quaſi forma, duroque et immobili corpori inſiſtebat ſuperficie polita, vti ex addita figura patet. Atque idem illud corpus fuiſſe calculum ſectione cadaueris conſtabat. Tum enim inueniebatur calculus alter, qui cum eo, e viuo corpore exemto, articulatione quaſi coniunctus fuerat. Idcirco nullam vulnus pollicebatur conſolidationem, ſed fonticuli inſtar ea erat indole, vt aeger negotiis, inprimis itineribus, par eſſet.

Redux idem ex itinere afficiebatur rurſus catarrhalibus incommodis, quae ſemper praeire ſolebant calculoſis his moleſtiis. Non diu poſt coniungebant ſeſe tenſiones abdominales, valde moleſtae, quae, vulnere non mutato, ſaburrae primarum viarum tribuebantur. Dirigebatur quoque ita methodus medendi, et parum quoque iuvare videbatur. Sed appetitus proſtratio, languor, albidae, vlceroſae et calculoſae, cum vrina remixtae materiae per aluum euacuatio crebra et praecordiorum anxietas accedebant et aegrum trucidabant. p. 20.

Secto cadauere, ieiunique flexibus perquiſitis, alterum flexum poſt eius deſcenſum lateralem firmiter adhaerere vlceri, quod latus ſiniſtrum occupauerat, cognoſcebatur. Haec adhaeſio ita ſeſe p. 21.

habe-

habebat, vt proceſſus tubulo ſimilis ex ieiuno in renem ſeſe inſinuaret circumcirca quidem liber; adeo tamen arcte reni coniunctus, vt facili negotio haud remoueri poſſet. Ex hac mira ieiuni coniunctione cum rene ope tubuli explicantur vltimae deiectiones vrinoſo purulentae, alba calculoſaque materia remixtae, non multum ante a nobis commemoratae. Ren dexter ſanus erat, ſiniſter, praeter peluim, plane deſtructus et calculis mollibus fragilibus, cinereis et albis, calcareae indolis variae figurae et magnitudinis impletus deprehendebatur. Praeter hos calculos et ille eſt hic commemorandus, cuius ſupra mentionem fecimus et cuius articulatio cum eo, qui viuo corpore erat exemtus, in addita icone clare apparet. Ceterum in hoc rene facta eſt, prorſus nulla vrinae ſecretio. Inde et accidit, vt ne vllus quidem vrinae effluxus e vulnere ſit obſeruatus. Eſt profecto hoc exemplum nephrotomiae, naturae conatu inſtitutae, quam artificialem alii ſuadent et alii diſſuadent. Hic Noſter ſententias varias de ea re *) collegit et ab eorum partibus ſtat, qui nephrotomiam naturae committunt et tum eam ſequuntur.

p. 25. *Obſeruatio tertia de calculo renali in ſene.* Laborabat hic ſenex diu morbo, diriſſimis doloribus ad ſpinam dorſi ſtipato. Tribuebatur potiſſimum hic morbus niſui vehementi in mouendo onere, et cogitabatur de oſteoſteatomate cet. Multis remediis

*) v. Mém. d. l'ac. roy. de Chirurg. Tom. III. à Paris 1757. 4. p. 238. comm. noſtr. Vol. VIII. p. 210. ſeqq. Mélang. de Chirurgie par M. CL. POUTEAU. p. 456. comment. noſtr. primae decadis Suppl. I. p. 156. it. GEORG. HEVERMANNS *Bemerk. und Unterſuchungen der ausübenden Arzneywiſſenſchaft, erſter Band,* p. 254. comm. noſtr. Vol. XV. p. 306.

mediis fruſtra adhibitis, aeger moriebatur, et ſectio aliam morbi et mortis cauſſam prodebat.

Secto cadauere, ad ſpinam dorſi inprimis diſquirendam properabatur; ſed ſana atque integra ea apparebat. Aperto autem abdomine, in ſiniſtro latere paullo altius et magis antrorſum, quam ren naturali modo eſt collocatus, conſpiciebatur magnus, quodammodo durus, ac renitens tumor, tunica alba, valde extenſa et craſſa incluſus bis renis magnitudinem ſuperans, nec illius formam habens, ſed oblongus latusque. Quo ſatis profunde inciſo, calculus mera adipi ſimili, denſa atque ſebacea materie circumdatus in oculos quaerentium veniebat. Anterior itaque renis ſuperficies conſumta et in adipem conuerſa erat, poſterior renalem ſubſtantiam prodebat. Calculus hic pondere erat vnciae vnius et drachmae dimidiae. Figura, eminentiae, proceſſus in icone explicantur. Adeo durus erat, vt ſonum ederet duro corpore percuſſus, color fuſcus ei erat, maculis albis hinc inde turbatus, ſuperficies aſperae. Ren dexter bene ſe habebat, nec praeterea, excepto vlcere in pancreate, praeternaturalia quaedam ſunt reperta. p. 31.

In hoc aegro ne vllum quidem animaduerſum eſt calculi ſignum, praeter acerbiſſimos dolores in ſcrobiculo cordis, qui a b. MORGAGNIO, vt ſignum renum vitiatorum certiſſimum laudantur *). Hic dolor, qui ſubinde ingraueſcens, vsque ad mortem continuauit, incipiebat circa vltimas vertebras dorſi et totum abdomen circumcirca ambiens progrediebatur vsque ad ſcrobiculum cordis, vbi ſecundum aegri deſcriptionem, quaſi figebatur, contra- p. 33.

*) EIVSD. de ſedib. et cauſſ. morb. lib. V. Venet. 1772. fol. Tom. II. Lib. III. de morb. ventris, epiſt. anat. med. XLII. art. 13. et 14. p. 160.

contrahendo, pungendo, lancinando premendoque non ſolum moleſtiſſimus, ſed plane intolerabilis. Erat non perpetuus hic dolor, ſed remittebat et reuertebatur, eoque ſedato, facile ſua tractabat aeger.

VIII.

A methodical introduction to the theory and practice of phyſic. By DAVID MACBRIDE, M. D. London printed for Strahan and Cadell. 1772. 4. mai. Vol. I. et II. 3. Alph. 14. pl.

i. e.

Syſtematica introductio in theoriam et praxin artis medicae, Auctore DAVIDE MACBRIDE M. D. Vol. I. II.

Cl. Auctor, cuius in arte medica doctrina et experientia iam inprimis per ea innotuerunt, quae de putredine et antiſepticis ſcripſit *), nouo hoc libro ſummam hic edidit praelectionum, per aliquot annos Dublini habitarum, in quibus, cum reliqua compendia, vel iam ante plures annos edita, recentiorum inuenta non contineant, vel breuitate ſeu nimia prolixitate aut obſcuritate laborent, theoriam et praxin artis medicae noua ratione explicauit. Pauca quidem plane noua eique propria in hoc opere reperiuntur; interim tamen vbique optimis recentiorum inuentis vſus eſt, omniaque tam clare et concinne expoſuit, vt lectionem huius introductionis non tironibus ſolum, ſed et medi-

*) *Experimental Eſſays.* vid. comment. Vol. XIV. p. 326.

medicis, in arte ſua iam exercitatis, proficuam fore iudicemus *).

Theoretica huius operis pars de corpore humano et actionibus eius in vniuerſum, de morbis in genere, de ſymptomatibus morborum, de ſyſtematica morbum diſpoſitione, ſemiologia, hygiene et therapia generali exponit. In altera vero vel practica ſpecies morborum et eorum curationes deſcribuntur, qua in re Noſter tum Cl. SAUVAGES, tum in ſpecie Edinburgenſem Medicum Cl. CVLLEN **) ſequutus eſt.

Primus liber partis theoreticae breuem deſcriptionem corporis humani et doctrinam de vſu partium eius comprehendit. Totum corpus Cl. MACBRIDE in tria ſyſtemata diuidit, ſyſtema ſcilicet vaſorum ſanguiferorum, ſyſtema neruorum et ſyſtema telae celluloſae; cum quibus tamen etiam fluidorum in omnibus his vaſis contentorum conſiderationem coniungit. Duo priora ſyſtemata *viua ſolida* vocat, *ſolida* vero *inertia* inorganicam telam celluloſam. Syſtemati vaſorum ſanguiferorum vaſa quoque excernentia et abſorbentia adnumerat. Duas neruorum ſpecies adſumit, quarum vna motui, altera ſenſui praecipue dicata eſt. Ex tela celluloſa oſſa quoque, cuticula et cutis, vngues, pili, membranae, tendines et cartilagines formantur, vt maxima eorum pars ad ſolida inertia pertineat. Vol. I. p. 1.

*) Prodiit Germanica verſio huius libri, variis notis aucta, Lipſiae apud Caſp. Fritſch, ſub titulo: *Syſtematiſche Einleitung in die theoretiſche und practiſche Arzneykunſt*, durch DAVID MACBRIDE, a. 1773. in 8. Vol. I. II.

**) In *Synopſi noſologiae methodicae*, proxime a nobis indicanda.

p. 7. Deinde de fluidis corporis humani partibus Noſter exponit. Sanguis componitur ex ſero et craſſamento, ſeu ea parte, quae placentam in ſanguine ex vena miſſo format. Hoc vero craſſamentum iterum ex duabus partibus conſtat, ea ſcilicet, quae vniuerſum ſanguinem rubore tingit et lympha ſeu filamentoſa ſanguinis parte. Rubedinem ſanguinis a ferro, in craſſamento reperiundo, eſſe per experimenta inprimis Cl BVCHWALD *) Auctor noſter probat. Addit humorum ſecretorum, lymphae ſeu humoris nutritii tenuiſſimi, fluidi neruei et chyli conſiderationem.
p. 17. Porro de viribus, corpus humanum mouentibus, inanimatis ſcilicet, et irritabilitate agit, quibus ipſius animae actio adhuc addi debet. Coniunctione omnium harum virium actiones corporis humani perficiuntur, et combinatio actionum harum virium *naturae* nomine inſignitur; qua repugnante, nihil medicina proficit.

p. 21. Tunc ad motus, qui in tribus corporis humani ſyſtematibus ſunt, Cl. MACBRIDE deſcendit et de vi cordis primum diſputat. Praeter ſyſtolen et diaſtolen eiusdem, etiam ſubſultorium quendam motum in eo aſſumit, de quo Cl. LAMVRE egit **). Deinde agit de pulſu, cui in vaſis minoribus oſcillatorium motum a WHYTTIO propoſitum addit, et de vi ſuctionis, quam a ſola preſſione laterali muſculorum et arteriarum deriuat, licet ad propriam vaſorum vim ſugentem quoque reſpiciendum ſit. In neruis motum quemdam oſcillatorium aſſumit, qui non a ſolida eorundem ſubſtantia pendet, ſed oſcillationis humoris elaſtici effectus eſt. Tandem de conſenſu partium corporis humani, de motu telae celluloſae, in qua in ſtatu naturali

*) vid. comment. noſtr. Vol. XIII. p. 513.
**) vid. ib. Vol. XVII. p. 275.

naturali et homine ſano, grauitatis nullus effectus conſpicitur et motu humorum inteſtino Auctor Cl. differit.

Vltimo huius libri capite de actionibus animalibus diſputat, quae ex viribus animalibus deſiderii et notionis ac motu oriuntur. Cordis et pulmonum actionis ideo non conſcii ſumus, quia conſuetudine perpetua illas non amplius ſentimus et vim voluntatis in eas amiſimus. p. 30.

Secundus liber analyſin morborum tradit. Morbum vt complexum ſymptomatum Cl. MAÇBRIDE conſiderat. Hinc generalem conſiderationem ſymptomatum, ex quibus morbi compoſiti ſunt, praemittit. Oſtendit deinde, qua ratione cauſſa morborum inueſtiganda et conditio actionum in homine ſano, cum conditione earundem actionum in homine aegroto et ſymptomatibus vniuerſalibus comparanda ſit. Porro docet, quales motus animales in homine perfecte ſano eſſe debeant et ſymptomata vniuerſalia, quae in omni fere morbo reperiuntur, deſcribit. Sunt ea calor praeternaturalis, cuius quatuor ſpecies, inflammatorium, putridum, hecticum et volaticum ſeu hyſtericum Noſter aſſumit; horror, quem a ſpaſtica quadam vaſorum contractione deriuat, quae a neruis pendet; nauſea; ſitis; dolor, qui nec extenſionis nec contractionis neruorum effectus eſt, ſed a praeternaturali mutatione fluidi neruei producitur; dolor pruriens; agrypnia; nimia in ſomnum procliuitas; anxietas praecordiorum; aſthma ſeu reſpiratio difficilis; debilitas, de cuius cauſſis egregie Cl. Auctor exponit; ſpaſmi; inſenſibilitas; nimia ſenſibilitas et denique phantaſia laeſa vel delirium. p. 33.

p. 83. Progreditur deinde ad cauſſas morborum remotas. Temperamentorum differentias ita explicat, vt vaſa robuſta cum magno ſenſibilitatis vel irritabilitatis gradu coniuncta *ſanguineum*, debilia vaſa et magna irritabilitas *hyſtericum* temperamentum conſtituant, quod aliquo modo cum *bilioſo* veterum conuenit. Vaſa robuſta et inſenſibilitas ſeu irritabilitas iuſto minor *melancholicum* temperamentum efficiunt, vti, ſi debilia ſint vaſa et paruus ſenſibilitatis ſeu irritabilitatis gradus, *phlegmaticum* temperamentum naſcitur. Tum de variis acrimoniarum ſpeciebus, materiis morbificis et diuerſis ſpeciebus ſaburrae, quae in primis viis reperiuntur, nec non de rerum, quae vulgo non naturales dicuntur, in ſanitatem effectu, praecipua proponuntur.

p. 101. Poſtea ſymptomata partialia ſeu localia, quae cum vniuerſalibus ſupra enarratis omnes morbos conſtituunt, recenſentur. Ea vero vel vires quasdam animi, vel ſenſus, vel appetitus varios naturales, vel ſecretionum aut excretionum quasdam ſpecies, vel alias ſingulares corporis actiones laedunt, vel denique figuram et habitum externum, partium ſitum et connexionem, aut fabricam et cohaeſionem partium organicarum mutant.

p. 118. Tandem ſymptomata ſexui virili propria, ſeu vaſorum ſeminalium, teſtium vel penis laeſiones; morbi mulierum, quibus ouaria, vterus, vagina vel genitalia externa afficiuntur, aut qui a menſtruis, grauiditate, partu vel lactatione pendent, et puerorum denique morbi breuiter indicantur. In pueris vel cutis morboſum colorem obtinet, vel anus aut genitalia coalita ſunt, vel linguae frenulum nimis longum eſt, vel ii torminibus, aphthis, conuulſionibus, variis a dentitione oriundis moleſtiis,

ſtiis, diuerſis exanthematibus, rhachitide, vermibus cet. afficiuntur.

Tertio libro modus exponitur, quo ſymptomata et morbi apte diuidi et in ordinem diſponi poſſunt. Symptomata in ordinaria, acceſſoria et extraordinaria Cl. Auctor diuidit, tandemque ſyſtematicam morborum in claſſes et ordines diſtributionem proponit, quam tamen, cum in practica parte repetatur, hic omittimus. Interim in ſequen- p. 129. p. 141.
ti libro quarto theoreticam explicationem variorum ordinum ſui ſyſtematis Cl. Auctor communicat, nec non genera horum ordinum conſtituit. Cum itaque primae claſſis, quae *vniuerſales* morbos continet, primus ordo febrium ſit, de febribus, de modo, quo febris oriatur et procedat, cauſſis febrium criſique exponitur. Sequitur theoria p. 157.
inflammationis. Huius cauſſam non in obſtructione vaſorum et impedito ſanguinis per ea vaſa tranſitu Cl. MACBRIDE ponit, ſed potius nimis parvam vaſorum reſiſtentiam accuſat, quae efficit, vt ſanguis per arterias et venas partis cuiusdam praeternaturali impetu et aucto celeritatis gradu moueatur. Addit vero his omnibus Cl. Auctor irritationem et oſcillationem vaſorum minimorum morboſe auctam. Symptomata deinde inflammationum et varii modi explicantur, quibus inflammatio finiatur. Sunt ii diſcuſſio, exſudatio materiae purulentae, quae in membranis inflammatis potiſſimum obſeruatur, abſceſſus, gangraena et ſcirrhus. Tertium mor- p. 170.
borum ordinem *fluxus* conſtituunt, ſeu excretiones praeternaturales, copia vel natura ſua peccantes; quartum vero *dolores*, qui potiſſimum vel ab acrimonia, vel a flatibus oriuntur. Quintus morbos *ſpaſmodicos*, ſextus *debilitates* continet, ſeptimus aſthma-

aſthmaticos morbos ſeu *anxietates*, octauus *mor-*
bos animi, nonus vero *cachexias* comprehendit.
p. 189. *Localium* morborum, nec non eorum, qui ſexui
maſculino, vel feminino, aut pueris tantum pro-
prii ſunt, diuiſionem in fine ſecundi voluminis
addemus. In vniuerſum Cl. Auctor 179 morbo-
rum genera, et longe pauciora facit, quam Cl.
SAUVAGES, LINNAEVS et VOGEL.

p. 209. Quinto libro ſemiologia explicatur. Indican-
tur itaque ſigna ex pulſu et reſpiratione deſumen-
da; ſigna, quae praeternaturalem neruorum ſtatum
indicant; ſigna, quae ex variis exanthematibus et
aliis cutis mutationibus peti poſſunt, et ſigna ex
ſanguine, vbi etiam de membrana phlogiſtica diſ-
p. 229. ſeritur. Quod ad ortum eius pertinet Cl. Auctor
ſententiam Cl. FORDYCE (*Elements of the practi-*
ce of Phyſic, P. I. p. 5. P. II. p. 29. *) aſſumit,
ſanguinem ſcilicet et lympham in corpore, in quo
inflammatio eſt, longe fluidiorem, quam in ſtatu
ſano eſſe. Sequuntur ſigna ex vrina; ex ſudore; ex
faecibus et materia tuſſi vel vomitu reiecta. His
annectitur epitome eorum, quae HIPPOCRA-
TES de malis vel bonis ſignis habet, quam Cl.
p. 240. Auctor ex Cl. VAN DER LINDEN *meletematibus*
medicinae Hippocraticae L. B. 1668. in quarto edi-
tis deſumpſit.

p. 255. Sextus liber hygienen ſeu regulas continet,
quibus

*) Pluribus hanc ſententiam experimentis confirma-
vit Cl. HEWSON, praematuro fato nuper ereptus,
in egregio libro: *Experimental Eſſays* Vol. I. p. 60.
etc. Experimenta tamen haec iam in ſexageſimo
volumine Tractationum Philoſophicarum p. 368.
ſeqq. publicata fuerunt, vt itaque gloria inuentionis
huius ſententiae forte omnis Cl. HEWSON tribuen-
da ſit.

quibus tum corpora ad morbos iam diſpoſita, tum perfecte ſana tractari debent.

Septimo denique libro Cl. Auctor therapiam generalem tradit. Motus ſyſtematis ſanguinei vel nimis augetur, in quo caſu venaeſectio, purgantia, clyſmata, ſedantia et emetica adhiberi poſſunt, de quibus et de diaeta eiusmodi aegris ordinanda, Cl. Auctor fuſius differit: vel motus ille nimis minuitur aut plane interrumpitur, in quo caſu analepticis ſeu cardiacis: veſicatoriis et roborantibus opus eſt. Si motus ſyſtematis neruorum inordinatus ſit, antiſpaſmodica et anodyna, nec non roborantia, ac in debilitate partiali, cephalica, balſamica, ſtomachica, carminatiua cet. adhibeantur. Si motus vero neruorum ceſſauerit, ad analeptica et veſicatoria confugiendum eſt. Tunc de ratione diuerſas ſaburrae ſpecies in canali primarum viarum exiſtentes et alias acrimonias ſpecificas corrigendi; nec non de modo ſecretiones nimis auctas minuendi, vel nimis parcas contra augendi, Cl. Auctor exponit. Secretiones augentur diaphoreticis, diureticis, ſialagogis, errhinis, expectorantibus et emmenagogis. Imminuuntur vero eae, ſi nimiae ſint, adſtringentibus et ſic dictis reſtaurantibus. Locales morbi topica quoque remedia exigunt. p. 265.

Altera ſeu practica huius libri pars ſpecies et varietates morborum continet, vna cum therapia earum. Quo vero Lectores noſtri de ſyſtemate Cl. MACBRIDE eo melius iudicare valeant, claſſes, ordines, genera, ſpecies et varietates, ab illo conſtitutas, eo, quo vſus eſt, ſyſtematico ordine proponamus, et deinde obſeruationes quasdam addamus, ſpeciminis loco ex deſcriptionibus morborum Vol. II. p. 301.

borum et methodo ii- medendi, his deſcriptionibus annexa, depromtas.

Quatuor in vniuerſum morborum claſſes Cl. Auctor facit, quarum prima *morbos vniuerſales*, qui in toto corpore conſiſtunt; ſecunda *morbos partiales* ſiue *locales*, qui in partibus oriuntur; tertia *morbos ſexuum* et quarta *morbos infantum* complectitur.

p. 303. Classis I. MORBI VNIVERSALES.

Ordo I. *Febres.*

Genus I. *Febres continuae.*

Species 1. *Febres continuae ſimplices.* Huc vt varietates Cl. Auctor refert. α) *febrem plethoricam*, β) *a frigore*, γ) *a calore*, δ) *a dolore*, ε) *catarrhalem* quae *Influenza* ſolet dici.

Species 2. *Febres inflammatoriae.* Varietates ſunt, α) *inflammatoria cephalalgica*, β. *inflammatoria ſoporoſa*, γ) *inflammatoria pleuritica*, δ) *inflammatoria rheumatica*, ε) *inflammatoria dyſenterica.*

Species 3. *Febris neruoſa*, α) *communis* ſeu *febricula* MANNINGHAMI, β) *hydrocephalica* WHYTTII.

Species 4. *Febres putridae*, α) *carceraria*, β) *maligna Hungarica*, γ) *maligna Aegyptiorum*, δ) *icterodes Carolinenſis* *) ε) *icterodes Canadenſis* **)

Species 5. *Febres mixtae*, α) *depuratoria* SYDENHAMI, β) *ſudatoria* EIVSD. γ) *comatoſa* EIVSD. δ) *varioloſa ſine variolis* EIVSD. ε) *hiemalis*, ζ) *verminoſa.*

Genus

*) Hanc Cl. LINING Edinb. Eſſ. Vol. II. p. 97. deſcripſit.
**) vid. LIND *two papers on fevers* et MONRO *on the diſeaſes in the hoſpitals*, p. 162.

Genus II. *Febres intermittentes.*

Species 1. *Febres quotidianae*, α) *ſimplex*, β) *duplex*, γ) *hyſterica*, δ) *cephalalgica.*

Species 2. *Febres tertianae*, α) *legitima*, β) *ſpuria* ſeu *continua* ſiue *extenſa* SYDENH. γ) *pleuritica* SAUVAGES, δ) *aſthmatica*, ε) *carotica* ſiue *comatoſa*, ζ) *cardialgica*, η) *duplex*, vbi ſingulis diebus paroxyſmi, impares tamen, altero die vehementiores altero leniores, aegrum afficiunt, ϑ) *duplicata*, vbi alternis diebus binae acceſſiones in vno eodemque die concurrunt, ι) *vrticata*, κ) *cholerica* i. e. cum cholera in paroxyſmo, λ) *epileptica*, μ) *hemiplegica*, ν) *rheumatica* ſiue *arthritica.*

Species 3. *Febres quartanae*, α) *legitima*, β) *ſplenica* cum obſtructione ſplenis, γ) *hepatica*, δ) *metaſtatica* ſiue ex metaſtaſi.

Species 4. *Febres anomalae* et quae longiore circuitu redeunt, α. β) *febres quintanae*, *ſextanae* cet.

Genus III. *Febres remittentes.*

Species 1. *Remittentes inflammatoriae*, α) *catarrhalis*, β) *peripneumonica* SAUVAG. γ) *ardens* ſiue *cauſus*, δ) *bilioſa.*

Species 2. *Remittentes putridae*, α) *flaua* ſeu *bilioſa americana*, β) *anginoſa maligna*, γ) *paludoſa.*

Species 3. *Remittentes ſingularibus ſymptomatibus ſtipatae*, v. c. *epiala*, *phricodes*, *leipyria*, *aſodes*, *elodes*, *ſyncopalis* ſiue *cardiaca*, *carotica.*

Genus IV. *Febres exanthematicae.*

Species 1. *Variolae*, α) *ſimplices diſcretae*, β) *ſimplices confluentes*, γ) *ſimplices cry-*

ſtalli-

ſtallinae. His adduntur *variolae volaticae* ſiue *ſpuriae* aut *varicellae*, δ) *complicatae*, 1. *cum febre inflammatoria*, 2. *complicatae cryſtallinae*, 3. *complicatae nigrae, ſanguineae*, *haematodes*, 4) *complicatae dyſentericae.*

Species 2. *Morbilli*, α) *regulares*, β) *anomali*, γ) *varioloſi*, in quibus maculae, vt puſtulae variolarum eminent *)

Species 3. *Scarlatina*, α) *benigna*, β) *vrticata* ſeu *febris eſſeroſa*, γ) *maligna.*

Species 4. *Febris eryſipelatoſa*, α) *benigna*, β) *maligna.*

Species 5. *Miliaris*, α) *ſimplex*, β) *catarrhalis*, γ) *inflammatoria*, δ) *ſeroſa*, ε) *putrida* ſeu *petechialis.*

Species 6. *Febris aphthoſa.*

Species 7. *Febris veſicatoria. Pemphigus* Cl. SAUVAGES ſeu *febris bulloſa* VOGEL **)

Species 8. *Peſtis.*

Genus V. *Febres Hecticae.*

Species 1. *Phthiſis*, α) *ſicca*, β) *mucoſa* ſiue *catarrhalis*, γ) *haemoptica*, δ) *ſcrophuloſa*, ε) *ſcorbutica*, ζ) *aſthmatica*, η) *ſyphilitica*, ϑ) *arthritica*, ι) *hypochondriaca*, κ) *chlorotica.*

Species 2. *Tabes*, α) *hepatica*, β) *meſenterica*, γ) *dorſalis*, δ) *ulceroſa*, ſeu *ab apoſtemate*, ε) *verminoſa*, ζ) *ſcrophuloſa*, η) *ſcorbutica*, ϑ) *aſthmatica*, ι) *ſyphilitica*, κ) *arthritica*, λ) *hypochondriaca*. μ) *chlorotica.*

Ordo

*) *Rubeola variolodes* SAUVAGES.

**) vid. THIERRY *Med. experim.* et LANGHANS in *Act. Heluet.* Vol. II. p. 260. comment. Vol. VI. p. 686.

Ordo II. *Inflammationes.* p. 409.

Genus I. *Inflammationes externae.*

Species 1. *Phlegmone.*

Species 2. *Eryſipelas.*

Species 3. *Furunculus.*

Species 4. *Anthrax* ſ. *carbunculus.*

Species 5. *Ophthalmia.* 1. *inflammatoria* 2. *pituitoſa.*

Species 6. *Angina*, *α*) *tonſillaris*, *β*) *trachealis*, *γ*) *ſuffocatio ſtridula* (*croup* *), *δ*) *Angina maxillaris* (*mumps* Anglorum) cum oedemate genae.

Species 7. *Parotis*, ſ. inflammatio parotidis.

Species 8. *Inflammatio glandularum inguinalium* ſ. *bubo.*

Species 9. *Inflammatio teſticuli.* Huc etiam pertinet *febris teſticularis* MORTON p. 28. in tabula.

Genus II. *Inflammationes internae.*

Species 1. *Phrenitis.*

Species 2. *Otitis.*

Species 3. *Carditis.*

Species 4. *Pleuritis*, *α*) *ſimplex*, *β*) *cum alia febre complicata.*

Species 5. *Peripneumonia*, *α*) *ſimplex*, *β*) *complicata.*

Species 6. *Paraphrenitis.*

Species 7. *Hepatitis.*

Species 8. *Splenitis.*

Species 9. *Epiploitis.*

Species

*) vid. HOME *Inquiry into the nature, cauſe and cure of the croup.* Edinb. 1765. comm. noſtr. Vol. XV. p. 334.

Species 10. *Gaſtritis*, *α*) ab exanthemate retropreſſo ſ. *exanthematica*, *β*) *a veneno*, *γ*) *a vulnere*, ſ. *traumatica*.

Species 11. *Enteritis*, *α*) *dyſenterica*, *β*) *hernioſa*, *γ*) *a veneno*.

Species 12. *Meſenteritis*.

Species 13. *Nephritis*.

Species 14. *Cyſtitis*.

p. 457. Ordo III. *Fluxus*.

Genus I. *Aluifluxus*.

Species 1. *Cholera*, *α*) *ſpontanea*, *β*) *verminoſa*, *γ*) *arthritica*.

Species 2. *Dyſenteria*, *α*) *putrida*, *β*) *inflammatoria*.

Species 3. *Diarrhoea*, *α*) *ſpontanea*, *β*) *bilioſa*, *γ*) *ſeroſa*.

Species 4. *Lienteria*.

Species 5. *Paſſio coeliaca*.

Species 6. *Hepatirrhoea* ſ. *fluxus hepaticus*.

Species 7. *Melaena* ſ. *morbus niger*.

Genus 2. *Haemorrhagiae*.

Species 1. *Epiſtaxis* ſ. haemorrhagia narium; *α*) *critica*, *β*) *actiua* i. e. a nimio motu et impetu humorum; *γ*) *paſſiua* i. e. a iuſto minore reſiſtentia partium et diſſolutione humorum.

Species 2. *Haemoptyſis*, *α*) *accidentalis*, *β*) *habitualis*, *γ*) *periodica*, *δ*) *traumatica*.

Species 3. *Haematemeſis*.

Species 4. *Haematuria*.

Species 5. *Haemorrhois*.

Genus 3. *Serifluxus*.

Species 1. Sudor colliquatiuus ſ. *ephidroſis*.

Species

Species 2. *Diabetes*, α) *verus*, β) *hyſtericus*, γ) *arthriticus* extra paroxyſmos, δ) *febricoſus*, qui in ſenum febribus intermittentibus occurrit.

Ordo IV. *Dolores.*

Genus I. *Arthritis.* p. 487.

Species 1. *Regularis* ſ. *podagra regularis ſimplex.*

Species 2. *Irregularis* ſ. *gonagra* vel *chiragra regularis.*

Species 3. *Complicata*, α) *rheumatica*, β) *chlorotica*, γ) *melancholica*, δ) *ſcorbutica*, ε) *ſiphylitica*, ζ) *aſthmatica*, η) *rhachialgica*, i. e. cum *colica neruoſa* (*dry belly-ach*) coniuncta quorſum etiam colica ſaturnina pertinet, ϑ) *exanthematica* i. e, cum exanthemate cutaneo, ι) *rhachitica.*

Genus II. *Rheumatismus.*

Species 1. *Acutus.*

Species 2. *Chronicus.* Vtraque ſpecies pro morborum, cum quibus complicata eſt, diuerſitate, ſequentes varietates habet, α) *dyſentericus*, β) *arthriticus*, γ) *ſcorbuticus*, δ) *ſyphiliticus*, ε) *hyſtericus.*

Species 3. *Lumbago.*

Species 4. *Sciatica.*

Genus III. *Oſteocopus* ſ. dolor Oſſium.

Species 1. *Spina ventoſa.*

Species 2. *Oſteocopus cancroſus.*

Species 3. *Venereus.*

Species 4. *Ab oſteoſarcoſi* ſ. emollitione oſſium.

Species 5. *Scorbuticus.*

Genus IV. *Dolor capitis.*
Species 1. *Cephalalgia.*
Species 2. *Cephalaea.*
Species 3. *Hemicrania.*

Genus V. *Odontalgia.*
Species 1. *Catarrhalis.*
Species 2. *Carioſa* i. e. a dente carioſo.
Species 3. *Scorbutica.*
Species 4. *Arthritica.*
Species 5. *Hyſterica.*

Genus VI. *Otalgia.*
Species 1. *inflammatoria.*
Species 2. *Purulenta*, cum abſceſſu in aure.
Species 3. *Verminoſa*, ab inſectis in aure.
Species 4. *Ab intruſis.*
Species 5. *catarrhalis.*

Genus VII. *Pleurodyne* ſ. dolor lateris.
Species 1. *Plethorica.*
Species 2. *flatulenta.*
Species 3. *A ſpaſmate* ſ. tenſione.
Species 4. *Parapleuritica*, quae poſt inflammationem pleurae remanet.
Species 5. *Verminoſa.*

Genus VIII. *Dolor ventriculi.*
Species 1. *Pyroſis*, ſ. vulgo *cardialgia*, Germanis *Sodbrennen*, *α*) *a ſaburra*, *β*) *bilioſa*, *γ*) *vlceroſa*, ſi exulceratio ſtomachum infeſtat.
Species 2. *Cardialgia* i. e. dolor ventriculi cum ſpaſmis. Germanis *Magenkrampf*, *α*) *ſaburralis*, *β*) *a veneno*, *γ*) *ſputatoria* ſiue *pyroſis Suecica* SAUVAG. *Noſol.* T. II. p. 84. et 91. *δ*) *paralytica* ſeu *bradypepta*, *ε*) *arthritica*, *ζ*) *verminoſa.*

Species

Species 3. *Gaſtrodynia*, *α) ab ingluuie*, *β) flatulenta*, *γ) billioſa*, *δ) a veneno*, *ε) a xiphoide* i. e. a cartilagine xiphoidea introrſum preſſa, *ζ) ab extraneis* i. e. a corporibus durioribus deglutitis.

Genus IX. *Colica.*
Species 1. *Flatulenta.*
Species 2. *Inflammatoria.*
Species 3. *Bilioſa.*
Species 4. *Paſſio iliaca.*
Species 5. *Rhachialgia* ſeu *colica neruoſa.*

Genus X. *Lithiaſis.*
Species 1. *Nephritica.*
Species 2. *Cyſtica.*

Genus XI. *Iſchuria.*
Species 1. *Renalis*, *α) inflammatoria*, *β) ſpaſmodica*, *γ) mucoſa*, *δ) arenoſa* ſeu *calculoſa.*
Species 2. *Veſicalis*, *α) calculoſa*, *β) inflammatoria*, *γ) ſpaſmodica*, *δ) paralytica*, *ε) polyurica* i. e. a nimia vrinae copia, *ζ) purulenta* ab abſceſſu.
Species 3. *vrethralis*, *α) carunculoſa*, *β) calculoſa*, *γ) hydrocelodes*, a diſruptione vrethrae et effuſione vrinae in ſcrotum.

Genus XII. *Proctalgia* ſeu dolor inteſtini recti.
Species 1. *Inflammatoria.*
Species 2. *Fiſtuloſa* ſeu purulenta.
Species 3. *Haemorrhoidalis.*
Species 4. *Cancroſa.*
Species 5. *Intertriginoſa.*

Ordo V. *Morbi ſpaſmodici.*
Genus I. *Tetanus* cum dolore.

Species 1. *Emproſthotonus* ſ. *epiſthotonus.*
Species 2. *Opiſthotonus.*

Genus II. *Catochus* ſeu *catalepſis*, ſine dolore eſt; omnes muſculi rigidi ſunt.

Genus III. *Maxillae contractio ſpaſmodica* (*locked jaw*). VOGELIVS hunc morbum *capiſtrum*, SAUVAGES vero *triſmum tonicum* vocat.
Species 1. *Spontanea* ſeu *primaria.*
Species 2. *Secundaria* ſeu *ſymptomatica.*

Genus IV. *Hydrophobia.*
Species 1. *Spontanea.*
Species 2. *Secundaria.*

Genus V. *Conuulſiones.*
Species 1. *Ab inanitione.*
Species 2. *Traumatica.*
Species 3. *A vermibus.*
Species 4. *Plethorica.*

Genus VI. *Epilepſia*, cuius paroxyſmi periodici ſunt.

Genus VII. *Eclampſia*, ſeu conuulſiones epilepticae, quae non periodicae ſunt.

Genus VIII. *Hieranoſos* ſ. *morbus ſacer*, cuius ſpecies *chorea Sancti Viti* eſt.

Ordo VI. *Debilitates.*
Genus I. *Coma.*
Species 1. *Apoplexia*, *α*) *ſanguinea*, *β*) *ſeroſa*, *γ*) *traumatica*, *δ*) *temulenta.*
Species 2. *Carus.*
Species 3. *Lethargus*, qui debilior cari gradus eſt.

Species

Species 4. *Catalepſis.* Cum in *catocho* omnes muſculi rigidi ſint, in catalepſi ii eam flexilitatem habent, vt in eo ſitu maneant, in quem adſtantes illos collocant.

Genus II. *Paralyſis.*
Species 1. *Hemiplegia.*
Species 2. *Paraplegia.*

Genus III. *Lipothymia*, *Syncope*, *Aſphyxia*, quae gradu tantum differunt.

Ordo VII. *Morbi aſthmatici.* p. 573.
Genus I. *Dyſpnoea.*
Species 1. *Pituitoſa.*
Species 2. *A tuberculis.*
Species 3. *Calculoſa.*
Species 4. *Phyſconialis*, a tumore abdominis.
Species 5. *Scorbutica.*

Genus II. *Orthopnoea*, ſeu maior gradus dyſpnoeae.
Species 1. *Idiopathica*, *α*) *catarrhus ſuffocatiuus*, *β*) *peripneumonia ſpuria.*
Species 2. *Symptomatica*, *α*) *hyſterica*, *β*) *ſtomachica.*

Genus III. *Aſthma*, quod periodicos inſultus efficit.
Species 1. *Humidum.*
Species 2. *Siccum.*

Genus IV. *Hydrothorax.*

Genns V. *Empyema.*

Ordo VIII. *Morbi mentis.* p. 587.
Genus I. *Mania.*

Genus II. *Melancholia.*

p. 593. Ordo IX. *Cachexiae.*

Genus I. *Polyſarcia.*

Genus II. *Hydrops.*
Species 1. *Anaſarca.*
Species 2. *Hydrocephalus.*
Species 3. *Hydrothorax* ſeu hydrops pectoris.
Species 4. *Aſcites.*

Genus III. *Icterus.*
Species 1. *Spaſmodicus.*
Species 2. *A preſſura* i. e. a compreſſione ductus choledochi communis.
Species 3. *Calculoſus*, a calculis biliariis.

Genus IV. *Emphyſema.*
Species 1. *Primarium* ſeu a cauſſa interna.
Species 2. *Secundarium* ſeu a laeſione pectoris.

Genus V. *Tympanites.*

Genus VI. *Phyſconia* ſeu tumor durus abdominis ab intumeſcentia partis in abdomine contentae.

Genus VII. *Atrophia* ſine febre.

Genus VIII. *Oſteoſarcoſis* ſeu emollitio oſſium.

Genus IX. *Sarcoſtoſis* i. e. oſſeſcentia partium mollium.

Genus X. *Gangraena.*
Species 1. Humida ſ. *Sphacelus.*
Species 2. Sicca ſ. *necroſis.*

Genus XI. *Scorbutus.*

Genus XII. *Scrophula.*

Genus

Genus XIII. *Cancer.*

Genus XIV. *Lues venerea.*

Quanquam vero Cl. Auctor in practica operis ſui parte ſpecies ſecundae, tertiae et quartae claſſis morborum non enarrauit, ſed eas ad tertium volumen, quod nondum prodiit, reſeruauit; tamen ex priore volumine, ordines et genera harum trium claſſium addamus, quo vniuerſum Cl. MACBRIDE ſyſtema Lectorum oculis ſubiiciatur, iique de praeſtantia et perfectione eiusdem iudicium ferre queant.

SECVNDA CLASSIS. MORBI LOCALES. Vol. I. p. 189.

Ordo I. *Morbi ſenſuum internorum.*

Genus I. *Amneſia.*

Genus II. *Hypochondriaſis*, ad quam etiam *hyſteria* ſeu malum hyſtericum refertur.

Genus III. *Amentia.*

Ordo II. *Morbi ſenſuum externorum.*

Genus I. *Coecitas.*

Genus II. *Viſus deprauatus.* Huc pertinent vt ſpecies: *myopia*: *presbyopia*, *cataracta*, *photophobia* et *vertigo.*

Genus III. *Surditas*, quae vel ab externis vel ab internis cauſſis oritur.

Genus IV. *Auditus deprauatus.*

Genus V. *Anoſmia* ſ. odoratus iactura.

Genus VI. *Odoratus deprauatus.*

Genus VII. *Ageuſtia* ſ. guſtus iactura.

Genus VIII. *Guſtus deprauatus*, ſi ille non a febre pendet.

Genus IX. *Anaeſtheſia* ſeu ſtupor, qui non a ſtupore vniuerſali oritur.

Ordo III. *Morbi appetituum.*

Genus I. *Anorexia.*

Genus II. *Cynorexia* ſ. *fames canina.*

Genus III. *Pica.*

Genus IV. *Polydipſia.*

Genus V. *Satyriaſis.*

Genus VI. *Nymphomania.*

Genus VII. *Anaphrodiſia.*

Ordo IV. *Morbi ſecretionum et excretionum.* Hae ſecretiones ſi praeternaturaliter augentur *apocenoſes*, ſi ſuppreſſae ſunt *epiſcheſes* vocantur.

Genus I. *Epiphora.*

Genus II. *Coryza.*

Genus III. *Ptyaliſmus.*

Genus IV. *Anacatharſis* ex bronchiis et pulmone.

Genus V. *Otorrhoea.*

Genus VI. *Diarrhoea.*

Genus VII. *Enureſis* ſeu incontinentia vrinae.

Genus VIII. *Pyuria.*

Genus IX. *Dyſuria.*

Genus X. *Conſtipatio alui.*

Genus XI. *Teneſmus.*

Genus XII. *Dyſodia* ſ. ſudor foetidus.

Genus XIII. *Flatus.*

Genus XIV. *Aedopſophia* i. e. flatus ex vrethra et vagina.

Ordo V. *Morbi diuerſarum actionum.*

Genus I. *Aphonia* ſeu vocis plenaria iactura.

Genus II. *Mutitas*, ſi aeger non ſonos diſtinctos edere poteſt.

Genus III. *Paraphonia* ſeu loquelae vitium.

Genus IV. *Dyſphagia* ſeu manducatio et deglutitio impedita.

Genus

Genus V. *Collum obſtipum* (*wry neck*) a ſpaſmodica muſculi maſtoidei contractione.

Genus VI. *Angone*, in qua aeger in periculo ſuffocationis ſine inflammatione in collo cet. eſt.

Genus VII. *Sternutatio.*

Genus VIII. *Singultus.*

Genus IX. *Tuſſis.*

Genus X. *Vomitus.*

Genus XI. *Palpitatio cordis.*

Genus XII. *Chorea ſancti Viti.*

Genus XIII *Triſmus*, ſeu ſpaſmodica contractio aut conuulſio muſculorum maxillae ſuperioris et inferioris, quae ſtridorem dentium producit.

Genus XIV. *Nyſtagmus* ſiue conuulſiuus palpebrarum motus.

Genus XV. *Crampus*, in muſculis cruris cum dolore.

Genus XVI. *Scelotyrbe*, ſeu fixa muſculorum in extremitatibus contractio, quae magis ſcorbuti ſymptoma eſt.

Genus XVII. *Spaſmodicae contractiones diuerſorum membrorum.*

Genus XVIII. *Paralyſis* membri cuiusdam.

Genus XIX. *Ancyloſis.*

Genus XX. *Gibboſitas.*

Genus XXI. *Lordoſis*, in qua extremitatum oſſa incuruantur.

Genus XXII. *Hydarthrus* (*white-ſwelling* Anglorum) ſeu *hydrops articuli.*

Ordo VI. *Morbi ſuperficiarii* ſeu *chirurgici*

Genus I. *Tumores*, ſub integumentis ſiti ſunt et cutis color non mutatur.

Genus

Genus II. *Excreſcentiae*, ſuper corporis ſuperficiem eminent et color cutis alienatus eſt.

Genus III. *Aneuryſma.*

Genus IV. *Varix..*

Genus V. *Pe?ulae* ſunt puſtulae durae, quae non facile pus contrahunt, et vel inflammantur ac pruritum excitant, vel ſine dolore ſunt, atque ad frigidos tumores pertinent.

Genus VI. *Phlyctaenae* ſero limpido vel colorato replentur.

Genus VII. *Puſtulae*, pure replentur et ad baſin inflammatae ſunt.

Genus VIII. *Scabies*, quae vel *ſicca* vel *humida* eſt.

Genus IX. *Impetigo.*

Genus X. *Lepra.*

Genus XI. *Elephantiaſis* ſeu Lepra vera.

Genus XII. *Frambeſia*, ſeu idem morbus qui in India occidentali *Yaws* vocatur.

Genus XIII. *Herpes.*

Genus XIV. *Maculae.*

Genus XV *Alopecia.*

Genus XVI. *Trichonea* ſeu *plica Polonica.*

Genus XVII. *Tinea.*

Genus XVIII *Phthiriaſis.*

Ordo VII. *Morbi a ſitu partium deprauato.*

Genus I, *Herniae.*

Genus II. *Prolapſus*, in hoc partes nudae nec integumentis tectae apparent.

Genus III. *Luxatio.*

Ordo VIII. *Morbi ex laeſione continui.*

Genus I. *Vulnera.*

Genus II. *Vlcera.*

Genus

Genus III. *Fiſſurae* ſ. *rhagades.*
Genus IV. *Fiſtulae.*
Genus V. *Ambuſtio.*
Genus VI. *Excoriatio.*
Genus VII. *Fractura oſſis.*
Genus VIII. *Caries.*

CLASSIS III. MORBI SEXVVM.

A. *Morbi ſexus virilis.* Vol. I.
Ordo I. *Vniuerſales:* v. c. *febris teſticularis*, *tabes dorſalis* cet. p. 198.

Ordo II. *Particulares.*
Genus I. *Dyſpermatiſmus.*
Genus II. *Gonorrhoea ſimplex.*
Genus III. *Gonorrhoea virulenta.*
Genus IV. *Priapiſmus* huius ſpecies eſt *gonorrhoea cum chorda.*
Genus V. *Phimoſis.*
Genus VI. *Paraphimoſis.*
Genus VII. *Oedema praeputii cryſtallinum.*
Genus VIII. *Hernia humoralis* ſ. inflammatio teſticuli.
Genus IX. *Hydrocele.*
Genus X. *Sarcocele.*
Genus XI. *Cirſocele* ſeu *varicocele.*

B. *Morbi feminarum.*
Ordo I. *Vniuerſales.*
Genus I. *Amenorrhoea.*
Genus II. *Chloroſis.*
Genus III. *Menorrhagia.*
Genus IV. *Leucorrhoea* ſ. *fluor albus.*
Genus V. *Hyſteralgia* ſ. dolor vteri cum tenſione vteri moleſta ad inferiora.
Genus VI. *Grauiditas.*

Genus VII. *Abortus.*
Genus VIII. *Dyſtocia* ſiue *partus difficilis.*
Genus IX. *Febres puerperales.*
Genus X. *Maſtodynia*, ſeu dolor mammarum.

Ordo II. *Particulares.*
Genus I. *Hydrops ouarii.*
Genus II. *Scirrhus ouarii.*
Genus III. *Hydrometra* i. e. hydrops vteri, qui cum grauiditate et ſine ea eſſe poteſt.
Genus IV. *Phyſometra*, ſeu tumor a flatibus in vtero incluſis.
Genus V. *Prolapſus vteri.*
Genus VI. *Prolapſus vaginae.*
Genus VII. *Polypus vteri et vaginae.*

Vol. I p. 201. CLASSIS IV. MORBI INFANTVM.

Ordo I. *Vniuerſalis.*
Genus I. *Colica meconialis.*
Genus II. *Colica lactantium.*
Genus III. *Diarrhoea infantum.*
Genus IV. *Aphthae.*
Genus V. *Eclampſia* infantum i. e. conuulſiones non periodicae v. c. a dentitione, vermibus.
Genus VI. *Atrophia* infantum.
Genus VII. *Rhachitis.*

Ordo II. *Particulares.*
Genus I. *Imperforatio* vrethrae, vaginae, inteſtini recti.
Genus II. *Anchyloglosſum* ſ. frenulum nimis longum.
Genus III. *Icterus* ſeu *aurigo infantum* (Anglis *yellow gum.*)

Genus IV. *Purpura ſcorbutica infantum* (Anglis *redgum.*)

Genus V. *Cruſta lactea.*

Atque haec ſunt morborum claſſes, ordines, genera et ſpecies, quae Cl MACBRIDE hoc opere indicauit. Iam vero aliquas annotationes, quae ex practica huius libri parte excerpſimus, et relationem de appendice, eidem annexa addamus.

In febribus inflammatoriis antimonialia in doſi refracta, nec non ad diaphoreſin promouendam fomenta cruribus circumpoſita, multum Cl. Auctor extollit Contra veſicatoria, ſi fibrae adhuc tenſae, calor magnus, cutis ſicca et pulſus durus, fortis et celer ſit nunquam adhibeantur. Nonnunquam in his morbis, re penitus conclamata viſa, balnea tepida egregios effectus praeſtant Cum difficulter adhiberi poſſint, eorum loco vapores tantum admittere ſuadet. Calidiora in febribus putridis a Cl. PRINGLE adeo commendata, cum ſumma cautione dari debent. Mortem in paroxyſmo intermittentium ſub horrore fieri Cl. Auctor docet, monet tamen etiam, Cl. LIND (*on the diſeaſes in hot climates* *) contrarium de caloris febrilis tempore aſſerere. p. 303. p. 317. p. 329. p. 343.

In phthiſi ſicca lenia reſoluentia et diluentia, nec non fonticuli et ſetacea ac paruae venaeſectiones adhibeantur. In mucoſa contra cortex Peruvianus cum gummatibus balſamicis et roborantibus, nec non elixir vitrioli, martialia cet. vtilia ſunt. Aduerſus taeniam in Guiana lana ſeu aſpera materia fructus *Stizolobii pedunculis bipartitis axillaribus.* BROWN *nat. hiſt. of Jamaica* p. 290. cum melle in electuarii tenuis formam redigitur, eiusque duo parua cochlearia per tres dies mane ſumuntur, p. 397. p. 402.

*) Comm. dec. II. ſuppl. III. p. 403.

muntur, ac deinde quarto die purgans rhabarbari-
p. 410. num adhibetur *). In inflammationibus, quae ex
nimio humorum motu oriuntur, euacuationes ſan-
guineae locales v. c. cucurbitulae et hirudines ac
vſus purgantium maiorem vſum, quam venaeſe-
ctio adferunt. Si vero laxitas et debilitas vaſo-
rum magis inflammationis cauſſa ſit, roborantia
adhibeantur et reprimentia. Gangraena non ſem-
per inflammationis praegreſſae effectus eſt, ſed
ſponte ex praua diſpoſitione humorum oriri poteſt.
p. 417. In tumoribus, qui indolentes ſunt, nec a malo
corporis habitu pendent, vapores calidi egregiam
vtilitatem adferunt eosque ſaepe reſoluunt. Cl. SAU-
VAGES, qui inflammationem ipſius cerebri *cephali-
tidem*, membranarum vero cerebri *phrenitidem* vo-
cans, has vt diſtinctos morbos conſiderat, a No-
p. 438. ſtro refutatur. In peripneumonia radicis *Sene-
gae* decoctum multum commendat. Delirium
non ſemper in paraphrenitide adeſt. Abſceſſus
in hepate poſt laeſionem capitis, cum Cl. CHE-
STON **), a ſecretione bilis per laeſionem ſyſte-
p. 457. matis neruorum turbata deriuat. In fluxibus ſeu
excretionibus, praeter naturam multum auctis, in-
primis ad cauſſam quandam irritantem reſpicien-
dum, eaque vel e corpore educenda, vel emen-
danda eſt, vel anodynis nerui eo diſponantur, vt
irritatione hac non adficiantur. Si vero ſpaſ-
modicae conſtrictiones ſimul adſunt, quod ex ſicci-
tate cutis, ſiti, anxietate praecordiorum, nauſea
et parua vrinae copia apparet, tunc tartarus eme-
ticus in doſi refracta, quo nauſeam tantum, non
vomitum efficiat, optimum effectum praeſtat, hu-
mores ad cutem determinat et aequalem humo-
rum

*) Remedium hoc iam Cl. BANCROFTS in itinera-
rio Guianenſi publicauit.

**) *Patholog. Inquir.* p. 32. comm. Vol. XV. p. 38.

rum circulum reſtituit. Atque hoc etiam cauſſa vtilitatis eſt, quam vitrum antimonii ceratum et ipecacuanha in dyſenteria et aliis alui fluxuum ſpeciebus praeſtarunt. In cholera, ſi ventriculo p. 462. iam purgato et cruditate diſcuſſa, tamen vomitus aegrum vexat, radicem *Columba* ad ſcrupulum ſemis Cl. MACBRIDE commendat. Vi- p. 468. trum antimonii ceratum raro nunc adhibetur, quoniam effectus eius nimis incerti ſint, nec apte determinari poſſint. Paruae doſes ipecacuanhae cum tartaro emetico vel ſine eo eundem vſum habebunt.

In diarrhoea pertinaci decoctum ligni Campe- p. 471. chenſis cum aqua calcis paratum, addito pauxillo cinnamomi laudatur. In haemoptyſi habituali, ſi p. 478. ſanguis iam reſolutus et pulmones debilitati ſint, omiſſa venaeſectione, paruae doſes ipecacuanhae ſiue tartari emetici vtiles erunt. Puluis ducis Portlan p. 495. diae *) apud plures aegros tantum ad aliquod tempus effectum materiae arthriticae ſopit, quae tandem aucto furore ſaeuit. Semper quoque vires digeſtiuas ſucceſſu temporis laedit. In rheumatiſmis nitrum in magna doſi et hauſtus ſalini adhibeantur, quorum tamen vires multum augentur, ſi tartari emetici paullulum additur.

In rheumatiſmo dyſenterico, vbi, doloribus in p. 503. extremitatibus ceſſantibus, ſtatim colici dolores et diarrhoea oriebantur, paruae doſes ipecacuanhae cum opio, quibus rhabarbarum in doſi refracta ſaepius interponebatur, vtiliſſimae erant. Aduerſus p. 525. colicam neruoſam Indiae occidentalis (*dry belly-ach*) remedium, quod olim pro arcano habebatur, et ſemper fere morbum curat Cl. CHALMERS Medicus

*) vid. *Lond. Med. Inquir.* Vol. I. p. 126. comm. Vol. VIII. p. 308.

dicus Charleſtownenſis in Carolina auſtrali publicauit *). Praemiſſis clyſmatibus purgantibus, quibus, ſi dolores vehementiſſimi ſunt, alia cum opio ſubſtituuntur, aegro ſolutio vitrioli coerulei ſeu veneris in aqua ſimplici datur. Vncia quaeuis aquae granum vnum vitrioli continet, et aeger duo vel tria cochlearia, aut ſi vomitus non ſtatim ſequatur, plura ſumit, vſque dum vomit. Hoc dum per nouem dies fit, magna bilis copia eiicitur et aeger, qui tenui interim victu ſuſtentatur, vt plurimum ſanus fit. Vitriolum coeruleum in magna doſi ad ſcrupulum vnum et vltra, in puluere dari
p. 527. poſſe, Cl. CHALMERS obſeruatione probat. In paralyſi, poſt hanc vel ſaturninam colicam relicta, petroleum Barbadenſe et balſamus Peruuianus in-
p. 548. terne et externe adhibeantur. Vitriolum quoque cupri in tetano vtile fore Cl. MACBRIDE eſt con-
p. 549. iectura. Catochum in infante ſeptem dierum vidit. Durabat ille morbus tres vel quatuor ſeptimanas et pueri vita ſolis clyſmatibus nutrientibus ſuſtentabatur. Interim tamen ille ſponte, multis aliis adhibitis remediis a morbo tam diro conualuit. In epilepſia valerianam et corticem Peruuianum
p. 559. Cl. Auctor commendat. Aegrum decem et ſeptem annorum morbo ſacro per duodecim iam annos affectum idem vidit, in quo truncus et extremitates corporis, per conuulſiones perpetuo durantes, mirum in modum diſtorta erant. Nullos tamen dolores aeger experiebatur et praeterea ſa-
p. 568. tis bene valebat. Electricitatem in paralyſi ſine omni metu adhiberi poſſe Cl. Auctor putat. Vtiliorem tamen eam in partiali paralyſi fore coniicit.

p. 580. Vires aſae foetidae in aſthmate ſpaſmodico ſuis obſeruationibus confirmat. Nonnullis infuſum

*) *American. Magazin.* 1769. Menſ. Iul.

ſum Coffee ſub paroxyſmo hauſtum, ſtatim opem tulit. Veſtimenti genus deſcribit, quo maniaci ſine catenarum ope, egregie in lecto contineri poſſint. Angli illud *the ſtrait waiſt-coat* vocant. Opii vſum frequentius in maniacis, ac vulgo fit, experiundum eſſe Cl. Auctor iudicat. Caſum feminae quadraginta et ſeptem annorum deſcribit, in qua poſt ſaeuos dolores arthriticis ſimiles, oſſa omnia et ipſa maxilla inferior, ſolis cranii oſſibus exceptis emolliebantur. In ſcrophuloſis aqua marina tantum in initio, antequam tumores exulcerantur et tabis ſigna ſe oſtendunt; cortex contra Peruuianus, ſi iam febris hectica et vlcera adſint, ac cicuta tandem, ſi haec vlcera ſcirrhoſa et carcinomatica fiant, adhibeantur. Arcanum quoque hic communicatur remedium contra cancrum, quod cauſticum vehementiſſimum eſt, atque ex foliorum ranunculi flammei manipulis duobus, foliorum cotulae foetidae manipulo vno, arſenici drachmis duabus, florum ſulphuris drachma vna conſtat. Puluis ex his paratus cum albumine oui in paſtam redigitur, qua carcinomatis pars, quae exſtirpanda eſt, tegitur ac tenuis veſica albumine etiam illinita ſuperponitur. Hoc per viginti quatuor horas applicato, cruſta digeſtiuis, more conſueto tegitur. Signa quoque, quibus vlcera venerea et ſcorbutica, quae in ore oriuntur, a ſe inuicem diſtingui poſſint, fuſius deſcribuntur.

p. 591. p. 592. p. 611. p. 624. p. 626. p. 629.

In appendice vſus infuſi ex malto parati contra ſcorbutum, quod Auctor Cl. iam in libro *Experimental Eſſais* *) commendauit, pluribus aliis obſeruationibus confirmatur. Sunt eae partim a Cl. BADENACH factae, quas Auctor in paruo tractatu p. 639.

*) vid. comment. noſtr. Vol. XX. p. 133.

traƈtatu a. 1768. impreſſo *) iam antea publicauit, partim ex diariis chirurgorum qui, in nauibus, *delphino*, *hirudine* et nuper cum Cl. COOKE orbem circumnauigarunt, excerptae ſunt. Omnes vero oſtendunt, hoc remedium praeſtantiſſimum eſſe antiſcorbuticum et vſum eius in nauibus, longis itineribus deſtinatis, omni modo commendari debere.

IX.

Voyage en Californie pour l'obſervation du paſſage de Vénus ſur le diſque du ſoleil, le 3. Juin 1769; contenant les obſeruations de ce phénomene, et la deſcription hiſtorique de la route de l'Auteur à travers la Mexique. Par feu M. CHAPPE D'AUTEROCHE, de l'Academie royale des Sciences. Rédigé et publié par M. DE CASSINI fils, de la même Academie, Directeur en ſurvivance de l'obſervatoire Royal de Paris etc. à Paris. Chez Charles Antoine Jombert. MDCCLXXII. 4. pagg. 170. tabb. aen. 4.

i. e.

Iter in Californiam, vt tranſitus veneris per diſcum ſolis obſeruetur, inſtitutum a beat. CHAPPE D'AUTEROCHE, in ordinem redaƈtum editumque a Cl. DE CASSINI, filio.

Etſi liber hic maxima ex parte aſtronomicis obſeruationibus plenus eſt: cum tamen in ipſa itineris

*) *An Hiſtorical Account of a new Method of treating the Scurvy at ſea.*

itineris relatione, atque in litteris, a Cl. JOSEPHO ANTONIO DE ALZATE Y RAMIREZ ad academiam miſſis, quaedam ex phyſica et hiſtoria naturali referantur, non alienum ab inſtituto noſtro breue excerptum iudicauimus. Optandum eſſet, vt, quae referuntur, magis definirentur: quod vero morti Auctoris tribuendum eſt.

Vera cruce fruitus eſt Cl. CHAPPE piſce, quem *Pampano* dicunt incolae. Hunc tantum a februario ad aprilem capi, eſſe pedem et dimidium longum, ſex digitos latum, alepidotum, coloris griſei, ventre flaueſcente, ore edentulo, carne grata praeditum. Illic in fluuiis reperiri duo piſces, alium *Sargo* dictum, eundem cum *Pleuronecte Hippogloſſo* LINN, alium *Corobo*, quod ſignificet *gibberoſum*, a forma corporis dictum. Animalia quadrupeda cum Europaeis eadem dicit. Inſectum deſcribit, *Nigua* appellatum, nigrum, ſimile pulici et magnitudine, et forma: (*Pulicem penetrantem* LINN. eſſe ex moribus et effectis colligimus.) p. 19.

Regionem eſſe ſterilem refertur. Indi hi ſunt coloris oliuacei, oculis capillisque nigris, magnitudine mediocri, lumbis craſſis et robuſtis, naſo breui fere truncato. Variolae rubeolaeque morbi hic communes ſunt; plurimi iis moriuntur, cum vtantur balneis ſudorem efficientibus. p. 25.

Verſus Mexico regio amoena fit. Via regia vtrinque tractu montium cincta, inter quos valles latiſſimae interiacent. Mons *Oriſaba* altiſſimus hic eſt. Lapides a vulcanis eiecti, hic diſperſi deprehenduntur: omne oppidum *Hapa* ex iis exſtructum eſt. *Mexico* deſcribitur, delineataque traditur. p. 26.
Inde profectum eſt in California ad vicum a *Sancto Ioſepho* dictum, vbi morbo peſtilentiali graſſante indefeſſus CHAPPE mortuus eſt. p. 27.

p. 44. Referuntur obſeruata Auctoris de declinatione et inclinatione acus magneticae inſtituta.

Ex litteris Cl. DE ALZATE notemus: Morbum, quo mortuus ſit CHAPPE (quod tamen negat Editor) fuiſſe vomitum nigrum, dictum ab incolis *Matlaza-hualt*, qui illic vehementer ſaepius ſaeuiat. Homines eo laborantes eſſe pallidos, haemorrhagiis narium et oris ſubditos. Purgantia et venaeſectionem nocere. Plantas deſcribit: ſpeciem Acaciae, *Caſcalotte* dictam, cuius ſiliqua depingitur, hanc optimum nigrum colorem, non rodentem, praebere; florem luteum eſſe, lente creſcere arborem: aliam Acaciae ſpeciem, quam *l'huiſiache* nominat, eidem vſui inſeruientem: fructum foliaque de *Cupreſſi* ſpecie quadam, *Ahuehuete* dicta, arbore monſtroſa: arborem, cuius rami, etſi cortice denudati, tamen vireant, *Sapote blanco* appellatam: ſemina *Saluiae Hiſpanicae* LINN. quae illic a pictoribus, vt colores, trita adhibeantur: *Arachidem hypogaeam* LINN. cuius cultura deſcribitur, eamque comedi, at minus ſanitati conuenire. De pi-
p. 60. ſce viuiparo, (ex ordine Ventralium, ſquamoſo, pinna dorſali et anali ſibi oppoſitis, caudae lunulatae vicinis, vti ex icone videmus,) refert, natare hos piſces ita, vt femina ſuperius, mas inferius, ſemper in lineis paralleis natet, atque mas omnes
p. 61. flexus feminae ſtatim imitetur. Araneam, Tarantulae ſimilem, noctu vagantem, certum pluviae futurae eſſe nuntium. *Pupa folliculoſa* miſſa ad Academiam depingitur. Ex ea Papilionem naſci putat D'ALZATE; verum, cum folliculoſa ſit, recte a Cl. Editore de eo dubitatur. At eſt ſingularis haec pupa, operculo peculiari tecta, altera parte
p. 63. plana, altera conuexa et gibboſa. De *petrefactis* dubiae quaedam relationes. *Souvrae* teſtacea pretioſa petrefacta; in prouinciae *Roucra* fodinis, humana

mana corpora petrefacta, multum argenti continentia, reperta eſſe. Dentem, quinque librarum pondere, atque os femoris fractum, quinque pedum tamen longitudine, cuius caput pedis et dimidii diametrum habeat, illic dari indicat. In puteis neque piſces mortuos inueniri, neque in *Vera cruce* vulcani eruptionem eſſe. Lapides baſalticos variegatos, alium, qui tactus tinnitum edat, et mineram argenti dendroideam obſcure et nimis breuiter deſcribit. Denique refertur, hominem, vſu extremitatum ſuperiorum deſtitutum, cum ſub arbore a fulmine tactus eſſet, poſtea manibus brachiisque libere vti potuiſſe.

p. 64.

p. 67.

X.

An account of the voyages undertaken by the order of his preſent Majeſty for making diſcoveries in the ſouthern hemiſphere and ſucceſſively performed by Commodore BYRON, Capt. WALLIS, Capt. CARTERET and Capt. COOKE in the dolphin, the ſwallow and the endeavour; drawn up from the journals which were kept by the ſeveral commanders and from the papers of JOSEPH BANKS Esqu. by JOHN HAWKESWORTH L. L. D. London, printed for W. Straham and Cadell. 4. mai. 1773. Vol. I. 3. Alph. 22. pl. tab. aen. et mapp. geogr. 21. Vol. II. 2. Alph. 1. pl. tab. aen. et mappae geographic. 22. Vol. III. 2, Alph. 9. pl. tab. et mapp. geogr. 9.

i. e.

Relatio de itineribus, iuſſu Regis Angliae nunc regnantis ad detegendas nouas in hemiſphaerio auſtrali terras ſuſceptis, et ſucceſſiue a Cl. BYRON, CARTERET et COOKE factis in nauibus delphino, hirundine et conatu dictis ex diariis eorum et manuſcriptis Ill. J. BANKS collecta. Auctore J. HAWKESWORTH. Vol. I. II. III.

Splendidum hoc opus *) relationem eorum continet, quae in itineribus ducum nauium, ſuperius commemoratarum, tum obuenerunt, tum in variis terris, quas viſitarunt, obſeruata ſunt. Vberiorem vero deſcriptionem corporum naturalium, quae Cl. BANKS et SOLANDER in itinere cum Cl. COOKE facto collegerunt, iidem hi Cl. Viri in poſterum orbi erudito communicabunt. Cuius quidem deſcriptionis editio eo maiore cum ſollicitudine expectatur ab omnibus, qui hiſtoriae naturalis incrementum curae cordique habent, quo maior eſt vegetabilium animaliumque plane nouorum, numerus, quem ii in terris his, quas nullus vnquam botanicus et zoologus ante eos adiit, obſeruarunt. Vniuerſo operi introductio editoris et explicatio terminorum nauticorum praefixa eſt.

Tom. I. p. 1. Primum volumen relationem de itinere a Cl. BYRON a. 1764. ſequentibus ſuſcepto, quo globum circumnauigauit, continet, quam deſcriptio
p. 363. ſimilis itineris a. 1766. a Cl. WALLIS et CAR-
525. TERET facti excipit. In itinere Cl. BYRON exi-
p. 27. ſtentia gigantum Patagonicorum, quorum plurimi 6 vel ſeptem pedum longitudinem habent, et qui ſimul robuſti ſunt, extra omne dubium ponitur. Circa

*) Verſio eius Germanica hoc ipſo anno Berolini prodiit.

Circa quingentos eorum ille vidit, et per plures horas cum iis commoratus eſt. Eosdem quoque Cl. WALLIS in ſequenti itinere viſitauit. p. 374.

Secundo volumine iter Cl. COOKE, quem Cl. BANKS et SOLANDER comitarunt, deſcribitur, cuius itineris hiſtoriam, cum ex nouellis publicis ſatis iam cognita ſit, omittimus. Plures nouas mollufcorum ſpecies iidem hi Cl. Viri in oceano atlantico obſeruarunt, inter quas *Carcinium opalinum* ſingularesque *Dapyſae* ſpecies ſunt. Species ligni *Mahagony* dicti, quam *Maderenſem* vocant, ex *Lauro indica* LINN. eſt. In conuentu religioſorum, quem in inſula Madera ii viſitarunt, cranium viderunt humanum, in quo maxilla ſuperior et inferior in vno latere perfecte inter ſe cohaerebant. Vita aegri per aliquod tempus conſeruata fuerat ope ciborum, qui per foramen extractione dentium nonnullorum molarium factum, in os immittebantur. T. II. p. 2. p. 5. p. 9.

In ſubſequente itinere ad terras magellanicas vſque, *Holothuria phyſalis* et *Helix ianthina* et *violacea* obſeruabantur, quae in mari libere natat, et ſuccum continet, qui lintea purpureo colore tingit: vt itaque, cum etiam in mari mediterraneo occurrat, purpura forte veterum fuerit. Nouam quoque *Lari* ſpeciem viderunt, quam *Larum crepidatum* vocarunt, cuius excrementa rubra ſunt, cum Helice mox deſcripta veſcatur. Phoſphoream maris lucem non a Meduſis ſolum, ſed et cancris lucentibus excitatam animaduerterunt. Fuci quoque ſpecies indicatur, quae cum folia eius, ad 200 pedes longa ſint, omnino *Fuci gigantei* nomen mereatur. Noua quoque ſunt *Cardamine antiſcorbutica et Apium antarcticum*, quae in terris Magellanicis nautis ſcorbuto affectis egregium vſum praeſtant p. 14. p. 42. p. 61.

p. 80. et copioſius hic deſcribuntur. In inſula maris au-
ſtralis, *Otaiti* vocata, incolarum praecipuus cibus
fructus eſt, cuius pulpa pani ſimilagineo ſimilis
eſt. Arbor, ex qua deſumitur, quercus altitudinem
habet, folia vero eius ficus foliis accedunt.
Veſtimenta horum incolarum ex *Moro papyrifera*
Sinenſi parantur. Non haec inſula ſolum, ſed et
plures aliae, tum auſtralis, tum atlantici oceani inſulae
v. c. Madera et S. Helenae inſula, veſtigia montium
ignivomorum oſtendunt.

T. III. Tertio volumine deſcriptio itineris huius con-
p. 453. tinuatur. In Zeelandia et Hollandia noua Heme-
rocallis ſpeciem viderunt, ex qua linum argentei
coloris optimaeque indolis paratur, et quae, ſi in An-
glia coli poſſet, vti plura ſuadent, egregium vſum
omni Europae praeſtaret *). Plura quoque no-
va lignorum genera, gummata pretioſa cet. colle-
p. 525. gerunt. Noua cancrorum ſpecies, quae coeruleo
529. colore ſplendet, nec non piſcis, qui in ſicco vadit
et ope pinnarum pectoralium ſaltum exercet, at-
p. 560. que noua *Ierboae* ſpecies, quae magnitudinem ca-
nis venatici habet et murinum colorem oſtendit et
in Noua Hollandia habitat, hic deſcribuntur. In
iisdem terris *Philandri* ſpecies, quae ad illam ac-
cedit, quam BVFFON *phalanger* vocat, reperi-
tur, vt itaque hoc animalium genus non ſoli
Americae, vt idem Ill. BVFFON aſſeruit, pro-
p. 617. prium ſit. Formicarum variae quoque ſpecies
verbis delineantur, inter quas vna nidum folia de-
primendo et viſcoſo ſucco vniendo mira arte ſibi
p. 733. parat. Catalogus etiam vegetabilium, quibus in-
colae

*) *Chlamidiae* ſpeciem eſſe et omnia ſemina in Angliam illata ſterilia fuiſſe, ex Cl. ELLIS *aditional obſeruations on the method of preſeruing ſeeds.* Lond. 1773. 4. diſcimus.

colae vrbis Batauiae praecipue veſcuntur, nec non florum nonnullorum egregiorum, qui ibidem coluntur, communicatur. Mulieres Hottentottorum in promontorio bonae ſpei nymphas ita elongatas habere, vt pudenda obtegant, hic confirmatur. p. 792.

XI.

A Journal of a Voyage to the South-ſea, in his Majeſty ſhip, the endeavour, faithfuly tranſcribed from the papers of the late SIDNEY PARKINSON, draughtsmann to JOSEPH BANKS Esqu. on his late expedition with Dr. SOLANDER round the world. Embelliſhd with views and deſigns delineated by the author, and engraved by capital artiſts. London printed for STANFIELD PARKINSON the editor. 1773. 4. mai. 1. Alph. 8. pl. tab. aen. 27.

i. e.

Diarium itineris, in oceanum auſtralem in naue Regis Angliae, conatu dicta, ſuſcepti fideliter excerptum ex manuſcripto beati SIDNEY PARKINSON, delineatoris J. BANKS in vltimo eiusdem circa globum cum Cl. SOLANDRO itinere. Multis figuris ab Auctore delineatis et ab optimis artificibus aeri inſculptis ornatum. Editum opera STANFIELD PARKINSON, fratris auctoris defuncti.

Cl. PARKINSON Auctor diarii, cuius publicatio poſt longas inter Cl. BANKS et defuncti fratrem lites, quae in praefatione fuſius recenſentur,

tur, facta eſt, eo conſilio a Cl. BANKS et SOLANDRO itineris comes electus erat, vt plantas in hoc ipſo itinere reperiundas delinearet. Atque hoc non ſolum pro egregia, qua pollebat, arte praeſtitit, ſed et ſimul in diario multa notatu digna conſignauit, plurimasque figuras delineauit, quae proſpectus varios, incolarum, qui terras nouiter detectas inhabitant, facies, cet. ſiſtunt. Quo maior vero fuit egregii huius iuuenis ſollertia, artis delineandi praeſtantia et morum integritas, eo magis dolendum eſt, eum eo morbo putrido, poſteaquam Batauiam reliquerat, interiiſſe, quo quoque Cl. GREEN periit, qui Aſtronomicas obſeruationes in hoc itinere inſtituerat, inter quas praecipua erat obſeruatio tranſitus Veneris per diſcum ſolis in inſula Otaiti facta. Diarium vero, quod indicamus, pauca quidem continet, quae ad hiſtoriam naturalem ſpectant; interim tamen vel haec ipſa ita comparata ſunt, vt expectatio et ſpes, de proxime edendo Cl. SOLANDRI et BANKS opere concepta, magis augeatur.

p. 37. Catalogus enim inſertus eſt plurimarum nouarum plantarum, quibus incolae inſulae Otaiti nutriuntur, vel quae ab iis ad vſum medicinalem, aut
p. 45. tinctorium adhibentur, inter quae *Sitodium altile*
eſt, quod fructum paniformem (*bread-fruit*) ſupe-
p. 209. rius commemoratum largitur. *Chlamydiae* quoque ſpecies, ex qua linum argentei coloris optimaeque indolis parari poteſt, de qua ſupra diximus, hic deſcribitur.

XII.

XII.

Philoſophical Transactions giving ſome Account of the preſent undertakings, ſtudies and labours of the Ingenious in many conſiderable Parts of the World. Vol. LX. for the Year 1770. London printed for L. Dauis 1771. 3. Alph. 2. pl. 12. tab. aen.

i. e.

Transactiones philoſophicae, quae laborum, ab eruditis in variis orbis terrarum partibus nouiſſime ſuſceptorum, quandam exhibent notitiam. Vol. LX. ad annum 1770.

1) Relatio itineris, ab Ill. HAMILTON *in montem* Aetnam *ſuſcepti, ex litteris* EIVSDEM ad Cl. MATY. Ill. HAMILTON, qui olim legati Regis Angliae ad Regem vtriusque Siciliae munere fungebatur, eo, quo Neapoli commorabatur, tempore, plures obſeruationes circa naturam montis Veſuuii phaenomenaque in eruptione eius obſervanda inſtituiſſe, ex aliis Transactionum philoſophicarum voluminibus, patet *). Iam vero relationem de itinere in montem Aetnam ſuſcepto communicat, quae eo magis accepta erit omnibus rerum naturalium curioſis, quo minor itineratorum numerus eſt, qui maximum hunc montium igniuomorum viſitarunt **). Ea, quae pedi eius proxi- p. 1.

*) v. c. Vol. LVIII. p. 1. comment. noſtr. Vol. XVII. p. 387.

**) Elegantem montis huius deſcriptionem quoque Cl. BRYDONE in itinerario ſuo dedit quod titulum: *a Tour through Sicily and Malta* gerit et Londini a. 1773. duobus voluminibus prodiit: Germanica verſio eiusdem libri a. 1774. hic Lipſiae publicata eſt. Viſitauit vero illum montem poſt Ill. HAMILTON, vti

proxima eſt huius montis regio (*la regione piemonteſe*) agris vineisque abundat, licet olim laua tecta fuerit, quae tamen in ſuperficie ſenſim ſenſimque emollitur et in humum fatiſcit, in quo arbores frugesque optime creſcunt. Magnum tamen temporis ſpatium ad hanc lauae mutationem perficiendam et mille circiter anni vel duo annorum millia requiruntur, cum acerui eiusdem, qui ante 1000 et vltra annos e montis gremio eruperunt, adhuc nullos arbores alant*). Egregie Cl. Auctor gradus diuerſos obſeruauit, per quos laua in humum mutatur. Supra hanc regionem ſaltus ſunt, in quibus maximae arbores reperiuntur, licet eae radicibus ſuis in lauam duriſſimam haud adeo profunde penetrare poſſint. *Fago Caſtanea* inprimis ſyluae illae abundant, et eorum arborum vna ad 204 pedes in circumferentia ſua habet. Summum montem vero occupat *nuda* vel *aperta regio* (netta ſ. ſcoperta) quae cineribus tegitur aeterna niue obductis. Tantam altitudinem mons habet, vt circulus viſionis ex Cl. HAMILTON obſeruatione 900 milliaria Anglica ſuperet, et non ſolum tota Sicilia, ſed magna regni Neapolitani pars, Melita etc. veluti in tabula geographica depicta ſe obſeruatoris oculo offerant. Altitudinem huius montis perpendicularem tria milliaria Italica ſuperare Cl. HAMILTON aſſerit. Barometri altitudo in pede montis 27 pollicum 4 linearum, in cacumine autem

vti Cl. DE RIEDESEL ante eum. Obſeruationes huius reperiuntur in *Reiſe durch Sicilien und Gros-Griechenland*, Zürch. 1771.

*) Plures in hac laua indurata cauernae ſunt. Septem eius ſtrata, quorum ſingula humo iterum a ſe diſtinguebantur a Cl. RECVPERO obſeruata ſunt, qui hinc concludit, infimum horum ſtratorum iam ante 14000. annos formatum fuiſſe. Conf. BRYDONE l. c.

autem eius 18 pollic. 10 lin. erat *). Plures montes per montium igniuomorum eruptionem oriri, ſeu olim igniuomos fuiſſe Cl. HAMILTON probare annititur: idque de iis potiſſimum montibus valet, qui acuti ſunt, in cacumine ſuo craterem habent, et in vno latere diſrupti quaſi ſunt. Laua fere nunquam ex cacumine montis Aetnae, ſed ex media ſeu ſyluatica eius parte profluit. Nonnunquam aqua ex eo erumpit, quae plura damna inundatione ſua produxit. Non tamen eam ex mari prouenire, vt per cuniculos et cauernas ſubterraneas ad montem penetret, ſed ex aqua pluuiali oriri, Cl. HAMILTON ſuſpicatur, quae in cauernis et cryptis quibusdam montis ſenſim collecta ſit. Non tantam laua huius montis varietatem oſtendit; quanta in laua Veſuuii obſeruatur. Magis ea nigricans eſt atque poroſa. Ad marginem crateris quoque, vt in Veſuuio, ſalia varia (inprimis Ammoniacum) et ſulphur reperiuntur, quae ex fumo eius ſublimatione producta fuerunt. In mari, Aetnae adiacente, ſuccinum quoque inuenitur **). Colliculum vineis tectum Noſter vidit, qui anno 1669. a laua in alium locum, dimidium milliaris Anglici a priore diſtantem, translatus fuerat.

2) *Litterae* Cl. CARTERET ad Cl. MATY *de gente gigantea, quae littora Patagoniae inhabitat.* p. 20.
Cl. CARTERET, qui orbem iuſſu regis Angliae in naui, *hirundo* dicta, circumnauigauit et cuius itineris

*) Similes fere ſunt numeri in obſeruationibus Cl. BRYDONE, ſcilicet 29 pollicum $8\frac{1}{2}$ lin. et 19 poll. 4. lin. Ex quibus concludere licet, montem Aetnam ad 11300 pedes altum eſſe.

**) Inſecta hoc, vt Boruſſicum, continet, magis tamen eo electricum eſt. BRYDONE l. c.

ris relatio in Cl. HAWKESWORTH collectione, de qua ſuperius diximus *) etiam exſtat, ipſe in littore Patagonico Americae meridionalis gigantes illos, de quorum exiſtentia plurimi recentiorum dubitarunt, vidit et cum iis collocutus eſt. Eorum altitudo ſex pedes ſemper ſuperabat, nonnulli vero illorum ſex pedes et quinque vel ſeptem pollices longi erant. De reliquo ſatis manſueta gens eſt.

p. 27 3) EIVSDEM Cl. CARTERET *litterae ad* Cl. MATY *de* Ceruo camelopardali ſ. Giraffa, in Capite Bonae ſpei reperto. Figuram iunioris animalis communicat, quod ante quindecim circiter annos a venatoribus in interiorem Africam a Gubernatore huius Coloniae ad explorandam regionem miſſis, viuum captum eſt, matre eius antea occiſa. Interim pullus quoque paullo poſt mortuus eſt, cuius pellis ſufferta nunc in egregio muſeo Academiae Lugdunenſis aſſeruatur. Cornua in figura hic communicata recta ferme ſunt, cum in archetypo ipſo illo Lugdunenſi paullulum in apice reflexa nobis viſa ſint **). Altitudo eius anterius vna cum collo 17 pedum erat, ex quibus decem ad pedes anteriores pertinebant. Poſteriores vero $8\frac{1}{2}$ pedes tantum alti erant.

p. 30. 4) *Experimenta* Cl. JOHNSTON, *quibus ſuam de vſu gangliorum in neruis olim propoſitam hypotheſin corroborare tentat.* Sententiam ſuam de vſu partium illarum, Cl. JOHNSTON in volumine quinquageſimo quarto et quinquageſimo quinto transactio-

*) vide ſuperius p. 464. ſeq.

**) Characteres huius animalis rariſſimi ex ſpecimine Lugdunenſi Cl. PALLAS deſcribit in *Miſcellaneis Zoologicis* p. 4. Vide comment. noſtr.. Vol. XV. p. 239.

actionum philoſophicarum *) ita explicuit, vt doceret; gangliorum ope influxum medullae ſpinalis et cerebri in eos neruos impediri, qui partes vitali motu praeditas v. c. cor et inteſtina adeant, et ita impedire, vt partes hae non vlterius voluntatis imperio ſubiectae ſint. Hanc hypotheſin Cl. Auctor experimentis hic probat, quae oſtendunt, ſpinali medulla irritata neruos tantum extremitatum irritari et earum muſculos conuelli; motum vero cordis et arteriarum minime hac irritatione turbari.

5) *Relatio de noua ſpecie* Manis LINN. communicata a Cl HAMPE. Deſumta eſt haec deſcriptio ex relationibus miſſionariorum Danicorum, Tranquebari in India orientali viuentium, quae quotannis Halae Saxonum publicantur **), in quorum volumine, quod ad annum 1765. ſpectat, continetur. Species hic deſcripta Manis pedibus anticis pentadactylis, poſticis tetradactylis inſtruitur, vt itaque inter duas illas, quas LINNAEVS habet, media ſit. Ab incolis *Alungu* vocatur. p. 36.

6) *Relatio de experimentis in oris Lapponiae et Noruegiae factis ad gradum caloris maris in magna profunditate determinandum*, a Cl. DOUGLAS. Maxime ille in diuerſa quoque maris profunditate variabat, nec ſemper relationem ad aëris atmoſphaerici calorem habebat. p. 39

7) *De*

*) Vol. LIV. p. 177. Conf. com. Vol. XIV. p. 315. et Vol. LVII. p. 118. comm. noſtr. Vol. XVI. p. 263. Eas vero commentationes in libellum ſingularem collectas publicauit, ſub titulo: An Eſſay on the uſe of the ganglions of the nerues, Lond. 1771. vid comm. noſtr. Vol. XIX. p. 621.

**) *Daeniſche Miſſionsberichte.*

p. 47. 7) *De modo marmoris albi producendi*, epiſtola Cl. RASPE ad MATY. Modum deſcribit, quo in Italia, in thermis S Philippi ad Radicofanum in Etruria ſitis, ope aquae earum, quae ex colle marmoreo profluit et tophum candidum marmoreum quaſi deponit, varia ſculptilia e gypſo confecta, quae vernice ſaturata et oleo illita, in thermarum alueos immittuntur, ita incruſtantur, vt anaglypha, medalliones, ornamenta architectonica fiant, quae ex puriſſimo marmore Carrarienſi facta eſſe videntur. Originem marmoris candidi, cum eius fodinae nunquam occurrant in montibus ſtratorum regulam ſeruantibus, et in illis nonnunquam ferramenta cet. et alia arte facta inuenta fuerint, ex tophacea eiusmodi aqua tophum ſuum dimittente Cl. Auctor deriuat. Idem quoque de alabaſtri et gypſi fodinis valere Cl. Auctoris eſt coniectura.

p. 54. 8) *Relatio de puero muſico*, Auctore Cl. BARRINGTON. Eſt hic filius muſici cuiusdam *Mozart* dicti, qui in archiepiſcopatu Salisburgenſi a. 1756. natus, iam quarto aetatis anno in clauichordio egregius artifex erat, et modos muſicos praeſtantiſſimos formabat.

p. 65. 9) *Determinatio momenti temporis contactus interni et externi Veneris in tranſitu per ſolem.* a. 1761, et 1769. auctore S. DVNN.

p. 74. 10) *Relatio de nonnullis emendationibus Barometri iam alio transactionum loco* a Cl. KEANE FITZ-GERALD *deſcripti* *).

p. 80. 11) Cl. SWINTON *obſeruatio de nummo Graeco huc vsque incognito.*

12) *Lit-*

*) vid. Tranſact. Vol. LII. P. I. p. 146. comm. noſtr. Vol. XII. p. 74.

12) *Litterae* Cl. T. WOOLCOMB *de puero ex vulnere ſclopetario demortuo.* Puer quindecim annorum ex improuiſa exploſione bombardae, quae globulos plumbeos minores continebat, in ſumma oſſis humeri parte ita vulnerabatur, vt partes ibidem vehementer dilacerarentur et os humeri nudaretur. Parum tamen ſanguinis ex vulnere profluebat, interim vulnere deligato et cataplaſmate emolliente applicato, Auctor Cl. nullum pulſum in carpo brachii vulnerati percipere poterat Licet vero ex eo grauiſſima oriretur ſuſpicio, arteriam ipſam diuiſam eſſe: tamen Cl. Auctor, cum nulla grauia ſymptomata ſe oſtenderent, amputationem membri diſtulit. Hinc cum febris ſatis violens adeſſet, venaeſectionem tantum adhibuit, et alios chirurgos in auxilium vocauit, qui omnes concluderent, amputationem eo vsque differendam eſſe, donec gangraenae initia ſe manifeſtarent. Interim paullo poſt vulnus impurum fiebat, fungoſa caro plurima ex eo propullulabat, et oedema omne brachium ſupra et infra vulnus ita occupabat, vt amputatio impoſſibilis eſſet. Hinc omnibus remediis externis et internis in eiusmodi malis vſitatis et cortice Peruuiano ipſo adhibito, aegrum ſeruare Cl. Auctor tentauit, ſed fruſtra. Puer enim decimo circiter quinto poſt vulnus acceptum die ſenſim debilior factus periit, nullis gangraenae ſignis ſe in vulnere aut brachio oſtendentibus. Vulnere poſt mortem vero accuratius examinato, Cl. Auctor non ſine admiratione arteriam brachialem perforatam eſſe vidit, vulnere piſi magnitudinem aequante. Mirum omnino eſt ex eo vulnere nullam vnquam haemorrhagiam ortam fuiſſe, vti in vniuerſum cauſſa mortis aegroti, cum ſuppuratio non nimia eſſet, incognita adhuc eſt. p. 94.

p. 100. 13) *Diarium itineris iuſſu Societatis Regiae* a. 1768. et 1769. *in fretum Hudſonis ſuſcepti*, a Cl. W. WALES. Aſtronomicas plurimas obſeruationes et meteorologicas continet. Frigus tam inſigne erat, vt a 1769. menſ. Ianuarii thermometrum ſaepe infra 30° thermometri Fahrenheitiani imo nonnunquam infra 40° eſſet Quae de ſoli in his locis natura cet. habet Cl. Auctor, iam fere omnia cognita ſunt.

p. 137. 14) *Obſeruationes meteorologicae* in freto Hudſonis 1768. et 1769. *factae* ab EODEM.

p. 179. 15) *Relatio de nonnullis ſpeciebus Spongiae rarioribus in littore Italiae repertis*, Auctore Cl. STRANGE. Ex his prima plane noua eſt, reliquae vero duae iam ab aliis indicatae fuerunt. Nullas vero de polypis ſpongias inhabitantibus Cl. Auctor obſeruationes habet.

p. 184. 16) *Litterae* Cl. DAVIES ad Cl. ELLIS *de modo aues ita praeparandi, vt per ſatis longum tempus conſeruari poſſint.* Replet eas puluere, ex aluminis vſti, cinnamoni et camphorae partibus anaticis compoſito, et goſſypio, ſpiritu vini camphorato imbuto. Exterius vero eas ſolutione aquoſa mercurii ſublimati illinit.

p. 188. 17) *Litterae* Cl. FRANKLIN, *in quibus apparitio fulguris deſcribitur, quae in naui, in qua Cl. Auctor vehebatur, obſeruata fuit.*

p. 192. 18) *De exploſione laterali electrica.* Auctore I. PRIESTLEY.

19) EIVSDEM *experimenta et obſeruationes de carbonibus ex ligno paratis* (charcoal). De vi materiam electricam conducendi carbonum diſputat, oſtenditque eam ab oleo ligni, quod in carbonum

num praeparatione empyreumaticum fit et ad certum quendam gradum comburitur, ſeu a phlogiſto terrae vegetabilium arctius vnito pendere. Lignum enim ipſum electricae materiae adhiberi poteſt. Vegetabiles ſubſtantiae, ſi ignis vi in carbonem mutantur, minores fiunt, animales vero eandem magnitudinem ſeruant. Quo maior caloris gradus ligno applicatur, eo magis electricam materiam conducunt carbones.

20. *Meteorologicae obſeruationes* a. 1769. a Cl. MILLER *in oppido* Bridgewater *factae.* p. 228.

21) *Eiusmodi obſeruationes eodem anno* Ludguan *in* Cornubia a Cl. BORLASE *inſtitutae.* p. 230.

22) *Literae* Cl. DOMINICI CIRILLO ad Cl. MATY, *continentes obſeruationes quasdam de arbore, ex qua manna colligitur, et de tarantula.* Non fraxinus vulgaris mannam largitur, ſed ea ſpecies quam F. *Ornum* LINNAEVS dicit. Non ex foliis eius arboris exſudat, ſed ex inciſione in truncum facta ſuccus exſudat et coagulatur, in maſſas irregularis figurae brunei coloris. Si ſtramen vel ramuli inciſionibus his applicantur, manna exſudans et haec corpora incruſtans tubulos refert et manna in canulis dicitur. Haec altera purior eſt. Nunquam manna in regno Neapolitano ante, quam ad exteros transmittitur, depuratur. In fine huius epiſtolae confirmatur, morſum tarantulae non venenatum eſſe, et morbum, quem ex eius veneno olim deriuarunt, ad melancholicos morbos pertinere, nec vnquam muſices ope ſanari poſſe. p. 233.

23) *Obſeruationes de tranſitu Veneris per ſolem* d. 4. Iun. 1769. *in India orientali factae.* p. 239.

p. 240. 24) *Ratio conſtruendi machinam, cuius ope radices aequationum vniuerſalium inueniri poſſunt, vna cum methodo eam adhibendi.* Auctore Cl. ROWNING.

p. 257. 23) *) *De tranſitu veneris per diſcum ſolis.* Auctore Cl. PIGOTT.

p. 268. 24) *De valore promiſſorum a vita alterius pendentium*, Auctore Cl. PRICE.

p. 277. 25) I. B. BECCARIAE *libellus de atmoſphaera electrica.*

p. 302. 26) *Epiſtolae quatuor* Cl. KVCKHAN *de modo aues in muſeis conſeruandi.* Sal, piper et alumen ſola ad hanc rem non ſufficere docet. Fuſius de ſitu exponit, in quem aues, quae ſiccatae ſeruantur, collocari debent, quo genius et mores earum exprimantur. Vernix, quo eas obducit ex terebinthina, ſpiritu eius et camphora; puluis vero, quo etiam in praeparatione vtitur, ex nitro, floribus ſulphuris, alumine, pipere, herba nicotiana, moſcho, et mercurio ſuhlimato conſtat. Cauitates corporis herba abſinthii et nicotianae replet.

p. 321. 27) *Phyſeter catodon* LINN. deſcriptus a Cl. ROBERTSON. Cetacei huius in littus Scotiae eiecti externa forma et dimenſiones deſcribuntur. Dorſo impinni et gibberoſo fiſtula in roſtro et capite maximo inſtruitur. Longitudo eius quinquaginta quatuor pedes aequabat. Retro oculos, vbi craſſiſſimus erat, triginta pedes in ambitu habebat. Dimidium totius eius corporis caput aequabat. Dentes in inferiore maxilla tantum aderant, eorumque viginti tres in ſingulo latere numerabantur. In ſuperiore maxilla foueae quaedam aderant, in quas dentes maxillis clauſis recon-

*) Hic et ſequens numerus bis occurrit.

recondebantur. Penis, qui 7½ pedes longus erat, in vagina quadam latebat, quae anterius ſphinctere claudebatur. Sperma ceti in cauitate cranii vna cum encephalo continebatur, ſed plane ab eo ſeparatum erat. Fluidum erat, quod Cl. Auctor vero putredinis effectum fuiſſe coniicit. Ex hoc patet, ſperma ceti licet ex Phyſetere macrocephalo LINN. maxima eius copia colligatur, tamen in omnibus huius generis et forte totius ordinis ſpeciebus reperiri. De internarum partium disquiſitione, in qua re plurima adhuc in toto cetaceorum ordine obſcura ſunt, Cl. Auctor plane ſilet.

28) *Experimenta et obſeruationes circa varia phaenomena, quae in ſalium ſolutione occurrunt.* Auctore Cl. WATSON. In plurimis ea experimenta ab iis recedunt, quae Cl. ELLERVS olim de ea re inſtituit *). Aſſeruit ille v. c. in aquae vnciis octo drachmam vnam ſemis nitri depurati ſolui, ſine eo quod aquae volumen augeatur; quod vero Noſter etiam de aqua deſtillata negat, cum vix $\frac{1}{2000}$ ponderis ſui voluminis augmento recipere poſſit. Aqua, in quam ſal iniicitur, ſemper in vaſe adſcendit, et licet facta ſalis ſolutione iterum deſcendat, tamen priſtinum altitudinis gradum nunquam recuperat. Addidit Cl. Auctor tabulam, in qua diverſi aſcenſus et deſcenſus huius gradus, prout ſe in variis ſalium ſpeciebus offerunt, indicantur. Specificam quoque ſalium grauitatem ad eas obſeruationes Cl. Auctor definire ſtudet. In alia tabula ſpecifica grauitas ſolutionum diuerſorum ſalium perfecte ſaturatarum; in tertia vero grauitas harum ſolutionum, ſi tanta ſalis copia in iis ſoluta ſit, vt duodeci-

p. 325.

p. 330.

Hh 4 mam

*) vid. *Mém. de l'Acad. de Berlin*, 1750. p. 83. comm. Vol. II. p. 429.

decimam partem ponderis aquae aequet, reperi-
p. 348. vntur. In vltima tabula ſpecifica grauitas aquae indicatur, quam, ſi definita et varia portio ſalis marini in ea ſoluitur, habere ſolet. Additae ſunt quaedam animaduerſiones in Cl. LAMBERT commentarium de eadem re *).

p. 355. 29) *Obſeruatio occultationis ſtellae ζ tauri a luna.* Auctore Cl. LVDLAN.

p. 358. 30) *Literae* Cl. WINTHEROP *ad* Cl. FRANKLIN, *quae ad obſeruationes tranſitus Veneris per diſcum ſolis pertinent.*

p. 363. 31) *Obſeruationes aſtronomicae* a Cl. MALLET *factae.*

p. 368. 384. 398. 32. 33. 34) *Experimenta cum ſanguine, eius ſero, membrana ſanguinis phlogiſtica, lympha, et circa effectum frigoris in ſanguinem facta* a Cl. HEWSON. Experimenta haec, quae hic primum edita ſunt, Cl. Auctor, nuper erudito orbi et arti noſtrae praematuro fato ereptus, libro proxime a nobis indicando **), aucta magis et emendata inſeruit. Sanguinem e vena miſſum in ſerum et placentam ſeu craſſamentum ſponte ſeparari notum eſt. Hanc ſeparationem vero non in loco frigidiore fieri, ſed moderatum atmoſphaerae calorem requiri, hunc vero calorem minorem eſſe debere gradu caloris corporis naturali, et vaſe, in quo ſanguis continetur, aquae immiſſo ad hunc gradum calefacto, ſeparationem hanc plane non fieri, imo potius coagulari ſcriptores varii aſſerunt: quod tamen falſum eſſe Cl. Auctorem experimenta hic communicata docuerunt. Sanguis

*) Mém. de l'Acad. de Berlin 1762.
**) *Experimental Inquiry*, Lond. 1771.

guis enim in calore 100. ad 105. graduum thermometri Fahrenheitiani eodem tempore, imo citius, in partes ſuas conſtitutiuas ſecedebat, quo id ſanguini in aere libero ad 67 gradus accidebat. Sanguis quoque aegri, febre rheumatica affecti, eadem fere phaenomena oſtendit.

Craſſamentum ex duabus partibus componitur, p. 370. *fibroſa* ſcilicet ſanguinis *parte* ſeu *lympha coagulabili*, quae placentae cruoris firmitatem praeſtat, et *parte* ſanguinis *rubra*, a qua color ſanguinis pendet. Hae partes a ſe inuicem ſeparari poſſunt placenta cruoris in aqua lota, in qua rubra pars diſſoluitur, lympha vero coagulata firma remanet. Si ſanguis baculo immiſſo agitatur, lympha haec baculo adhaerens id efficit, quod membranam Ruyſchianam vulgo vocant, eaque hac ratione a ſanguine ſeparata, idem hic ſanguis nunquam coagulatur, ſed fluidus manet.

Hac occaſione Cl. Auctor monet *ſerum ſanguinis* partem quoque coagulabilem continere, quae vero albumini ouorum magis ſimilis eſt, et cuius coagulatio non ſponte, vt lymphae, ſed calore tantum et acidorum mineralium ſeu ſpirituoſorum admiſtione obtinetur. Placentam ſanguinis coagulatam in ſuperficie ſuperiore magis rubere, quam in inferiore notum eſt. Maior vero hic rubedinis gradus ab aëre pendet, non a pondere globulorum inferius magis compactorum. Si placenta ita inuertitur, vt, quae inferius antea poſita erat ſuperficies, nunc aëri magis expoſita ſit et ſuperior fiat, eadem antea magis nigreſcens nunc laetius rubet. Hoc a globulorum pondere prouenire non poteſt, cum lympha, quae placentam vna cum globulis rubris efficit, tam firmiter coagulata ſit, vt globuli per eam non ad inferiorem ſuperficiem deſcendere poſſint. Aëre in venam iu-

gularem cuniculi immiſſo, Cl. Auctor obſeruauit, ſanguinem eo loco, quo aëris veſiculae illum tangerent, magis rubuiſſe. Arterioſum ſanguinem venoſo magis rubere, Cl. Auctor experimentis ſuis confirmat. Vidit ſaepius hanc coloris differentiam inter ſanguinem auriculae dextrae et ſiniſtrae, quod, hanc mutationem ſanguinis in tranſitu eius per pulmones fieri, extra omnem dubitationem ponit. A nitro aëreo hoc pendere Cl. Auctor negat, et candide fatetur, ſe verum modum ignorare, quo aër hanc mutationem producat.

Salia media, ſanguini ex vena miſſo commiſta coagulationem eius impediunt. Si vero aqua ſimul affunditur, ſtatim ſanguis coagulatur. Lymphatica ſanguinis pars membranam phlogiſticam et polypos efficit, nec non in aneuryſmatibus deprehenditur et orificia arteriarum diſſectarum conglutinat. Cauſſa coagulationis eius in ſanguine ex vena detracto non frigus eſt, neque ſola quies, ſed ab aëris acceſſu pendet, vti experimenta in viuis animalibus facta, probant. In corpore vero viuo quies potiſſimum coagulo eius inſeruit. Sanguis conglaciari et iterum liqueſcere poteſt, ſine coagulo.

p. 384. Gradus caloris, quo lympha coagulatur, longe minor eſt eo, quo haec mutatio in ſero producitur. Ad prioris coagulum 120 gradus thermometri Fahrenheitiani ſufficiunt, cum ad poſterioris coagulationem 160 gradus requirantur. Hoc probat calorem in febre, qui fere nunquam vltra 112 gradus adſcendit, coagulum ſanguinis non producere poſſe.

p. 387. Iam ad membranam phlogiſticam accedit Cl. Auctor, et monet illam non a ſero, ſed a lympha formari, quae, ſi aëri exponitur, coit. Contra vulgarem ſententiam, qua inflammationem ſanguinem denſiorem reddere

reddere aſſumitur, Cl. Auctor probare annititur, ea potius ſanguinis propenſionem ad coagulum minui, illumque, ſiue ſaltem eam partem, cuius coagulo cruſta inflammatoria formatur, lympham ſcilicet, fluidiorem reddi. Sanguis in inflammatione e vena miſſus tardius coagulatur ſanguine hominis ſani, ſed fluiditatem per ſatis longum tempus ſeruat, imo ſanguis, eiusmodi cruſta tectus, per vnam alteramue horam fluidus manet, cum alias ſanguis intra ſeptem minuta prima iam coëat.

Hinc in ſanguine inflammatorio, cum lympha tardius placentam coagulo ſuo formet, globuli rubri fundum vaſis prius petunt, et lympha rubedine omni deſtituta albam illam membranam format. Cauſſam cur ſaepius in venaeſectione ſanguis primum emiſſus eam membranam oſtendat, quae in eo, qui ſub fine huius operationis effluit, contra deficit, Cl. Auctor in mutatione qualitatum lymphae ponit, quae ſub ipſa venaeſectione contingit, ita, vt ea intra quatuor vel quinque minuta prima denſior fiat. p. 396. p. 398.

Haec vero mutatio a vaſorum natura mutata pendere videtur. Lipothymiae, quae haemorrhagias magnas ſequuntur, ſalutares ſunt, cum in iis ſanguis ſe coagulare et vaſorum apertorum orificia claudere poſſit. Sanguis, qui primum ex vulnere profluit, ſemper celerius coagulatur eo, qui ex animali moribundo in vas recipitur. Hinc vſus ſtimulantium in haemorrhagiis valde noxius eſt. Contra venaeſectio, qua maior et ſubitanea debilitas producitur, vtilis eſſe poteſt, cum ſanguinis coagulum promoueat, quo vaſa citius clauduntur. Frigus ſanguinem viſcidiorem reddit, ſed naturam eius coagulabilem minuit. p. 402. p. 409.

35) Cl.

p. 417. 35) Cl. HORSLEY *de difficultatibus quibusdam in Newtoniana theoria luminis.*

p. 424. 36) *Relatio de nonnullis oſſibus foſſilibus in rupe Gibraltarienſi repertis.* Auctore Cl. BODDINGTON. Marmoreo in ſaxo reperta illa fuerunt et, vt Cl. HVNTERVS in appendice probat, ad quadrupedum claſſem pertinent.

p. 441. 37) *Noua theoremata computandi areas curuarum quarundam.* Auctore Cl. LANDEN.

p. 443. 38) *Litterae* Cl. ROSE ad Cl. MVRDOCH, ex India orientali tranſmiſſae. Varias obſeruationes continent v. c. de animalibus infuſoriis, in aqua marina obſeruatis, quae cum animalibus ſimilibus, in aqua dulci reperiundis, ſatis conueniunt, licet aqua dulci affuſa celerius moriantur. Regio quoque *Napal* Indiae orientalis, in quam pauci Europaei venierunt, breuiter deſcribitur.

p. 451. 39) *Epitome epiſtolae* Cl. LATHAM ad Cl. WARNER. Cl. Auctor obſeruatione probat, caſum ſeparationis cuticulae integrae manus, cet. quem Cl. GOOCH *) in praecedente tranſactionum volumine deſcriptum dedit, non adeo rarum eſſe, ſiquidem ſimilem ſpontaneum cuticulae ſeceſſum in molitore quodam, poſt febres catarrhales eum ſatis frequenter infeſtantes, pluries obſeruauerit.

p. 454. 40) *Obſeruationes aſtronomicae* Cauuan *in* Hibernia *factae* a Cl. MASON.

p. 456. 41) *Litterae* Cl. PINGRE ad Cl. MASKELYNE, quae obſeruationes aſtronomicas continent.

42) *Ob-*

*) Phil. Tranſact. Vol. LIX. p. 281. comm. noſtr. Vol. XVIII. p. 281.

42) *Obſeruationes immerſionum et emerſionum ſatellitum Iouis, in inſula* Madera *factae.* p. 502.

43) *Obſeruatio tranſitus Mercurii per diſcum ſolis* 1769. d. 9. Nou. *in* Penſyluania a Cl. SMITH *facta.* p. 504.

44) Litterae Cl. ROBERTSON *ad* Cl. WEST *de computandis vſuris.* p. 508.

45) *Litterae* Cl. ELLIS ad Cl. LINNAEVM. In his Cl. Auctor demonſtrat arborem, quam Cl. LINNAEVS ad polyadelphiam reduxit et *Hypericum laſianthum* vocauit, ad *monadelphiam polyandriam* pertinere. Hinc nouum genus Cl. ELLIS conſtituit, quod *Stewartiae* proximum eſt, cui nomen *Gordoniae* imponit. Character eius botanicus fuſius hic deſcribitur et *Gordonia Laſianthus* *), quam vulgo *Loblolly Bay* dicunt, hic delineatur. p. 518.

46) EIVSDEM *epiſtola ad* Cl. AITON, *de noua* Illicii LINNAEI *ſpecie in* Florida occidentali *reperta.* Deſcribit primum *Illicium aniſatum* LINNAEI, cuius capſulae *aniſum ſtellatum* officinarum largiuntur, quod in Iaponia reperitur. Noua ſpecies, de qua hic exponitur **) nuper in Florida occidentali detecta eſt, et viribus orientalem adhuc ſuperare videtur. Rubrum florem habet, cum Illicii aniſati flos albus ſit. Ad polyandriam polygyniam L. Illicium pertinet non ad dodecandriam polygyniam et charactere generico *Magnoliae* proximum eſt. p. 524.

47) *Relatio de meteoro* Oxonii *obſeruato* a Cl. SWINTON. p. 532.

48) *Litterae* Cl. PRICE ad Cl. FRANKLIN *de effectu aberrationis luminis tempore tranſitus Veneris per diſcum Solis.* p. 536.

49) *Ca-*

*) Vid. LINN. *Syſt.* XII. *Mantiſſ.* II. p. 570. et *ed.* XIII. p. 525.

**) *Illicium floridanum* LINN. *Syſt.* XIII. p. 422.

p. 541. 49) *Catalogus quinquaginta plantarum ex horto Chelſeano Societati regiae ad annum 1769. oblatarum.*

p. 549. 50) *Relatio de tranſitu Veneris in California obſeruato.*

p. 551. 51) *Relatio de eadem obſeruatioe*, a Cl. CHAPPE D'AUTEROCHE *facta* *)

XIII.

Des Herrn IGNATZ *Edl.* VON BORN, *Ritters, K. K. Bergraths, der Königl. Akademie der Wiſſenſchaften zu Stockholm, der Groſsherzogl. zu Siena, und der Georg. gelehrt. Geſellſchaft zu Padua Mitglieds etc. Briefe über Mineralogiſche Gegenſtände, auf ſeiner Reiſe durch das Temeswarer Bannat, Siebenbürgen, Ober- und Niederungarn, an den Herausgeber derſelben,* IOHANN IAKOB FERBER, *geſchrieben, Frankfurt und Leipzig,* 1774. 8. *Seitt.* 240.

i. e.

IGNATII Nobilis DE BORN, epiſtolae mineralogicae, ſcriptae ad Cl. FERBERVM, ex itinere per Banatum Temeswarienſem Transſyluaniam. Hungariam ſuperiorem et inferiorem.

Titulus, quae Lectores quaerant, indicat. Nos, acceptas fore has epiſtolas, putamus omnibus mineralogis, cum nouarum vtiliumque maxime rerum plenae ſint; quarum aliquas exempli loco propona-

*) vid. *Voyage en Californie*, Paris. comment. noſtr. ſuperius. p. 460.

ponamus, omiſſis, quae Cl. Auctor indicat de geographia regionum, moribus incolarum, atque aliis politicis.

Montes inter Schemnitium et Budam ſiti, conſtant ex ſaxis argillaceis, quae ex quarzi, micae et baſaltis particulis compoſita ſunt: tecti ſunt ſchiſto argillaceo et calce. Ab oppido Vocia planities inde ad Temeswarinum et Tranſiluaniam vſque extenditur. Vineae Budenſes ſunt montes calcarei, petrefactis repleti. Immerito hic Cl. Auctor ridet eos, qui doctrinam de petrefactis excolunt. Prope Debretzinum ſal alcali minerale natiuum in lacunoſis argillaceiſque locis foditur. p. 2.

A Temeswarino ad propinquitatem *Orauizae* planities protenditur, tum colles incipiunt, argillam ſchiſtoſam mica intermixta offerentes. Vrbs Orauiza in valle ſita eſt. Pars orientalis fodinas continet, quas nominatim deſcribit: ferrum illic foditur: fluuii auriferam arenam vehunt. p. 18. Montes ſaxo componuntur, ex baſalte, mica, et ſpato ſcintillante mixto, quod argillaceo micaceoque ſchiſto, vel cote et calce tegitur. Fiſſurae cuprum continentes inter cotem et calcem deprehenduntur. In Pendente calcarius, et in Iacente ſchiſtus, vel interdum cos conſpicitur. Lapis venam cingens eſt vel calcarius vel *Gypſum ſpatoſum*. Minerae hic fodiuntur Cupri, vt pallide flaua, griſea, alba arſenicalis, viridis calciformis, atque in ochram mutatae, talem ochram rubram lateritii coloris deſcribit, atque aliam, cinnabarim colore imitantem. Quomodo labores peragant metallifoſſores, narrat. p. 24.

Montes circa *Saſka* ſunt calcarei, ſchiſto nitentes. Intra calcarium hunc et margaceum, baſalte mixtum ſaxum, fiſſurae cuprum continentes p. 31.

depre-

deprehenduntur. Saxum, quod mica, baſalte et interdum particulis quarzeis et ſpati ſcintillantis compoſitum eſt, *metalliferum* dicit: hoc prius mollius fuiſſe, atque ita calcareae partes cum argillaceis mixtas originem ſaxi margacei praebuiſſe: Horizontali ſitu quacunque de cauſſa mutato, calcarii a margaceo factam ſeparationem materiae, quae metallis originem det, ſpatium conceſſiſſe, quod repleret; indeque ortas fiſſuras illas. Hiſtoria fodinarum.
p. 33. Sunt et illic foueae, vnde, intra humum et calcarium, bruna ferruginea cuprum continens terra foditur. Generatim Saska diues eſt variis cupri mineris, quas deſcribit Cl. Auctor: ex his notentur, cuprum natiuum, *ramoſum*, in albo argillaceo; et *reticulare:* minera cupri vitrea, *cryſtalliſata*, cryſtallis dilute rubris, pellucidis, trigonis, vti quoque cryſtallis octaedris: quae innata reperitur fuſco granis minimis, iaſpidis ſimili lapide, quem *Iaſpidem cupreum* nominat. Praeterea cuprum ochraceo induratum, phlogiſto mixtum, quod *mineram piceam* (*Pecherz*) dicunt, illic reperitur; cui plerumque cryſtalli baſalticae columnares hexaedrae vel polyedrae vtrinque truncatae inſident. *Spati calcarii* cryſtallos hexaedras, planis tribus latioribus, tribus anguſtioribus, pyramide triedra; atque dodecaedras (quales LINNAEVS amoen. T. I. fig. 25. depinxit): tum *triedram* pyramidalem *gypſi ſpatoſi* cryſtallum raras dicit.

p. 40. Poſt Saska tota regio ſaxo, *Gneis* noſtris dicto, tecta eſt; hine inde montes calcarei et argillacei
p. 42. conſpiciuntur. Fiſſurarum in montibus Nouae Moldauiae Pendens iterum eſt calx, in Iacente ſchiſtus argillaceus griſeus reperitur: vterque ſaxo micaceo quarzoſo impoſitus. Veſtigia veteres iam coluiſſe fodinas indicat Auctor. Et hic minerae cupreae fodiuntur.

Ab

Ab Oraviza ad *Dognazka*, quorſum Cl. Au- P. 44.
ctor proficiſcebatur, ſchiſtus argillaceus, mica commixtus, granitem ſuppoſitum tegit. Granites etiam baſis eſt montium, cui ſaxum micaceo quarzoſum, argilla, arena et calx impoſita ſunt Dognazkae vna ſolaque in Banato vena eſt, cuius extenſio verſus plagas mundi et ſitus ad horizontalem vel verticalem lineam per magnum ſpatium conſtanter maneant. Hanc venam, in iugo *Ioannis* (*Iohannergebürge*) per 1500 perticarum longitudinem ab occidente in orientem extenſam eſſe, itaque ex meridie in ſeptemtrionem deſcendere. Queritur Cl. Auctor de ignorantia foſſorum, vnde, cum propter aquarum copiam, fodinas ipſe intrare non poſſet, ſaxum venam metalliferam cingens certe definire non audet. Fodina, quae *Simon Iudae* dici P. 47.
ſolet, omnium cupro eſt ditiſſima: huius dat delineationem, et deſcriptionem. Alia ſodina Asbe- p. 51.
ſto fuluo tegitur, in quo mica ferrea et granati ferrei nigri immixti ſunt. Mineras enumerat varias praeſertim cupri, hic foſſas.

Quae ſit ratio fuſionis atque contuſionis metal- p. 53.
lorum in his locis, docet Cl. Auctor. Hic ſimul in- p. 62.
ſerta eſt CHRISTOPHORI TRAVGOTT DELII, cuius ſaepius in hoc libro laudabilis mentio fit, tractatio, exhibens *conſilium, quo cuprum tractabile reddi poſſit*. Cauſſam, qua intractabile ſit, ponit in ferro: quod, ſi omne a cupro ſeparetur, ſequetur, vt cuprum tractari facilius poſſit. Illud fieri, ſi ſulphuris pyrites purus iam fuſus, cupro addatur, toſtio lenis fiat: hinc locus toſtorius ab aere et pluuia munitus et tectus ſit, atque interdum toſtum cuprum, addito lecho iterum fundatur. Poſtea, quod poſt toſtionem remanet, ferrum in furno, *Spleiſofen* dicto, addito lithargyrio et demum in foco purificatorio ſulphure eſt ſeparan-

p. 77. dum. Deinde Conſiliarii aulici DE KOCZIAN obſeruationes *circa lotionem auri in Banato* hic leguntur. Putat nempe is, non in fluuiis aurum generari, ſed aqua illud a ſtratis terreis mollibus leniterque cohaerentibus delui, atque aduehi. Probat hoc inde, quod etiam ex terra continente circa fluvium *Nera* incolae aurum, et maiori copia, quam ex fluuio, lauent. Stratum terrenum, quod aurum continet, tegitur humo, limo, ſilicea et calcarea terra, atque mixtum eſt ſilice, ſaxo, (*Wakenſtein*) atque ſubtili ferruginea arena. Hoc ſtra-
p. 86. tum per terram continentem vlterius extendi coniicit: quod confirmant obſeruationes DEMBSCHERI: propter paruam tamen auri copiam ſumtus non reſarciuntur.

p. 85. Iugum circa Deua baſin habet ſchiſtum argillaceo micaceum, quem tegit ſaxum margaceum fiſſuris diuiſum. Lapis venae argilla griſea molli, quarzo et ſpato compoſitus eſt; innati ſunt pyritae
p. 96. cupri. Nagyagam venit Auctor. Iuga hic *ſaxo metallifero*, quod ſchiſto argillaceo rubro tegitur, conſtant. Caſu celebris auri fodina patri Cl. Auctoris indicata eſt. Venae *), quae minus profundae aurum ferebant, profundiores argentum
p. 99. afferunt: et contra. Ratio aedificii. In venis reperitur ſpatum ſcintillans rubrum, et quarzum album pingue. Minerae diuites ſunt lamellatae, nitentes, et nigro griſeae, fiſſiles et flexiles. Alia minera argentum natiuum, auro diues continens, colore dilute luteo cognoſcitur: quae rarius alba eſt. In alia auri natiui argentei coloris grana cum ochra nigra aurifera terrae argillaceae commixta ſunt. Reditus magnos ex hac fodina indicat, cum, omnibus expenſis demtis, quolibet

*) cf. WALLERII Metallurgia, p. 80. §. XVIII. 3.

bet menſe ad viginti millia florenorum remaneant.

Iuga poſt Nagyagam eodem ſaxo metallifero conſtant: quod circa *Barzcha* altius eleuatur et calcario tegitur; poſtea vero priorem altitudinem recuperans, iterum ſchiſto argillaceo rubro tegitur, qui ad *Zalathna* vſque totam regionem occupat. In fodinis his venae quarzo et corneo immixtum pyritem auriferum ferunt In alia fodina, *Loretto* dicta, cos ſchiſto argillaceo impoſita eſt. In cote, particulis ſubtilioribus, griſea et lutea cuniculus agitur: hanc ſequitur ſaxum ex arena et argilla compoſitum, *Breccia arenacea* CRONST. tum corneus griſeus, in quo fiſſurae duae, altera aurum, altera argentum ferens; haec non colitur. In corneo griſeo, foramina parua rotunda, quatuor digitos profunda, natura facta, vidit, in quibus ſilices, vel argilla indurata continebantur In quibusdam mineris aurum natiuum conſpicitur; in aliis vero, ne microſcopio quidem, particula auri cognoſcitur, at igne, vt in minera Nagyagenſi, globulorum forma educitur. Male hic contuſio minerarum ſuſcipitur. In alia fodina *Cinnabaris ſolida*, *textura ſquamoſa* in venis quarzo et ſpato repletis, intra nigrum argillaceum ſchiſtum et cotem; vel etiam in alia fodina *textura granulata* in griſeo calcario foditur.

p. 106.

p. 110.

p. 212.

p. 117.

Iugum *Bogaienſe* ex corneo firmo conſtat, in quo minera argenti vitrea in fiſſuris fertur. Reliquae circumiacentes fiſſurae auriferae in ſaxo metallifero protenduntur. Circa *Topliza* venae quarzeae auriferae a meridie verſus Septentrionem extenduntur. In his montibus aurum ſaepius in plumbo refertis venis foditur. Circa *Fuezes*, loco Schiſti argillacei, ſaxum metalliferum a Schiſto margaceo tegitur. Iuga Boiczenſia cum iis co-

p. 119

p. 132.

 haerent,

haerent, quae in limite Tranſiluaniae cis et trans fluuium *Maroſam* diuidebantur. Et illa ſaxo metallifero, quod calcario, ſchiſto et arena tegitur, componuntur. Fodina regia in ſaxo excolitur, quod ſpati ſcintillantis fruſtis maioribus diſtinguitur. In fiſſuris galena, aurum argentumque fe-
p. 124. rens, zinco immixto, continetur. Calcarium metallicolae putant venas metalliferas abſcindere: Auctor autem putat, illum ſerius ab impoſitis montium ſtratis allatum, atque intra vallem, in qua vena prius finita erat, appoſitum eſſe. Mineras nunc enumerat, quae plures aurum ferunt: inter eas eſt aurum natiuum, innatum arſenico natiuo griſeo. Memorandus eſt circa Nagyagam collis ex innumeris fruſtis, pedem latis, planisque, ſaxi metalliferi compoſitus, qui quomodo ortus ſit, dubium eſt.

p. 132. Cum in vicina fluuii *Maroſae* circa pagum *Bobolna* colles eſſent, qui ex ſilicibus rotundatis argilla conglutinati viderentur; colligit, ex fluuio, ſilicibus arena atque argilla relictis illicque depoſitis, eos ortos eſſe. Coniicitque Boiczenſia iuga, magis verſus ſeptentrionem ſita, ita etiam nata eſſe, cum fluuius magis verſus meridiem fluxiſſe videatur. In planitie trans *Maroſam* ſatis expanſa ſub humo in arena aurum immixtum eſt, cui ſtrato firmus argillaceus ſchiſtus ſuppoſitus eſt. Stratum arenaceum ex inundatione ortum, atque aurum ex fiſſuris auriferis montium vicinorum pluuiis in illud allatum Auctori videtur. Iterum de auri lotione quaedam.

p. 137. Pone *Földwinz* iuga magis magisque eleuantur, quibus vbique circa *Torda* minores colles impoſiti ſunt, quos ex griſeo calcario, qui humo tectus ſit, conſtare coniicit. Salinae circa Torda in monte ſchiſtoſo argillaceo fodiuntur: Has, vt et colles calcareos, a mari orta eſſe putat, confirmarique

hanc

hanc ſententiam ex copioſis petrefactis. Omne
planum montis ſal foſſile continet: effloreſcen-
tiis ſalis culinaris humus tegitur. Structura ſalina-
rum interna conica eſt. Gypſum et Alabaſtrum
etiam hic fodiuntur, quae cum plerumque in ſali-
nis ſint, coniicit Cl. Auctor, acidum ſalis culina-
ris forſan in vitriolicum mutari. Ante Claudiopo- p. 142
lim mons altus ſitus eſt, ſchiſto argillaceo conſtans, in
quo globoſa ſaxa, tres vel quinque pedes craſſa,
compoſita ex cote flaueſcente, quae petrefactis
repleta et calce conglutinata eſt. Hic mons, cum
ſolitarius ſit, indicare videtur, a mari hanc regio-
nem prius tectam, indeque ſaxa hic relicta eſſe.
Claudiopoli conuenit P. FRIDWALSZKY, mo-
nachum ex ordine Ieſu, qui *mineralogiam Tranſſil-
vaniae* *) ſcripſit: hunc vero, quod iam liber oſten-
deret, ſolertem quidem; at imperitum, fabulo-
ſum atque a vera cognitione naturae alienum in-
venit.

In itinere verſus *Riuulum Dominarum* ſ. *Nagy-* p. 146.
Banya omnes colles monteſque pallide luteo cal-
cario, petrefactis referto, tecti erant, cui ſubia-
cebat ſchiſtus argillaceo micaceus, interdum nu-
dus. Verſus ſeptentrionem petrae nudae gra- p. 150.
niticae, quae haud dubie cum montibus Carpa-
ticis cohaerent, et ſchiſtus argillaceo micaceus
montes conſtituunt. Hiſtoriam fodinarum indi-
cat. Montes, qui mineras nobiles continent, ſaxo
conſtant, quod fruſtis albae lithomargae tantum
a communi metallifero diſtinguitur. In aliis ig-
nobilioribus corneus trapezius reperitur. Pluri-
mis in locis vtraque ſaxa ſchiſto argillaceo micaceo
teguntur. Mineras, quae fodiuntur, deſcribit.
Inuenit hic cryſtallos connatas, cuius baſis calcarea,
mollis erat, ex qua, cum premeretur, aqua emanabat:

 indi-

*) Minerologia principat. Tranſiluan. a IO. FRID-
WALSZKY Claudiopol. 1767. 4.

indicio cryſtallos etiamnum generari. Venae conſtant ex ſpato ſcintillante carneo, aurum ferente,
p. 153. cui minera argenti griſea immixta eſt. In alia fodina vena quarzea, zinco, galena et auro repleta, cingitur in Pendente ſaxo viridi, calce mixto, et in Iacente albo Saxo metallifero.

p. 158. Quomodo igne vtantur foſſores in fodina magna, quae eſt in montibus circa *Felſö-Banya*, vt *Corneum*, quo mons maxime componitur, griſeum findant, deſcribit. Lapide enim aliquantum fracto, in fracturam ſuper ferrea lamina crati impoſita ligni pedalia fruſta incenduntur: quo lapis emollitus facilius frangitur. Via, hoc modo aliquantum patefacta, in fundo lapides viles trium pedum altitudine eriguntur hisque lignum cruciatim imponitur, vt circiter quatuor perticae occupentur. Ita flamma in vno apice cogitur, atque nouerunt metallicolae, hanc flammam in quemcunque locum dirigere. Vena eſt iaſpidea. Interim Cl. Auctor hanc rationem improbat, aedificium enim inordinatum fieri, vapores ſulphureos aliosque metallicos ſolui, vitaeque foſſorum inſidiari, ipſius denique metalli bonitatem corrumpi.
p. 162. Vena *fodinae magnae* intra ſaxum metalliferum extenditur, coniicitque Auctor ſtrata ſuperiora huic
p. 163. eſſe impoſita. Salinae *Marmaroſenſes* ſchiſto argillaceo mica diuite cinguntur; cui cryſtalli quarzeae octaedrae aluminis forma inſident, quae aqua elotae in riuulis nomine *lapidum Marmaroſenſium* colliguntur.

p. 165. Circa Tokaium inueniuntur fruſta Lauae vitreae nigrae coeruleſcentisque, ſeu *Pumicis vitrei* LINN. quae ſine dubio a montibus Carpaticis huc aqua delata ſunt. Non procul a Vetuſolio granitarum fruſta diſperſa ſunt, hinc iuga montium ex iis
p. 167. conſtare videntur. De fodinis Hungariae ſuperio-

ris,

ris, praeſertim iis, quae ſub magiſtratu *Schmoelnizenſi* ſunt, breuis hiſtoria. Iuga etiam ex ſchiſto argillaceo micaceo conſtant, inter quem venae parallelae, et quaedam fiſſurae extenſae ſunt. Quaedam de varietatibus venarum fiſſurarumque regulae. Minerae plerumque ſunt cupreae, aquae fodinarum cupri particulis, acido vitriolico ſolutis, repletae, ex quibus cuprum praecipitatum ſeparatur. p. 172.

Iam Saxa, quae montes Hungariae inferioris componant, deſcribit. Promontorium eorum montium, in quibus venae Schemnizenſes nobiles ſunt, iuxta fluuium *Granum* eleuatur, conſtatque ſchiſto, qui poſtea cum ſaxo metallifero Auctoris connaſcitur. Montes Schemnitienſes tandem cum Carpaticis nectuntur, omnesque eorum venae Saxo metallifero replentur. Ditiſſima vena, *Spitalenſis* dicta, a ſeptentrione verſus meridiem tendit: ab initio metallis nobilibus carebat conſtabatque ex argilla molli, griſea, quae ſpato mixta eſt. Poſtea contuſioni ſubmittendae minerae, tumque vena ex quarzo, galena et iaſpide martiali componitur. Demum ex contuſo quarzo, qui ſpato interdum miſcetur, tumque mineris ditioribus comitatur atque ſoluto ſilice, cum ferruginea magneſia (*Bräune*), quae maiori auri copiae forſan quidquam tribuat. Rarum eſt, in profunditate, octoginta nouem perticarum, in ipſo iaſpide martiali madreporam petrefactam inueniri: quae a Cl. FERBERO dicitur *madrepora ſimplex, ſubtus plana, annulis concentricis, ſupra conuexa, vmbilico impreſſo, lamellis approximatis in ſuperficie granuloſis*, nondum deſcripta vel depicta. Hanc a colle, qui prope a *Schemnizio* verſus ſeptentrionem, ſitus eſt, et ex ſchiſto, cui iaſpis immiſcetur martiali ſimilis, conſtat, in quo etiam petrefacta inueniantur, p. 181. p. 184.

p. 188. huc delatam Auctor ſuſpicatur. Pergit deſcribere reliquas fodinas: Sunt in vna earum reliquiae laboris; quo, ante inuentum puluerem pyrium, lapides diſploderent. In venis ſatis magnis latisque calcarii, gypſi, et quarzi, cryſtallorum forma conglutinati inueniuntur: quarum cryſtallorum variam figuram deriuat a diuerſa, quae cum ſalibus iuncta origini earum multum tribuiſſent
p. 193. natura metallorum. Pone *Bugganz* montes decreſcentes ſchiſto argillaceo teguntur, incipitque planities Poſonium tendens. Baſis montium Carpaticorum circa *Modernum* incipit, ibique venae plumbeae, asbeſto mixtae, in corneo lapide extenduntur. Verſus ſeptentrionem calcarei colles ſiti ſunt, qui ad balneum Glashüttenſe extenduntur. Balnei huius aqua tophum, ochra ferri mixtum, deponit. Cremnitzienſe iugum eſt Saxum metalliferum. Vena quarzea alba argenti mineras rubras albasque, ac pyritas aurum ferentes continet.
p. 199. Verſus *Liptau* vtrinque viam cingit catena montis, ex ſtalactite calcareo eleuati: quem a calcario montium Carpaticorum per aquam huc latum eſſe putat. *Ui Banya* in valle poſita vrbs, cincta eſt et montibus e Saxo metallifero, et in parte ſeptentrionali et orientali iugis, Granite compoſitis, cum Carpaticis nexis. Venae Iacens granite, Pendens Saxo metallifero efficitur.
p. 204. Carpatici montes baſin vel melius nucleum habent granitem. Ex quo ſummos Hungariae montes componi ex obſeruatis his patet. Inde tamen non ſequi vult Auctor, ac ſi globus terrae ex ſolo granite conſtaret: quin imo probabile Ei videtur in ima parte, quae a foſſoribus nondum attacta ſit, baſin conſtituere ſimpliciorem lapidem.
p. 206. Secundarium lapidem exiſtimat *Saxum metalliferum.*
p. 207. Corneus fiſſibilis rarius; corneus trapezius in minori-

noribus fiſſuris frequentius inuenitur. Calcarius tertium et vltimum ſtratum eſt montium primariorum. Hos primarios lapides breui temporis interuallo ſibi ſuperimpoſitos eſſe, veri ſimile videtur. Montes ſuccedaneos et accidentes etiam ex calcario, arena, et ſchiſto componi dicit. Huc etiam eſſe referendum Corneum, quem petroſilicem nominat. Sententiam hanc dictis aliorum iam confirmatam paſſim indicat. p. 208. p. 212.

Addit catalogum minerarum, quae in fodinis montium Hungariae inferioris fodiuntur. Zinnopelum dixit Iaſpidem, qui metalla plura ferat. Quarzum, ferro mixtum, ſemper auriferum eſſe obſeruationes docuerunt. Argentum natiuum pyriti pallide luteo innatum poſſidet Auctor. Minera argenti capillaris griſea, fere ſtellarum formam aemulatur: haec minera etiam alba illic foditur. p. 214. p. 216. p. 218.

Denique ſtatum hiſtoriae naturalis Viennenſis, iam multum mutatum, indicat. p. 224.

XIV.

Beyträge zur Waſſergeſchichte von Böhmen, 1ſter Band, Leipzig und Prag, bey Frantz Auguſtin Höchenberger und Compag. 1770. 8. 191. *Seitt. ohne die Vorrede.*

i. e.

Collectiones et excerpta ad hydrologiam Bohemicam, Vol. I.

Anonymi noſtri officio, hiſtoriam Bohemiae aquaticam, ne minus cognita, vel librariorum manibus erepta pereat, et excerptam, et translatam, debemus. Cui quidem, alterum demum volumen, conſpectu quodam geographico

 patria-

patriarum aquarum, ornamentum addet non leve; ſemeſtribus vero ſingulis, faſciculi ſinguli prodibunt, ad vſum mechanicum phyſicumque ipſarum explicandum.

Incipit D. CHRIST. POERNERI *relatio de fonte medicato Stecknizenſi*, quem et Cl. O REILLY *) deſcripſit. Introductio Cl. Auctoris oſtendit, quod aqua, quo ſubtilior, leuiorque reperiatur, eo tutius, ob largum ſpiritum mineralem adhiberi poſſit. Ita quidem vtilitatem ſummam, experimentorum, de grauitate liquidi, probat; ſe tamen a ſcaturigine nimium ſeiunctum eo Lectoribus non poſſe facere ſatis excuſat.

p. 1. *Sectione prima: de natura huius fontis mineralis
p. 12. dicit;* ſub *alteroque capite*, *experimentis*, *partes eſ-
p. 14. ſentiales disquirit.* Ex libra vna grana decem terrae obtinuit: *Salis* triginta grana, quod inferius, *medium ferreae indolis* nuncupat; vti etiam illud, quod affuſo ſpiritu vini, nubeculae niuisque floccis ſimile, ad fundum ceſſit. Praeterea tamen *alcali*, etſi *debile*, cum ex aliis, tum ex nubecula alba, per infuſum oleum tartari fundum petente
p. 16. aſſumit. Exſtitiſſe quoque in fonte *acidum* probat; Nec non *Alcali acidumque* iuncta fuiſſe ſali.

p. 20. *Tertia de ipſis partibus hanc aquam conſtituentibus, ſectione*, pyritem, ſpiritum aquis inflare metallicis, fretus plurimis phaenomenis, cenſet. Ex iisdem vero experimentis hanc elicit *ſpiritus mineralis definitionem:* qui ſit ſubtilis, ſpirituoſus halitus, vi extendente, elaſticaque valens, ob partem fixam et aliam volatilem ab acido ſulphureo hauſtam. Huic verò *ſalis ſolventis* nomen tribuit, quod, ſi libero accedente aere auolauerit, partes aquam conſtituentes ſponte

*) Confr. noſtr.. comment. Vol. XV. p. 91.

ſponte ſeceſſerint. Vi nempe aëris, partes acidas, ferreasque motu perpetuo inter ſe conteri; ſimulve per calorem liberioris aeris, frigidiore aquae expanſo, a pingui, quae ipſum tenuerat natura, vaporem iſtum pyritum avelli dicit. Quo quidem acidus ſulphuris ſpiritus, inferior ipſo alcalino martialium particularum pondere abſorptus, ſalque factus enixum, forma pulueris, in fundum cadat. Pinguedinem vero, ipſam cuticulam gignere verſicolorem explicat. Sal vliginoſa ferri parte, ita, vti ferrum acidis alcalinisque particulis inquinatum, impeditur, quo minus cryſtallis fulgeat vllis. Ipſis vero partibus conſtitutiuis aquae, adeo manet iunctum, vt nullo modo disiungi poſſint. Colore ſubflauo, ſapore acido, acerbe adſtringente a vitriolo martis alienum apparet. p. 30.

Quarta de effectibus et viribus Stecknizia ni fontis: ii praecipue in ſtomachi, inteſtinorum, hepatis, renum atque veſicae vrinariae, nervorum, vteri, haemorrhoidumque malis, atque illis ab humoribus denſis, acidis ortis reſiſtere cernique demonſtrantur. p. 36.

II. *Tractatio de fonte ſalutari, iuxta Tetſchem*, ex deſcriptione Cl. I. H. BAVERI ſequitur. Eſt ager *Wier* dictus, vbi, ſub radice fere alti montis (*St. Ioſephi*) ſaxis amplis et argilla collatis per ſtrata exaggerati; duplex riuulus, largiter protruſus et ex ſeptentrione oriundus, ſumma velocitate, in meridiem ruit, terramque argillaceam non metallicam, per aquam fortem colore orbatam, denſius flaueſcentem ſternit. Aer eſt ibi puriſſimus, proſpectusue regionis bilaris. Omnis generis hoſpitalis ſuauitas, peregrinorum in delectamentum paratur. p. 44.

Reperit Ill. COMES DE THVN, a quo iuſſus venatoriarum rerum praefectus FRANTZ BALZEN locum ſecunda fortuna inquiſiuit. Cl. p. 48.

p. 55. BAVER eadem fere, quae ſuperior, experimenta cum illa inſtituit. Non niſi ad ipſum fontem, pars lunae ſolutae, partibus aquae nouem immixta, lacteam, fuſcam, vel brunam, poſt quatuor et viginti horas, nigricantem turbauit aquam. Calx argenti nigra ſubmergebatur. Coelo haud ſereno, lactea tantummodo, teneram albamque amiſit lunam.

p. 59. Internis et externis morbis, tres per ſeptimanas, quotidie ad ſemimenſuram potatus fons, et in balneo adhibitus, egregie aduerſatur. Apte bibes poſt lauacrum, iuſculum carnium; poſtea pannis fricatus linteis, ſiccusque, in cubiculo ſudorem expectabis lenem; et aeris externi viciſſitudines, easque praecipue veſpertinas vitabis.

p. 61. III. *De Tepliano fonte medico*, ſecundum Cl. ZAVSCHNERI deſcriptionem, quam alio loco *) iam Lectoribus tradidimus.

p. 86. *Septem qui reſtant fontes*, omnes ſimul comprehendimus: quum

1) *Dobritſchanus* a Cl. ô REILLIO deſcriptus, praeſtantia forſan per multos annos ſuperſtite, et eo, quod plethoricis minus conducat hominibus, a reliquis facile ſecernatur;

p. 92. 2) *Sternbergenſis*, (*Bechiner*) referente D. et Pr. IO. IAC. GEELHAVSEN, non niſi debilitate, et dixerim inopia ſpiritus mineralis aliis quodammodo poſtponendus ſit;

p. 115. 3) THEODORI vel *Chuchelenſis*, commemoratus per Prof. SCRINCI, nullo tantum colore ex gallis, mutato vero, in margaritarum pellucidum, per affuſam ſolutionem mercurii corroſiui; ſerenitateque, quae nubecula coerulea, fundumque petente deſuper naſcitur; et ex mixtione olei tart.

*) comment. noſtr. Vol. XIV. p. 536.

tart. p. del. inde deiecta terra calcarea; alcalique praedominante; caeteris praeſtet.

4) *Podolienſis* vel ST. WENZESLAI, qui Cl. WEITH deſcriptorem habet, ſpiritu calcareo ſubtiliſſimo; p. 120.

5) *Cuculi*, vel *Gradiſtzenſis* vero, D. KIRCHMEIERO teſte, per bitumen terreſtre a reliquis diſtinguatur;

6) *Aciduli Egerani* autem, laudante Cl. ESWEILERO D. M. et Phyſ. ciuitatis *Eger*, auro praegnantem mineram ferri, qua praecellat, habeat;

7) Et denique NICOLAI puro nitroſo fixoque ſali, quo iunctus eſt, leuis ipſe, mineralique praegnans ſpiritu, vires debeat, aegrisque amicus ſit. De modo per ſingulos hos curandi, quae adſperſit Cl. Auctor, hic recenſere breuitas vetat.

XV.

IO. ANDREAE MVRRAY, D. Medic. Profeſſoris Goetting. P. O. Enumeratio Librorum praecipuorum medici argumenti. Lipſiae ſumtibus Weygandianis. 1773. 8. plagg. 9.

Si verum eſt, vti eſt, libros optimos, qui diſciplinas bene explicent, a tironibus eſſe cognoſcendos, vt his in addiſcenda diſciplina vti poſſint, certe Cl. Auctor non exiguas eorum laudes atque gratias hoc catalogo librorum componendo meretur. In praefatione, vbi de inſtituto ſuo exponit, p. 10. ſe eam ob cauſam iudicia de libris non addidiſſe monet, quod nullos alios receperit, niſi eos, qui bonae notae eſſent. Inter commoda, quae ex hoc libro redundatura ſperat, enumerat hoc, quod putat

tat tirones ex hoc libro cognoſcere poſſe, quo ordine medicina ſit pertractanda atque quam late pateat ſtudium medicum. Propoſuit itaque nexum diſciplinarum medicarum atque ordinem quo ſint addiſcendae, enarrandis iis, quae in diſciplinis tractentur et modo, quo vtiliter tractandae ſint et ſic ſibi viam ad ipſam enumerationem parat. Primo de neceſſaria cognitione hiſtoriae naturalis, phyſices, hiſtoriae medicinae litterariae, anatomiae atque phyſiologiae in arte medica loquitur.

p. 13. Quod ad anatomiam attinet, recte monet, cavendum eſſe ei, qui ipſe cadauera ſecare velit, a
p. 15. libris, in quibus ars ſecandi traditur. Poſtea ad ſtatum morboſum corporis humani progreditur atque pathologiae vtilitatem recenſens, aſſerit, eam generalem metaphyſicam morborum appellari poſſe. Porro ad remedia, quibus morbis mederi poſſimus et ad rationem medelae procedit et de botanica, materia medica, chemia et pharmacia, therapia, chirurgia et arte obſtetricia quaedam proponit.

p. 17. Materiam medicam ſcientiam incertiſſimam atque imperfectiſſimam vocat. Cl. Auctorem autem certiorem et perfectiorem reddere multisque annotationibus ditare eam materiam medicam,
p. 26. quam proxime vulgabit, ſcimus. In fine tandem quaedam de diaetetica et medicina legali addiſcenda adiicit.

p. 1. In ipſis vero libris medicis commemorandis eam rationem ſequitur, vt primo de diſciplinis ſcientiae medicae praemittendis loquatur, commemorans praecipuos hiſtoriae naturalis atque phyſices libros; deinde eos recenſeat, in quibus auxilia ad artem medicam addiſcendam proponuntur.
p. 2. Ad auxilia vero refert encyclopaedias, hiſtoriam

medi-

medicinae, introductiones in artem medicam, bibliothecas, atque lexica medica. Inter libros, qui de medicina in vniuerſum exponunt, enumerat diaria atque acta eruditorum. Scriptores, qui ad partes ſpeciales medicinae pertinent, eodem ordine propoſuit, quo in praefatione ipſas diſciplinas indicauerat. In anatomicis libris commemorandis ſingularum doctrinarum v. c. oſteologiae, ſplanchnologiae auctores, nec non eos, qui modo de ſingulis partibus c. h. expoſuerunt, annotauit. In libris botanicis enarrandis fere plures, quam in ceteris diſciplinis ei commemorare non male placuit. Praeterea librorum ipſorum inſcriptionem, annum, quo prodiit atque formam indicat. p. 6. p. 9. p. 32.

Cum vero tantus ſit librorum egregiorum medici argumenti numerus, vix fieri potuit, vt omnes commemorarentur in prima hac publicatione. Hinc in altera egregii atque vtiliſſimi huius libelli editione, librorum, ad ceteras diſciplinas ſpectantium, non minus copioſam, quam in hac editione libris botanicis tributam intelligimus, enumerationem expectamus.

XVI.

Diſſertation ſur les vapeurs et les pertes de ſang. Par P. HUNAULD, Conſeiller, Médecin Ordinaire du Roi, Docteur-Régent de la Faculté de Médecine d'Angers, et de l'Académie Royale des Belles-Lettres de la même Ville, etc. Nouvelle Edition. à Paris, chez Humaire, Libraire MDCCLXXI. 12. mai. pagg. 372. ſine praefatione.

i. e.

Diſſertatio de affectibus vaporoſis feminarum et de haemorrhagiis vteri, Auctore Cl. PETRO HVNAVLD. Editio noua *).

Luben-

*) Prior prodiit anno 1756.

Lubenter credimus bibliopolae, librum hunc auidiſſime expetitum omniaque eius exemplaria diuendita fuiſſe, vt de noua editione cogitandum fuerit. Librum enim de morbo feminis noſtra aetate adeo ſolemni conſcriptum, et eo quidem fine, vt ipſae ad eum legendum allicerentur, plures ſui amantes, quae cupide eum legerent, inueniſſe plane non miramur. Quod quidem vt efficeret Cl. Auctor, finxit medicum, cum femina litteris dedita et ipſis philoſophiae principiis imbuta, colloquentem, adeoque et tractatu iſto non tantum ſeueriorem illum ordinem, qui ſyſtematici quid redolere poſſit, prorſus abeſſe voluit, ſed colloquiis (quorum ſex ſunt) varia epiſodia intexuit: qua quidem in re num apud omnes lectores gratiam initurus ſit, et num ſaltem nimia verborum officioſitas huic vel illi taedium moleſtiamque creatura ſit, nec ne, penes alios iudicium eſto, quum nos quidem facile ſuo quemque abundare ingenio patiamur. Quod autem exulare prorſus dixit ex hoc libro Cl, Auctor, quicquid hypotheſin ſapiat, quatenus praeſtiterit (licet in praefatione quaedam ſeſe ideo defendendi cauſſa proferat), ex nunc exhibendis potioribus libri momentis Lectores noſtri ipſi iudicent.

p. 28. In genere affectus iſti vaporoſi in tranſitorios, quorum ſedes primaria in deprauata digeſtione quaerenda eſt, et qui adeo ad genium ſeculi pertinere putantur (*vapeurs à la mode*), et hyſtericos diuiduntur; qui, ſi coniunctim corpus afficiunt, compoſiti audiunt. Reliquas diſtinctiones in idiopathicos et ſymptomaticos, fixos et vagos cet. non tangimus.

p. 47. Principium vtile, eſſentiale vegetabilium, propagationi ipſorum deſtinatum, germen, ſeu ſpiritus germinans aut prolificus, eiuſdem indolis

in

in animalibus eſt, eo tantum diſcrimine, quod in his ſentiendi facultate gaudeat: his igitur ſpiritibus in motum ductis ſiue efflorefcentibus, vti quaeque mutatio corporum adſcribenda eſt, prout cauſſae mouentes diuerſae fuerint, ſic etiam affectus vaporoſi: quod copioſe ſatis explicatur. p. 52. p. 53.

Mirum exemplum feminae cuiuſdam, quae ſubito morbo correpta per 21 dies mortuae ſimilis iacebat, reſpiratione laborioſa, oculis toruis, febre continua; abſque conſcientia ſui ipſius; interdum tamen, praegreſſis profundis ſuſpiriis, diſtincta voce loquebatur, et res futuras praedicebat. Superato demum morbo nihil horum omnium recordabatur. p. 66.

Luſibus ingenii annumeramus ideam, vt mentis amore nimio captae ſenſationes cauſſas affectuum vaporoſorum ſiſtunt, ſic ipſas eodem nomine inſigniri poſſe, adeoque v. c. SAPPHO affectus ſuos vaporoſos viuidiſſime verſibus expreſſiſſe. p. 70.

In accuratiore examine cauſſarum horum affectuum iterum omnis res ad ſupra dictos ſpiritus germinantes ex alimentis eliciendos redit: quod, ſi modo praeternaturali eueniat, ſeu nimius calor ventriculi digeſtionem praecipitet, ſeu idem deficiens eam imperfectam reddat, vel cruditatum, vel acrimoniae bilioſae et ſalinae nimia copia ſuccos perverſae indolis et vaporoſos producit, tranſpiratione, quae generalis ex centro corporis ad omnem externum eius ambitum fit, non ſatis depurandos; ideoque flatus iſti, vt HIPPOCRATES dixit, ex fluidis corporis noſtri ob ipſum eorum motum ſeparati in ſuperficie ipſorum per totum corpus vagantur exitumque ſibi denegatum quaerunt. p. 80. p. 88. p. 92. p. 94.

Ab acrimonia acida ex primis in ſecundas vias delata non tantum ſeroſa pars ſanguinis coagulatur; ſed etiam oleoſa plus minusue caloris acquirit, p. 113.

rit, vt ſpritus nitri oleis aethereis additus flammam, oleis autem preſſis, calorem producit. Sicut autem hoc non, niſi irregulari modo fit, neque vlla, niſi maxime volatilis atque exaltata ſanguinis pars huius mutationis capax eſt: ſic haec ſpecies inflammationis ſeu deflagrationis, vt aliis in operibus Cl. Auctor dixit, non poteſt niſi momentanea
p. 124. et tranſitoria eſſe. Quod autem deinde frigoris inſignior gradus ſubſequatur, inprimis extremitatum, ex ſimili qualitate ſpiritus nitri, qui liquores, quos coagulat, valde refrigerat, illuſtratur, et praeterea ex niſu fluidorum rarefactorum (qui effectus eſt caloris) aſcendendi, et coagulatorum ſe praecipitandi, declaratur. Ad explicandum
p. 128. vero adeo ſubitum tranſitum caloris et frigoris ex vna parte in alteram, rurſus flatibus in corpore oberrantibus, quos ſupra induxit, vtitur Cl. Au-
p. 131. ctor. Differentias vaporum ratione temperamentorum, ſanguineo pituitoſi, pituitoſo bilioſi, melancholici, et cauſſas earum aeque ac diagnoſin in
p. 150. compendio tradere non poſſumus. Pauca poſtea de prognoſi ſubiunguntur; et dein tranſitus fit ad hos affectus cum aliis morbis complicatos, et ab his ad hyſtericos. Hos vere, ſub initium aeſta-
p. 165. tis, et auctumno frequentiores eſſe, ex vniuerſali germinationis euolutione tunc eueniente ſequitur; opus tamen eſt quadam peculiari diſpoſitione corporis vniuerſi, vel huius illiusue tantum partis: licet etiam ſaepe eaedem cauſſae, quae affectus vaporoſos prius deſcriptos fouebant, adſint, ſaepe tamen deprauatio digeſtionis potius effectus, quam cauſſa dici debet, aeque ac ſuppreſſio menſtruorum, in quo tamen vltimo caſu ſaepe effectus et cauſſa,
p. 174. arcte inter ſe iuncta, affectus vaporoſos compoſitos conſtituunt. Porro de ſimilitudine vaporum
p. 182. hyſtericorum cum inſultibus epilepticis: differunt quidem

quidem inter ſe, ſed interdum tranſitus ex vapori- p. 182.
bus in epilepſiam timendus eſt, quum excretiones p. 184.
ſub ipſo paroxyſmo fiunt, praeſertim quum ſpu-
ma ſpiſſior ex ore effluit. Exempla egregii vſus
balneorum frigidorum in eiuſmodi vaporibus. p. 185.
Vtrum ſimiles cauſſae dolorificae animalia bruta p. 187.
nonnunquam afficiant? quod Noſtro haud adeo a
veritatis ſpecie remotum videtur. Suo etiam mo-
do morbus noſter contagioſus et haereditarius di- p. 191.
ci poteſt.

In praeſcribendis remediis primo admodum p. 193.
prolixus eſt Cl. Auctor in enarrandis noxis, quae
ex peruerſa viuendi ratione, noſtrae aetati ſol-
lemni, redundare debent, et deinde ad curatio-
nem ipſam progreditur. Venae ſectione ſemper p. 225.
in eius principio opus eſt; quae tamen vtrum in
pede, quod ſemper praeſtat, an in brachio, cui
repetita in pede ſubiungi debet, adminiſtranda ſit;
porro, quouſque repeti, et quantum ſanguinis
detrahi debeat? ex partialibus conditionibus defi-
niri oportet, quas ſtudioſe et egregie exponit Cl.
Auctor, et in tranſitu de noxis ſectionis venae iu- p. 233.
gularis in apoplexia diſſerit, qua ſanguinis impetus
magis verſus ſuperiora dirigatur; noxium quoque p. 235.
vſum emetici ſtatim in primo morbi impetu decla-
rat, et poſt ſanguinis miſſionem primo cardiaca
volatilia, et dein vomitorium exhiberi iubet.

Sed redimus ad curationem affectuum vaporo-
ſorum. Altero vel tertio poſt miſſionem ſangui- p. 237.
nis die vomitorium exhibetur vel ieiuno ventricu-
lo, vel ſi magis tenacitas, quam abundantia pitui-
tae animaduertatur, praemiſſis iuſculis aliquot.
Remedium, quo Cl. Auctor vtitur, componitur ex
vino emetico, manna in aqua ſoluta, et infuſo ab-
ſinthii ſeu chamaemeli. Tartari emetici et kermis

 mine-

mineralis praeparatio minus determinatum effe-ctum promittit, adeoque minus commode adhibentur. Verſus finem effectus vomitorii laxans exhibetur ex cremore tartari, cinnamomi et cardamomi minoris puluere, in aqua tanti gradus caloris, quantum ferre poteſt aeger, ſolutis; et tunc per vnum alterumue diem lenioribus laxantibus
p. 245. corpus purgatur. Vbi autem pectus imbecillius fuerit, loco emetici per plures dies ſalibus et manna primae viae eluendae ſunt. Tandem, praegreſſis his praeparationibus, compoſitio hic tradi-
p. 256. tur ex aequalibus partibus aloes, ſcammonei, myrrhae, aſae foetidae, galbani et caſtorei, cum ſapone tartari et oleo lini diuturna et poſt menſem iteranda trituratione in maſſam pilularem formandis, cuius in principio integra drachma exhibetur, quae vero poſtea partitis vicibus per plures dies porrigitur. Inſignis etiam huius remedii vſus in clyſteribus eſt. Vbi autem hae pilulae non suffi-
p. 260. ciunt, magneſia alba, *panacée de Saſſouge* Noſtro dicta, mane a dimidia ad integram vnciam ex tenuiore emulſione vel aqua ſimplici ſumta, praeſtantiſſimum eſt remedium, quae, poſtquam effectus ſuos in primis viis exſeruit, per vrinam et tranſpirationem euacuat; et hac ipſa aegrotae ad lactis huius vel illius animalis vſum praeparantur, quo
p. 263. curatio abſoluitur. Iam de aliis remediis ſententiam ſuam proponit Cl. Auctor.

Iuſcula concentratiora vt in vniuerſum raro vtilia ſunt, ſic in noſtro morbo aperte nocent: tenuiora autem ventriculum nimis debilitant, et in ipſo acorem acquirunt; falluntur etiam, qui ab incoctis herbis multum virtutis exſpectant, quarum potius ſuccus antea exprimendus eſt et iuſculis addendus, vt per momentum tantum cum iiſdem ebulliat. Ptiſanae ac decocta in noſtro morbo

item

item raro conducunt, quia potius cum materiis viſcidis coniunguntur eaſque vlterius expandunt, quam euacuant. Alia ratio eſt aquarum medicatarum, quae non tantum reſoluunt, ſed reſoluta etiam ex corpore expellunt, quales ex Gallicis ſunt Balarucenſes, Vicienſes, Borboniae, Forgenſes. Aquae purae copioſior vſus in nimia tenacitate et viſciditate humorum ſuſpectus eſt, vel ſaltem non ſufficit.

Eadem medendi ratio quoque in vaporibus hy- p. 269.
ſtericis et compoſitis locum habere poteſt: ſed ſae-
pe tunc minus ſufficiens inuenitur, adeoque cauſ-
ſarum accedentium ſcrutinium exactius requiritur,
tam moralium, quam phyſicarum. Et hic, pri-
mo omnium de reſtitutione ſuppreſſi fluxus men- p. 275.
ſtrui, primarii effectus vaporum hyſtericorum,
vti ſuperius dictum eſt, cogitari oportet. Hic au-
tem ampla fit digreſſio de toto negotio menſtrua-
tionis. Quod vero totum corpus ſub hac muta-
tione mirum ſaepe in modum afficiatur, rurſus p. 288.
ſpiritibus iſtis germinantibus ſeu prolificis, in par-
tibus generationi inſeruientibus incluſis, iam vero
totam maſſam humorum in motum cientibus, ad-
ſcribitur: inde etiam alienatio carnium animalium,
tempore coeundi enectorum. Statum tempus,
quo menſtrua redire ſolent, ſi coniecturae dandus p. 301.
eſt locus, forte ab influxu lunae proficiſci putan-
dum eſt: hanc ſpiritibus germinantibus, ſolem au-
tem ſpiritibus animalibus producendis inſeruire;
poſteriorum vehiculum ſeu potius fontem eſſe par-
tem oleoſam ſeu rubram et balſamicam ſanguinis,
priorum vero partes ſeroſas et lymphaticas; actio-
nem vtrorumque in ſe inuicem turbari oportere, p. 306.
quum irradiationes lunae ſpiritus germinantes af-
ficiant; et huic ideo cauſſae ſanguinis euacuatio-

nem originem debere. Ex conditione deprauata
p. 308. ſanguinis, vel huius ad ſpiritus relatione etiam menſtruorum vitia patent; et iam modo vix perſentiſcendo tranſitus fit ad pertractandas haemorrhagias vteri, ita tamen, vt nonnunquam ad vaporoſos effectus, illarum cauſſas vel comites, reſpiciatur.

p. 324. Harum vero haemorrhagiarum alia ſpecies eſt, quae a ſola plethora oritur, non protinus ſiſtenda, ſed ſua ſaepe ſponte ceſſans, neque ſymptomatibus grauioribus ſtipata, aegram leuans, haemorrhagiae narium, iuuenibus adeo ſollemni, aſſimilanda; alia critica, febres inſequens, attentione maiori digna, ne iuſtas limites excedat; alia, quae a ſanguine ab acrimonia ſcorbutica reſoluta, et alia demum, quae a diſpoſitione eiuſdem inflammatoria proficiſcitur. Eaedem vero cauſſae, quae affectus vaporoſos efficiunt, vehementius agentes vel diu-
p. 332. tius ſubſiſtentes etiam haemorrhagiam vteri producere poſſunt.

p. 334. Iam quod ad remedia attinet huic haemorrhagiae opponenda, venae ſectio reuulſoria in brachio, per interualla repetenda, primum eſſe debet; cauendum tamen, ne ſanguinem impetuoſius ad caput ducamus: porro protinus linteum aqua frigidiſſima vel aceto vini fortiſſimo vel ſolo, vel addito meraciori decocto abſinthii, ſed frigido, imbutum toti abdomini imponi debet. Interne puluis ſuberis combuſti a dimidia ad integram drachmam ex vino bonae notae vel ſyrupo abſinthii omni bihorio, vel puluis leguminum et ſeminum fabarum combuſtorum ad idem pondus ex vino rubro quarta quauis hora propinetur, donec profluuium ſenſim ceſſauerit. Ad praeuertendam vero recidiuam ſuccus expreſſus vrticae nigrae, primis tribus diebus quarta, et tribus ſubſequentibus

ſexta quaque hora a tribus ad ſex vncias hauſtus,
praeſtantiſſimi vſus eſt, cui, ſi ſanguis nimium ra-
refactus eſt et vrget, ad ſingulam libram drachma
vna aluminis crudi addatur. Conducunt etiam de-
coctum foliorum peruincae et burſae paſtoris, et
eſſentia RABELII, ſeu oleum vitrioli ſpiritu vini dul-
cificatum, cuius paucae guttae iuſculis et potui
aegrotae admiſcentur. Aluus in principio morbi
nonniſi emolliente clyſmate mouenda eſt: huic p. 343
autem altero die aliud ex iuſculo tenui et vrina, in
qua drachma pilularum ſupra deſcriptarum ſoluta
fuit, ſubſtituatur. Licet autem haemorrhagia
ceſſauerit, tamen vere curata non putetur, niſi aluus
liberrime reſpondeat, et perſpiratio inſenſibilis perfe-
cte reſtituta ſit. Opiata in hoc morbo ſaepius fu- p. 352
neſtiſſimum effectum producunt, et leuis adeo tin-
ctura papaueris albi dolorem grauatiuum capitis,
et diuturnam virium proſtrationem induxit. An-
tiſpaſmodica, affectibus vaporoſis de reliquo con-
venientiſſima, nimium calorem excitant. Refri-
gerantia nec adeo facile per corpus diſtribuuntur,
nec debiliori ventriculo conducunt, qui a cardia-
cis quidem melius iuuatur, ſed his ipſis haemorrha-
gia augetur. Terreorum abſorbentium effectus
vel nimis exiguus eſt, vel nimis lentus; et haec
aeque ac adſtringentia ventriculum plus iuſto gra-
vant: ab his tamen eximenda eſt magneſia, vt ſu-
pra monitum fuit.

Nunc rurſus fit digreſſio ad cauſſas ceſſantis p. 358.
fluxus menſtrui, quas Cl. Auctor in termino quo-
dam, a natura vi et actiuitate ſpirituum germinan-
tium poſito, ſicut omnibus aliis rebus ſuos limi-
tes deſignauit, ponit: ita tamen, vt multis acce-
dentibus conditionibus vario modo terminus hic
mutari poſſit. Exemplum vetulae, cuius ſuppreſ-
ſum menſtruum fluxum venae ſectio in pede bis

 reſti-

reſtituebat, cum ſeptuaginta, et rurſus, cum ſeptuaginta et tres annos nata eſſet.

p. 364. In ea haemorrhagia vteri, quae ab orgaſmo humorum oritur, laudatur epithema ex puluere ardeſiae recentis, adeoque nitro aereo nondum ſaturatae, cum albumine ouorum mixtae, ſpinae dorſi, potiſſimum vero regioni lumborum et infimae parti abdominis imponendum, mane et veſperi iterandum, et nonnunquam pauco aceto vini fortius reddendum: quod ſpecie quadam magnetiſmi acida iſta turbulenta, quae potiſſimum humores adeo exagitauerant, vt inde haemorrhagia haec orta fuerit, attrahere veriſimile Noſtro videtur.

p. 366. Exemplum eiusmodi haemorrhagiae ſolo terrore ob lipothymiam, qua ſacerdos ad aegram vocatus correptus fuerat, ſubito curatae.

Tandem de haemorrhagiis, a reſolutione humorum ſcorbutica ortis, quae nimis ſubito repreſſae facillimo negotio in hydropem tranſeunt. Hic plantae amarae, adſtringentes et aromaticae, in aceto vini optimae notae digeſtae, egregii vſus ſunt; neque alumen alienum eſt: tutius quoque cardiacis vtendum, exterius fomentationes adhibeantur, ac demum ſpecifica ſupra dicta ſubiungantur,

XVII.

XVII.

IOSEPHI THADAEI KLINKOSCH, Phil. et Medicin. Doct. in Alma Caeſarea Regiaque Vniuerſitate Carolo - Ferdinandea Pragenſi Anatomiae Profeſſoris Senioris Regii Publici et Ordinarii Programma, quo hydrocephalum fetus rariorem eiusque cauſſam proponit, nec non demonſtrationes ſuas oſteologicas publicas aeſtiuales anni 1773. indicit. Cum approbatione caeſareo - regiae cenſurae. Pragae 4. charactere Ioannae Pruſchinn viduae pl. 1.

Fetus hic maſculus, praeter caput morboſum, rite et mature edebatur a femina viginti duorum annorum, ſecundo grauida. Illud vero a baſi frontis ab auribus, totoque occipitio verſus ſinciput, circumfluo hemispherico duro et renitente tumore protuberabat. Hydrocephali igitur huius perimeter erat vnciarum viginti duarum, altitudo autem ſeptem: color inflammatorius; ad accenſam candelam quodammodo corneae craſſae adinſtar transparebat tota haec regio; reliqua infra cranium capitis facies bene ſeſe habebat.

Mortuo conuulſionibus fetu poſt horam vitae, p. 3.
velamenta capitis ſubinde ſeparantes cauum grande detegebant, libras tres aquae continens, cuius pauimentum a dura matre, paries, lacunaeque a pericranio fiebant: in eo oſſa ſincipitis liberrime oberrabant, laminae frontales oſſis frontis, ſquamoſae oſſium temporum, lambdoidea oſſis occipitis, p. 235.
ab inuolucris ſuis denudatae in cauum illud eminebat: quae oſſa cranii omnia iuſte euoluta erant.

Dura mater ſine oſſibus quidem, quae eam alias determinant, iuſte et ſolito tamen ſeſe repraeſentabat et ea includebat encephalum.

p. 4. Grauida bene ſeſe habuit vsque ad octo dies ante partum, cum a marito iuueni, diu abſente, concubitum feruentem repetitumque paſſa eſt; et ab eo tempore dolores totius ventris, animi deliquia, horripilationes, febriculam, fluxum leuem ſanguinis vterini, et magnos motus conuulſiuos fetus ſenſit, quibus interdum ſedatis, ſymptomata mitigata fuerunt.

Rariſſimam hanc ſpeciem hydrocephali, vltimis grauiditatis diebus a concubitu feruente mariti potentis ortam Noſter iudicat, nec ſimilem legere meminit, vbi oſſa ſuperiora cranii a velamentis perfecte ſoluta, in aqua, quae inter pericranium duramque matrem coiuit, libere ſupra ſe inuicem fluctuant, dura mater figuram caluariae ſolitam ſine oſſibus ſeruat, encephalum, quoad omnes ſuas dotes, integrum reperitur. Finiunt hanc obſeruationem alia mala, ab eadem cauſa profecta, vt abortus, monſtra, debilitates, vita breuis cet. et quorundam hic exempla narrantur.

XVIII.

Berliniſche Sammlungen zur Beförderung der Arzneywiſſenſchaft, der Naturgeſchichte, der Haushaltungkskunſt, Kameralwiſſenſchaft und der dahin einſchlagenden Litteratur. III. Band, I-VI. Stück. Berlin 1771. *Seitt.* 692. *in* 8. 6. *Kupf. IV. Band, I-VI. Stück. ebend.* 1772. *Seitt.* 708. *in* 8. 6 *Kupf.*

i. e.

i. e.

Collectanea Berolinenſia ad promouendam medicinam, hiſtoriam naturalem, oeconomiam et ſcientiam cameralem ſcripta. Vol. III. et IV. *)

1. *De cultura et vſu Trifolii pratenſis, Auctore* DE K. **). Pars I. p. 5.

2. *De Gemmis vulgo dictis generatim*, colligit plurium Auctorum ſententias IOANNES SAMVEL SCHROETER. p. 28.

4. Tractatus *de vernalibus curationibus.* p. 66.

8. *Taenia eſt expulſa vini aduſti vſu* et alios vermes, a nimio vſu vini vsque ad crapulam in ventriculo latentes, interdum forſan necari poſſe colligitur. p. 108.

1. GÜNTHERVS Cl. putat *Entomolithum paradoxum* LINN. non ex *Monoculo*, ſed e *Chitonis* ſpecie ortum eſſe, quod eum icones Knorrianae et Wilkianae ipſaque naturalia exempla docuerunt. Pars II. p. 118.

3. *De muſeo naturae et artis b. conſiliarii priuati* DE BÜCHNER *ampla relatio*, auctore IOANNE SAM. SCHROETERO. Nomina ſunt triuialia Germanorum, his naturalibus ita ludentium, commemoratis interdum auctorum iconibus. Omnino tamen dubitamus, aliquem ex tali catalogo in diſciplinae augmentum fructum poſſe redundare. p. 134.

4. *Deſcriptio et icon Viuerrae Naricae* LINN. deſumtae ex Actis Holmenſibus **). p. 189.

1. *De*

*) Priora volumina vide comment. noſtr. Vol. hoc p. 314.

**) vid. comment. noſtr. Vol. XVII. p. 64.

Prs. III. p. 229. 1. *De muſcis incruſtatis*, qui in riuulo, *ſaxoſo* (*Steingraben*) dicto, circa Blankenburgum in ducatu Schwarzburgenſi reperiuntur, commentatur Cl. I. S. SCHROETER. Rara eſſe muſcorum vera petrefacta, multa commentitia, recte dicit. Stalactite muſci, quos deſcribit Auctor, ſunt obducti, triplici modo; vel enim muſcorum forma plane eſt deſtructa, vel tantum parum mutata, vel in natuturali ſtatu eſt conſeruata. Incruſtationem lente ſuccedere aſſerit.

p. 256. 2. *Phyſicas inter res memorabiles* legimus de puella a natiuitate grauida, de praeternaturali graviditate iuuenis, de homine hyſtrici ſimili *). Reliqua hic mittimus.

p. 279. 3. *Methodus medendi peſti.* Venaeſectio rariſſime locum habet in peſte. Acetum reſiſtit quidem putredini, reſoluit tamen quoque, vt omnia acida vegetabilia ſanguinem. Peſtis arcendae ergo commendatur aer purus et liber, et, ſi eo vti non liceat, curetur primum libera perſpiratio et cum animi commotiones eam facile impediant, eae ſunt curioſe vitandae, e. gr. timor ob infectionem, horrores, moeror cet. Dein fonticuli ſuadentur.

p. 291. 4. *De petrefacto*, quod *ignotum* dicitur. Nullum putamus eſſe petrefactum: verum lapidem figuratum, in quo ſtriae flauicantes gypſeae ſunt, et quem *ludum* HELMONTII, in inſula Shappy Angliae inveniendum, dicunt.

p. 294. 5. Ill. Praepoſitus GENZMER, Stargardenſis, breuem *deſcriptionem* et *iconem rari petrefacti* dat. Inuentum eſt illud in ſaxo marmoreo, ſchiſtoſo, arenaceoque, atque putat Auctor, eſſe cancrum quendam eiusdem protypum habendum.

6. *In-*

*) vid. comment. noſtr. Vol. XIII. p. 117.

6. *Inſecta facilius* necari poſſe, experientia doctus Cl. SCHROETER refert, ſi oleum terebinthinae iis in os parua in copia fundatur, eaque ita ſuffocentur. Poſſe quoque hac ratione cochleas interimi facile, quarum teſtas quis in muſeo ſeruare velit. Nos tamen experti ſumus, perire hac methodo colorem inſectorum naturalem. p. 297.

1. *De egregia vtilitate aſae foetidae in maiori doſi conuulſiuis in motibus.* Aſae foetidae ortu, bonitate et viribus a b. HIRSCHEL praemiſſis, laudatur hoc remedium in vaporoſis, hypochondriacis, hyſtericis, neruoſis, paralyticisque affectionibus; hac tamen cautione adhibita, ne ob ſtimulantem et exaeſtuantem eius vim eo vtatur remedio, febre praeſente. Quod ſi vero imbecillitas corporis appareat et inprimis in naturalibus functionibus laeſis cernatur, item in maraſmo, aut vbi calefaciente medicina opus eſt, ibi aſa praeferri meretur reliquis remediis.. Pars IV. p. 342.

Promouet enim digeſtionem et humorum circulum, vitales et animales actiones iuuat et ſeruat naturalem aluiductionem. Mentionem hic quoque facit Noſter IO. MILLAR *), qui aſam in aſthmate, laudat. In epilepſia, in ventriculi impuritatibus primarum viarum, inque haemorrhoidalibus obſtructionibus cum bono ſucceſſu aſa Noſter vſus eſt in maiori doſi.

2. *Cum ad ſyſtema vniuerſale naturae* rite condendum opus ſit, vt corpora naturalia omnia diverſarum regionum noſcantur, neque hoc hactenus notum ſit: ſuadet Cl. SCHROETER, vt octo viri ſinguli partem quandam hiſtoriae naturalis ita tractent, vt collectis, quae ab Auctoribus detecta et deſcripta ſint, corporibus naturalibus, indica- p. 353.

*) Obſ. on the aſthma cet. Lond. 1769. 8.

dicatisque locis natalibus, generum ſpecierumque characteres, ſimilitudo diſſimilitudoque eorum definiantur, atque auctorum opinionibus comparatis maxime probabilis deligatur; atque ſic altera parte operis corporum naturalium enarratio, altera locorum et auctorum index realis contineatur. Lapidum igitur alius hiſtoriam, alius conchyliorum, mammalium alius, alius auium, piſcium quidam, quidam inſectorum, plantarum alter, alter minerarum ratione dicta diſquirat.

Verum, etſi conſilium Auctoris Cl. non ſit ſpernendum, tamen hanc partitionem minus congruam eſſe, quis non videt? Vt enim taceamus, comparata multitudine varietateque inſigni plantarum, auctorumque in hac parte ſummo diſſenſu fere, cum reliquis partibus, numquam vnum virum, etſi grandaeuum futurum, operi facturum eſſe ſatis: cur amphibia atque vermes reliquos, inteſtina, molluſca, lithophyta, atque zoophyta dictos, omiſerit, nos non intelligimus. Difficultates poſtea, quae occurrant in hoc conſilio exſequendo, minuere ſtudet Auctor atque exemplo ex petrefactorum doctrina deſumto rem illuſtrat.

p. 385. 4. *Collectiones remediorum nouorum.* Opiatum quod multi medici reformidant, remedium contra podagram laudatur *). Folia nympheae albae vel luteae ad lac reprimendum commendantur.

p. 396. 5. *Ex oeconomicis et phyſicis* rebus memorabilibus hic collectis haec exempla nominamus. Contra luem bouinam ſuffimigia ex pice liquida laudantur item eiusdem illinitio pone aurem et in nares. Mane et veſperi hoc fiat et initium ſit in ſeptembri et continuatio vsque ad frigus. Reliqua remedia contra luem hic ſparſim collecta mittimus

*) v. WARNER's of the gout. comm. noſtr. Vol. XVI. p. 211.

timus. Porro remedia contra ouium ſcabiem *) hic ſunt propoſita.

6. *Annotationes de mania et eiusdem cura*, per IO. GEORGIVM SCHENCKENBECHER cuius alio loco iam mentionem fecimus **). Magnam inprimis vtilitatem in huius maniae curatione ei praeſtitit radix hellebori nigri in puluere adhibita quam et b. VOGELIVS ***) in hoc morbo laudavit. Aliquoties Noſter vnam et dimidiam drachmam eiusdem radicis pulueriſatae cum pauxillo ſacchari et purae aquae dedit huic aegro cum effectu vomente et laxante non fruſtraneo. Interea vſus eſt doſi minori. p. 411.

7. Iterum Cl. SCHROETER *de baſalte*, ad conſilium mox indicatum Auctorum ſententias colligit. Non quidem potuerunt hic referri, quae FERBERVS Cl. in itinere *de origine Baſaltis* detexit †). p. 419.

8. *De Sciuro volante.* p. 433.

1. *Continuatio tractationis de vernalibus curationibus*, vbi de morbo hypochondriaco eiusque agitur medela. Pars V. p. 453.

2. *De Terebratulitis*, qui circa ducatum Montenſem et Eiffaliam ††) inueniuntur, Auctore Cl. I. S. SCHROETER. Primum de *Anomitis*, quibus quosdam nouos rariores et a Cl. WILKE †††) et DE HÜPSCH deſcriptos addit, iconibusque illuſtrat. Inter eos eſt nondum vllibi deſcriptus, p. 480.

*) Cl. REVSS. diſſ. de ſcabie ouium Tubing. 1764. 4.

**)) vid. comm. noſtr. II. decad. Suppl. II. p. 264.

***) vid. comm. noſtr. Vol. XIX. p. 289.

†) conf. EIVSDEM *Briefe*, p. 56. ſqq. 164. ſeq. comm. noſtr. Vol. XX. p. 249.

††) Dicitur, vti monet Cl. Auctor, et *Eiflia* ſeu *Ripuaria*.

†††) *Nachrichten von ſeltenen Verſteinerungen, vornehmlich des Thierreichs*, *Berl. und Stralſ.* 1769.

ſcriptus, qui dicitur ab Auctore *Conchites anomius multilobus*, *mediae magnitudinis*, *extremitatibus binis valde acutis roſtrisque duobus non pertuſis donatus.* Tum de ipſis *Terebratulitis.* Hos optime dici putat, *anomitas chamitis ſimiles.* Hos in *laeues* et *ſtriatos* diſpeſcit, qui poſteriores iterum vel ad longitudinem vel transuerſim ſtriati deprehenduntur. Bene et curate Cl. Auctor plures vel ſpecies, vel varietates perſequitur, quas vero nos hic vlterius enumerare nequimus.

p. 515. 3. *Noua remedia.* Contra calculum achras ſapora laudatur: cuius deſcriptio et vſus in diario *) legitur. Confirmatur porro hic vſus ſalicis, quae ſubſtituitur cortici Peruuiano et quaſſiae in omnibus, in quibus cortex et quaſſia conducunt morbis.

Pars VI. p. 581. 2. *Meditationes de inſitione quorundam morborum in genere.* Hominibus variolae, morbilli **), peſtis et ſcabies et lues venerea, armentis lues bouina et ouium variolae ſ. ſcabies poteſt communicari per implantationem.

p. 595. 3. *De ſale alcali minerali Panonico.* Ex terra Sebrezina, qua ſapo Sebrezinus paratur, obtinuit hoc ſal, poſtquam eam cum purificato ſale alcalino contriuiſſet et aqua pura ſolutam per euaporationem in cryſtallos mutauiſſet.

Vol. IV. In quarto volumine haec digna, quae excerpantur, nobis ſunt viſa.

Pars I. p. 5. 1. *De felici variolarum inſitione.*

p. 21. 2. Excerptum ex diſſertatione PHILIPPI LVDOVICI STATII MÜLLER ſiſtente, *dubia coralliorum origini animali oppoſita*, quae *Erlangae*, 1770.

*) Journ. de médecine 1768. p. M. ROUX.
**) vid. comm. noſtr. Vol. IX. p. 504.

1770. 4. prodiit, auctum quibusdam annotationibus translatoris. Argumenta Auctoris Cl. Lectoribus proponamus, quae quidem ſatis ingenioſa et grauia videri poterunt; nondum tamen, vt ad eiusdem ſententiam accederemus, nos mouere. Primum oſtendere conatur, quae animalia videantur microſcopii ope, ea non, niſi iudicio talia haberi; motum, qui in illis conſpiciatur, non eſſe ſpontaneum; ex ſimilitudine animalium in coralliis cum Hydris et vermibus aquarum dulcium non ſequi, illa eadem eſſe, cum et partes plantarum illis ſimiles ſint. Deinde negat animalcula ex ipſorum ſucco haec corallia fabricare: calcaream enim eorum maſſam nihil demonſtrare; non omnia, quae animalia redoleant, eſſe animalia habenda, neque animalem odorem ab omnibus concedi; neque inde in natura ſaltum quendam effici, neque ſeriem in omnibus adſumi poſſe. p. 30.

Tum ipſa dubia recenſet, quorum alia directa ſunt erga lithophyta, in quibus animalia compoſita aſſumuntur, alia erga zoophyta. Igitur lithophyta raro altiorem magnitudinem, quam tripedalem, acquirere: quod ſi animalcula ſemper multiplicarentur, fieri non deberet; ramos coralliorum ſemper ratione quadam eſſe, ad mediam partem, quam truncum dicit, etc. (contrarium nos Auctori in multis exemplis *Tubiporarum*, *Madreporarumque* oſtendere poſſemus); ramos non oriri, niſi ſi media pars certam quandam altitudinem nacta ſit; neque poſſe comprehendi ex hypotheſi aſſumta, cur corallia extendantur; ſtellas atque aperturas in vno eodemque corallio non eſſe aequales, (quae tamen in omnibus, quae vidimus, eadem eſt) cum tamen animalia alia, quae ſibi domicilia ſtruent, vnam ſemper retineant ſtructuram (et haec certe in multis diuerſa deprehenditur); eſſe autem formam eo-

rum externam arbori ſimilem (paucis profecto); non poſſe declarari, vnde animalcula tantam ſucci hauriant copiam, quae ad corallia ſtruenda ſufficiat; atque eſſe magnas coralliorum maſſas, quae ani-
p. 46. malibus careant. Ad alteram claſſem haec monet: Non eſſe demonſtratam poſſibilitatem, qua planta in animal mutetur, (multa ſunt, quorum poſſibilitas a nobis non demonſtrari poteſt; neque tamen quiſquam ideo eorum exiſtentiam, quam ſentit, negare audebit), atque cum ad generationem animalis ouum neceſſario requiratur, id in plantas has marinas ſepoſitum eſſe, vel caſu, vel ab animalibus. Omittimus reliqua dubia, quae ei repugnent opinioni, qua ab animalibus oua in plantas poſita eſſe affirmatur; cum ipſam horum animalium multiplicationem alio, ac communi modo fieri, ſatis notum ſit. Suam non dicit mentem, niſi, quod alio loco *), corallia dicat, vnitum vegetabile animali in ſua maſſa.

p. 57. 3. *Miſcellanea de venenis et antidotis.* Inter antidota reperimus hic ſuctionem per os hominis, quod niſi interne laeſum eſt, ſine omni periculo venenum ſugere et exſpuere poteſt, ſuadetur dein, vt eluatur os aceto ſ. ſuccò citri. Id quod vero nobis valde periculoſum videtur.

p. 62. 4. *Conſilia, quibus exequendis animalia noxia et inſecta deleri poſſint*, collecta traduntur. Gypſo vſto et cineribus mixto limaces, arua vaſtantes, interimi tuto poſſe. Cepis albis contuſis, quae ſeminibus ſerendis immiſceantur, eosdem arceri, quod etiam fuligine hinc inde diſperſa fiat. Optimum eſſe, ſi foſſa locus circumdetur, in quo verſantur.

4. *Qua-*

*) vid. *deliciae naturae ſelectae.*

5. *Quarundam Simiarum*, *Pitheciae, Midae, Iacchi*, *Roſaliae*, *Oedipi, et argentatae hiſtoria naturalis*, maximam partem ex BVFFONO collecta, Auctore Cl. MARTINI. *Oedipus* icone delineatur ex EDWARDO. p. 72.

2. *De quibusdam animalibus plantisque*, *quae circa ripas fluuii amazonarum habitant et creſcunt*, relatio ex itinere DE LA CONDAMINE in America deſumta. Sunt ea *Daſypus nouemcinctus*, *Gymnotus electricus*, *Teſtudines*, *Crocodili*, vbi pugna eiusdem cum Tigride deſcribitur, *Crotalus*, *Coluber corallinus*, *et Boa conſtrictor*. Pars II. p. 144.

3. *Noua inter remedia* pix liquida linteo illinita contra clauos laudatur. Applicatur illud emplaſtrum piceum tam diu, donec ipſum ſe ſoluit, dein abraditur clauus et denuo applicatur recens emplaſtrum, tandem et ipſa radix claui extrahitur. p. 158.

4. *Vulturis Papae* L. hiſtoria, cum icone ex EDWARDO. p. 173.

6. *Lethargus periodicus* inuadebat per menſem quemlibet bis, ſemper die Martis, aegrum et durabat per quatuor dies. Poſt vſum balnei in flumine apparebat hic lethargus. p. 181.

2. Obſeruatio *de lienis obſtructione ex male curata febre quartana*, quae vſu ſalis communis eſt ſanata. Auctor huius obſeruationis eſt Cl. HIRSCHEL, qui cum Cl. TISSOT, expertus eſt, obſtructionem et indurationem hepatis poſt febres melius ac facilius poſſe curari, quam lienis. De materia febrili eiusque ſaepe exigua in corpore copia dum disputat, duo exempla quartanarum febrium memorat. Vna eſt curata, applicato ob ParsIII. p. 234.

oculorum dolores veſicatorio et ſuppuratione excitata. Altera ceſſit poſt combuſtionem manus fortuitam. Saepe nonnullae puſtulae paruae criticae apparent in febribus. Paroxysmum febrilem fugat cataplaſma ex allio, ſinapi et aceto, metacarpo ibi, vbi pulſus tangitur, applicatum, item terror, ſ. aliae vehementes animi commotiones febres depulerunt.

Huic aegrae itaque Noſter dedit ſal commune ſ. culinare, quod a RYSSEL, GAVBIO, POISSONNIER, DESPERRIERES, qui de aqua marina ſcripſerunt, oſtenſum eſt, effectus eius in obſtructionibus reſerandis pendere a ſale communi *). Quidam anonymus **) eodem remedio in apoplexiis et epilepſiis cum glandulis induratis felicia tentamina fecit, nec non Cl. GREDING ***) eo vſus eſt in ſimilibus aegris, minus vero ſimili euentu. Ab initio duo cochlearia huius ſalis b. HIRSCHEL in aqua ſoluti dedit huic aegrae, cum laxante effectu, qui cum nimius fieri videretur, vnum cochleare modo ſuadebat quotidie, cuius vſu copioſum foetidum et crudis particulis impraegnatum lotium excernebatur et tam induratio, quam expanſio et tenſio abdominis decreſcebat intra quatuordecim dies. Interea vero aegra paroxyſmos febriles ſaepe paſſa, animam foetidam exſpirabat et ſanguis exſtillabat ex gingiuis. Hoc autem iuuabatur decocto florum chamomillae vulgaris concentrato, aliquoties interdiu aegrae propinato. Qua occaſione vim antifebrilem et cum Cl. PRINGLE antiſepticam horum florum Noſter praedicat et circa

*) vid. comment. noſtr. Vol. XI. p. 670. it. XVIII. p. 468. it. Vol. XVII. p. 95.

**) v. *Landarzt*, 12*tes Stück*.

***) Aduerſ. medic. pract Vol. II. p. 314. comm. noſtr. Vol. XIX. p. 120. ſeqq.

ca finem huius obſeruationis exempla memorat. De vi ſalis communis in putredinem et putredinis in ſal Noſter dum diſputat, Cll. PRINGLE et GAVBII tentamina *) huc facientia repetit, et ſcorbuti, quem non ſolum ex vſu ſalinorum ciborum deriuat, et feminae ex vſu aquae marinae effluuia ſanguinis copioſa ex genitalibus, gingiuis et naribus paſſae **), mentionem facit. Ex his Noſter colligit, aquam marinam excitare putredinem, quae craſſiorem vero ſanguinis partem et partes ſolidas non penetrat. Praeterea autem Noſter aquae marinae tribuit vim ſuppurantem ſcrophuloſas indurationes et obſtructiones ſoluendi.

Quapropter reiicit ſal et minimam eius portionem in morbis acutis et putridis.

3. Inter *oeconomicas* notatu dignas res legimus quoque de noxa fungorum eorumque campeſtrium et clathrorum. p. 252.

4. *De Serpentum faſcinatione* iterum ex CONDAMINEO et KALMIO narratur. Tum etiam *Trochili* et *Pſittaci* ſpecies, *Anatem Gambenſem*, *Bucerotem Rhinocerotem*, *Vulturem Gryphum*, *et Viverram Putorium* circa fluuium Amazonarum habitare, eorumue breuis hiſtoria traditur. p. 266

5. *Scolopendra forficata* SVLZERI deglutita, vomitorio dato, felici cum ſucceſſu per os euacuata eſt, morbusque dirus conuulſiuus ſanatus. p. 303.

8. *Bouis Indici* LINN. hiſtoria c. icone ex EDWARDO. p. 310.

*) vid. comm. noſtr. Vol. II. p. 406. Vol. XVIII. p. 471.

**) v. Philoſ. Transact. Vol. LV. p. 6. it. comm. noſtr. Vol. XV. p. 58.

ParsIV. 1. *Praemiſſa breui hiſtoria de natura Curculionis*
p. 341. *ſegetum* LINN. *remedia contra eum ſuadentur* a S. A. TH.; oeconomis vtilis tractatio.

p. 370. 2. *Viuerrae Ichneumonis* hiſtoria cum icone ex EDWARDO. Egregia et omnia bona hic collecta ex Auctoribus traduntur, quorum tamen, cum noua non ſint, mentionem non facimus, ſed Lectoribus lectionem ipſam iucundam commendamus.

p. 381. 3. Vt lues bouilla praecaueatur, optimum auxilium eſſe putat anonymus, ſi paſtores pecorum rerum periti in ſchola veterinaria educantur.

p. 386. 4. *Flores zinci*, aqua ſoluti et linteo excepti, ab Ill ROSENSTEINIO aegris, qui eroſionibus cutaneis diu cubantes in morbis vexantur, externe commendantur.

Lac aſininum artificiale paratur ex hordei puri vnciis tribus per quartam horae partem cum tribus menſuris (*Schoppen*) aquae coctis, dein colatur hoc decoctum et adduntur cornu cerui raſpati vnciae tres, totidem eryngii maritimi conditi et triginta limaces coquuntur vsque ad gelatinae ſpiſſitudinem et colantur. Huius gelatinae partem quartam menſurae (*Schoppen*) liqueſce et miſce cum totidem lactis (forſan caprini). Talis portio ſumitur mane ieiuno ventriculo, dein poſt horam rurſus et demum hora quarta veſpertina. Ita dicitur idem effectus poſſe exſpectari, qui ab aſinino lacte, et multo minori pretio.

Pars V. 1. Ratio, qua omnia corpora naturalia colligi,
p. 453. conſeruari, et in exteras regiones mitti poſſint. Plurima nota ſunt, quae ſuadentur, et ipſa rerum contemplatione docentur. Animalium maiorum et auium cutis interne illinienda eſt liquore, qui ex

ex ſalis ammoniaci vncia vna, in aqua ſoluta, et mercurii ſublimati corroſiui vnciis duabus paratur, vel arſenico aqua ſatis ſoluto. Poſtea ſiccata cutis eſt inſpergenda puluere, qui ex nicotianae, piperis nigri, partibus anaticis quatuor, aluminis vſti, et mercurii ſublimati corroſiui parte vna confectus ſit. Deinde capſulae, molli lana, liquori deſcripto intincta occludantur animalia, et ſic transmittantur*). Quae de plantis monet, ea conveniunt cum his, quae alio loco**) ex libro Cl. ELLIS retulimus.

2. *Ratio delendi Mures et muſculum, et terreſtrem* LINN. Inter alia ſuadetur a Cel. DE HÜPSCH***), in oeconomicis claro, vt nuces auellanae vel iuglandes, vel aliae eſcae murium, coquantur in decocto cicutae, atque in arua regionis infeſtatae vbique diſpergantur. Reliqua paſſim indicauimus. p. 470.

3. *De Locuſtis*, quae in Thuringia habitant, agit Cl. I. S. SCHROETER. Eas ſubdiuidit, vti SCHAEFFERVS fecit, in *Mantem*, *Locuſtam*, *Acridium*, hisque quartam addit familiam, quam dicit *Locuſtam ſpuriam*, quamque ad eam pertinere ex deſcriptione videmus, quae a LINNAEO dicitur *Bulla*. *Achetam* LINN. ſeparat. Deſcriptiones ſpeciebus ſubiungit bonas ac ſatis curatas; optaremus tamen, vt in ſelectu terminorum magis cautus eſſet. p. 496.

3. Deſcriptio et icon *Muris Iaculi* LINN. ****) p. 552.

 1. De-

*) cf. comm. noſtr. Vol. X. p. 918.
**) vid. comm. noſtr. Vol. XVIII. p. 526.
***) vid. Eiusd. *oekon. Vorſchläge wider die Schädlichlichkeit der Ackermäuſe.* *Kölln.* 8. p. 10.
****) vid. comm. noſtr. Vol. IV. p. 654.

ParsVI. 1. Deſcriptio et icon *Hirundinis Dauricae*; Auctore ERICO LAXMANN, ſumta ex actis Holmenſibus *).

p. 582. 3. Inter remedia noua *ſchiſtus* inuenitur, cuius vtilitas externe in ſerpigine, aliisque morbis cutaneis angina gangraenoſa, vuulae elongatione et tonſilla cum tumore a Cl. CLERK chirurgo laudatur.

XIX.

DOMINICI COTVNNII Philoſ. et Med. Doct. de aquaeductibus auris humanae internae anatomica diſſertatio, Vienn. 1774. 8. pl. 13. c. tab. aen. 2.

Ad ſcripta anatomica, quae documento eſſe poſſunt, ex iis, quae de corpore humano vel dum lateant, quaeque diu nonniſi coniectura aſſumta, nonnulla tandem detegi pleniusque demonſtrari, modo in experimentis aſſiduitate et diligentia vtamur, diſſertatio Cl. COTVNNII de aquaeductibus auris humanae internae pertinet **). Cuius meritiſſimus Auctor praemiſſis iis laudatisque, qui inde a longo tempore fabricam auris, eiusque vſum commentationibus illuſtrarunt, non omnes quidem auris internae partes, ſed labyrinthum inprimis ad examen vocauit, et de ſingulis eius partibus, cochlea, veſtibulo et canalibus ſemicir-

*) vid. comm. noſtr. Vol. XVIII. p. 19.

**) Hoc opuſculum, quod Neapoli 1760. prodiit, reperitur etiam in *theſauro diſſertationum programmatum* cet. Cl. EDVARDI SANDIFORT, Roterod. 1768. 4. c. f. Vol. I. XVI. p. 387.

micircularibus, nec non de neruis per has partes diſtributis ea, quae anatome ei ſubminiſtrauerat, expoſuit, quo ad aquaeductus deſcribendos vſumque eorum definiendum tranſire poſſet.

Nerui auditorii, in quo deſcribendo diligenter verſatus eſt, portio dura per aequaeductum FALLOPII tranſiens, ramum canali Vidiano potius exhibet, quam ex ſententia b. MECKELII p. 51. accipit, nonnulloſque ramos tum ad muſculum EVSTACHII et ſtapedis, tum ad faciendam chordam tympani dimittit. Mollis portionis Noſter tres ramos eſſe vidit, quorum inferiorem, molliſſimum, fere diffluere, eaque propter totam portionem iſtam nerui acuſtici mollem dictam eſſe monet. Ex his vnus, *neruus cochleae* dictus, in cochleam ingreditur, et, ad modiolum accedens, in ramos finditur, qui per foramina, in *ſpiralem tractum* modioli diſpoſita, ingreſſi, directionem modioli ſequuntur. Antea vero, quam hi ramuli dimittantur, nerui paullo longiores ad laminam ſpiralem ex eodem ramo diſtribuuntur, qui, cum in ſpiram diſpoſiti ſint, *interuallum* intercipiunt *ſpirale nerui cochleae.* Alter ramus, *ſuperior et anterior* dictus veſtibulum ingreditur in multos ramulos diuiſus, qui per foramina in veſtibulum patula ingreſſi in membranam neruoſam expanduntur, quae *ſeptum veſtibuli neruoſum* dicitur et veſtibulum in cauitatem anteriorem et poſteriorem dirimit: vtraque cum canalibus ſemicircularibus cohaeret. Ramus tertius, *ſuperior* ſcilicet *et poſterior*, in alios diuiſus per foramina in veſtibuli cauitatem hemiſphaericam (MORGAGN. epiſt. anatom. 12. §. 5.) intrat, eiusque filamenta ex parte in pulpam diffluunt, libere in ea cauea fluitantem, ex parte per eam tranſeunt, nonnulla ad canalem poſteriorem diſtribuuntur, tenuiſſimis perioſtei expanſionibus, ve-

luti vaginulis, vt videntur, incluſa. Hae nerui mollis expanſiones in labyrintho factae cum molliſſimae ſint, ne collabeſcerent vltro, aquoſo humore ſuſcipiuntur et ſuſtinentur; cuius tanta copia eſt, vt is cauum labyrinthi prorſus repleat, neque vlla eius pars habeatur, quae in naturali ſanoque ſtatù hoc humore vacua dici poſſit. Aeris, affirmatur, in labyrintho, quae clariſſimorum huc vsque opinio fuerit, nullum locum eſſe, et, ſi quid eius in eo inuenerint, eos aures vel diu poſt mortem, vel non ſatis caute exploraſſe. Has ergo nerui acuſtici expanſiones cum pulpa nerui optici non incongrue comparari: veluti enim ex hac retinam effingi, ita illas, per foramina in caveas ingreſſas, retis ad inſtar diſponi, et humectatas ſuſtineri.

Fontem humoris aquoſi labyrinthi eundem, quem in aliis cauitatibus eſſe: in cauea enim veſtibuli pariter, ac in aliis corporis cauis ex arteriis minimis vaporem exhalari. Quo teneriores autem iſti nerui ſint, eo magis opus eſſe, vt liquori immerſi inueniantur, ne ſi rudi contactu in tremorem coniici deberent, dilacerarentur. Quamquam autem ſonus ob humorem, in labyrintho contentum, percipiatur; eius tamen varietates recte diſtingui non poſſe, niſi aer, omnium maxime elaſticus accederet. Hunc enim, omnibus corporibus circumpoſitum, vel minimas eorum vibrationes quaſi percipere, easque in ſphaeram ſonoro corpori concentricam in aurem vsque propagare. Oſſicula auditus a tremente tympani membrana, quacum coniuncta ſunt, trahuntur et concutiuntur; quo facto, ſtapes, cuius baſis cum margine foraminis oualis per ligamentum circulare firmatur, in humorem, qui veſtibulum replet, impellitur, et neruoſa pulpa inde afficitur, nullus

tamen

tamen aeri vllo modo per foramen ouale ad veſtibulum aditus conceditur. Stapedis autem baſis duplici vi impellitur, partim muſculi proprii virtute, partim incudis auxilio. Quod ſi factum eſt, humor, in poſteriore cauitate veſtibuli contentus, ſeptum neruoſum, ita agitat, vt humor alterius cauitatis, preſſus, contremiſcat. Haec fieri non poſſent, niſi tum in cauitatem anteriorem, tum poſteriorem canales ſemicirculares paterent, quorum per patula orificia humor tum is, a baſi ſtapedis preſſus, tum ille a ſepto neruoſo concuſſus, fugere et impulſui cedere poſſet. Si ſtapedis baſis a membrana tympani, nimis contremente, nimis introrſum vrgetur, motis ſcilicet interiectis oſſiculis; ligamentum circulare baſeos ſtapedis, disrumpitur, et, elapſo humore, auditus perit.

Eſt autem inter humorem cauitatis anterioris et poſterioris is conſenſus, vt, ſi qua humoris copia e cauitate anteriore a ſepto neruoſo conuexo facto, per canales ſemicirculares ad cauitatem poſteriorem propulſa ſit, eadem eodem itinere recedat, poſtquam ſeptum neruoſum nunc mortua vi huius renitentis humoris repreſſum, nunc, membrana tympani cum oſſiculis recedente viua repulſum, ad planam et priſtinam formam redactum ſit. Eo igitur tempore audimus, quo humor labyrinthi ab anteriori veſtibuli cauea per canalem maxime externum ad caueam poſteriorem, ab hac per canalem communem et poſteriorem ad ſuperiorem canalem et ad eandem denuo caueam anteriorem propellitur.

Hinc *maior circuitus* eſt: *minor* eſt a cauea poſteriori per canalem communem et poſteriorem ad eandem anteriorem caueam. Hos circuitus vnusquisque excitat ſtapedis impulſus, et in vnoquo- p. 83.

que

que impulſu, eodem fere tempore nerui, qui intra labyrinthum diſponuntur, mouentur et ſentiunt vniuerſi. In homine veſtibulum ſeptumque neruoſum duplo maiora et canales ſemicirculares longe ampliores ſunt, quam in boue et equo, quo is ſonororum corporum minorum vim facillime experiri poſſit. Quemadmodum enim bruta propter magnum olfactus organum, per quod magni olfactorii nerui expandi poſſunt odoratu plurimum valent; ita homo, vt brutis audiendi facultate praeſtaret, ſeptum neruoſum magnum amplumque veſtibulum accepit. Eſt igitur is canalium ſemicircularium vſus, vt inter vtramque veſtibuli cauitatem ductus communicationis ſint, per quos humor, eos replens, ad motus libertatem neruis conciliandam deriuetur.

Neque tamen veſtibulum tantum humore plenum eſt, ſed ipſa etiam cochlea, ſcala tympani aeque, ac veſtibuli. Humori in veſtibulo contento in cochleam per ſcalam veſtibuli aditus patet; ductus eſt in hac ſcala veſtibuli, qui humorem e veſtibulo in caueam membranaceam effundit, e qua venae inhalantes eum in proximum ſinum lateralem refundunt. Hic ductus dicitur *aquaeductus veſtibuli*. Alius ductus e ſcala tympani in cochlea per rimam in cranium ipſum aperitur, per quem vaporis inſtar humor efflatur. Eſt autem inter ſcalam veſtibuli et tympani ea communicatio, vt ſcala tympani, quippe quae propius ad cauitatem tympani occluſa eſt, cum ſcala veſtibuli tubum communicantem efformet, adeoque nil in ſcala tympani contineatur, quin antea e ſcala veſtibuli in illam tranſierit. Hic alter, in baſin cranii apertus, *aquaeductus ſcalae tympani* dicitur. Humor in baſin cranii per aquaeductum ſcalae tympani

effuſus

effuſus, vt in aliis cauis fit, vaporis ad inſtar reſorbetur ſanguinique reaffunditur.

In phyſiologica tractationis parte demonſtratur, ſenſum auditus in concuſſione neruorum ponendum eſſe, quae a tremore humoris, a ſtapedis baſi moti, naſcatur. His omnibus accedunt icones, quibus partes labyrinthi deſcriptae illuſtrantur.

XX.

Diſſ. inaug. ſiſtens obſeruationes anatomicas circa infundibulum cerebri, oſſium capitis in fetu ſtructuram alienam; partemque nerui intercoſtalis ceruicalem. Praeſide IONA SIDRÉN Anat. et Med. Pract. Prof. R. et O. Auctore ADOLPHO MVRRAY, Stokholm. Vpſaliae, ex prelo Edmanniano 1772. 4. c. fig. pagg. 31. praeter dedicationem.

Paulo diligentius inſpecto quatuor cadauerum cerebro, quorum duo apoplexia ſanguinea, reliqua hydrope erant extincta, haec obſeruata notatu digna hic nobis Cl. Auctor propoſuit. Exponit vero primo de ea parte cerebri, quam infundibulum dicunt, quod praeter membranam arachnoideam et piam matrem ex membranula quadam ſtipatiori, contextui celluloſo ſimili confici vidit, hincque fieri exiſtimat, vt canale prope glandulam transuerſim abſciſſo, lumen eius fere vt in arteriis conſpiciendum ſeſe praebeat. Infundibuli vero amplitudinem in aliis eſſe aliam vidit, modo enim pennam columbinam, modo duas tertias partes pennae anſerinae aequare, imo inprimis in extremis partibus eſſe maiorem. Idem quoque in infantibus

p. 4.

p. 2.

et

et habitus laxioris hominibus eſſe maius, quibusdam ſignis comprehendit, quam in firmioris robu-
p. 3. ſtiorisque naturae hominibus. Colorem rubicundum vel cinereo rubentem, iniectionibus perſuaſus, ab arteriae calloſae ramulis proficiſci putat.

p. 4. Cauitatem infundibuli neque medullam, neque contextum celluloſum continere, ex cerebro congelato ſatis tuto collegit, ſed vacuitatem ſeruire, id quod dudum conſtat, humoribus abundantibus ex cerebro excernendis. Veruntamen hocce infundibulum, in vetula, quae anaſarca hydrope perierit, quibusdam filamentis celluloſis repletum fuiſſe obſeruauit, cuius rei cauſſam arceſſendam cenſet a laxitate corporis, quae in hoc malo de-
p. 5. prehendatur. Viam a ventriculis lateralibus per tertium ad infundibulum pertingere et inde peruenire ad glandulam pituitariam, hinc diuidi in duos ramulos, quorum vterque ſuum petat lobulum, et inde per durae matris plicas proreptam in ſinubus cauernoſis exire, collegit ex duobus capitibus gelu adſtrictis, in quibus continua gleba glacialis il-
p. 6. lam viam, de qua diximus, luculenter oſtendit. Denique opiniones veterum et recentiorum de modo humoris e cerebro excernendi recenſet, additque,
p. 8. quid ſibi de hac re videatur, nimirum illum humorem per viam, de qua dictum eſt, ex infundibulo in ſinus cauernoſos excerni.

Inuſitata oſſium capitis in fetu forma, de qua in ſecunda parte agitur, non minus memorabilis
p. 10. eſſe videtur. Difficili ille fetus edebatur partu, et cum Cl Auctor ob ſuturarum coalitum perforatorium adhibere fruſtra tentaret, forcipe tandem illum extraxit. Caluariae diameter verticalis per quinque et dimidium digitos; transuerſalis autem quatuor cum quarta parte patebat: ipſa vero cal-

varia

varia, non vbique eiusdem erat craſſitiei, ad ſuturam enim coronalem, vbi os frontis cum parietalibus erat omnino connatum, triplo craſſior ac omnibus caeteris partibus reperiebatur. Hic opinionibus *) Hunauldiana et Bertiniana, de cauſa, cur interdum oſſa capitis in fetu connaſcantur, refutatis, cauſam huius rei ab eo repetendam exiſtimat, quod puncta oſſificationis, vbi nimis prope ad ſuturas acceſſerint, fibris ſuis eas plane tollant. Quod in hoc quoque reperit fetu, in quo eo in loco, vbi ſutura eſſe debuiſſet, tria oſſificationis vidit puncta, quae inter ſe ſeſquialteram vnciam diſtabant; quorum alterius fibrae ad vtrumque os, alterius ad os frontis ſolum, tertii tandem ad occipitis erant porrectae. Fomes vero viroſus, miaſma vulgo dicunt, cauſa ipſi, ſi non ſemper, certe in hoc fetu, videtur, cur puncta oſſificationis non ſemper eundem obtineant locum. Carie quaſi varia corrupta videbantur oſſa, vt interna ſuperficies oſſis frontis et bregmatum, quae cellularis a vermibus quaſi eroſa conſpiciebatur.

p. 15. p. 11. p. 17. p. 11.

Eiusdem capitis quoque foueam, in qua diffuſa eſt glandula lacrymalis, tres lineas craſſam quatuorque altam eſſe deprehendit. Margo oſſis frontis, ſuturam ſagittalem in infantibus continuans, ita erat inaequalis, vt ex connexione oſſium vtriusque lateris plures formarentur fontanellae. Apophyſis orbitalis vtriusque lateris, in quinque partes tenuiſſimas atque difformes erat diuiſa. Angulus anterior oſſium bregmatum nimis elongatus ad fonta-

p. 12. p. 13.

*) Cauſa coalitionis oſſium in diuerſa incrementi proportione inter cerebrum et oſſa latet, adeo vt, ſi cerebrum magis increſceret et inde maior preſſio in oſſa, ſuturae diutius hient; oſſificatio vero ſi ſuperet incrementum cerebri, oſſa concreſcant limitesque eorum obliterentur.

fontanellam comprimendam coarctandamque multum contuliſſe Noſtro videtur. In medio margine ſuperiore emarginatio erat ſigmoidea, quae tanta erat, vt angulum 80 gradus ſuperantem conſtitueret: quae tanta emarginatio fontanellam efficiebat quadratam, cuius anguli anteriores cornuum
p. 17. obtuſorum inſtar erant producti. Emarginationem hancce a penuria materiae oſſeae ducendam eſſe, aſſerit Noſter.

p. 13. Partes oſſis temporum in dextro latere, altero oſſe multo erant maiores, parsque ſquamoſa atque petroſa arcte erant connata, cum in altero latere facile ſe diduci ſinerent: annulus oſſeus itidem ita erat cum vicinis partibus iunctus, vt plane deeſſe videretur, donec ſulcus membranae tympani deſtinatus extremaque annuli, ad apophyſin zygomaticam in conſpectum veniiſſent.

p. 18. De variationibus quibusdam in parte ceruicali nerui intercoſtalis tandem agit: pertinent eae potiſſimum ad ganglia ceruicalia vulgo dicta et neruos cardiacos ex hiſce gangliis ortos. In tabula aenea adiecta cranium cum ſuturis coalitis, in ſecunda obſervatione deſcriptis, continetur.

XXI.

Neruorum ceruicalium anatome a IANO BANG. Hauniae litteris N. Moelleri 1772. 8. 1¼ pl. tab. aen. 1.

Cum nerui ceruicales omnes nondum accurate ſatis deſcripti aut delineati ſint, pleniorem quandam eorum notiam Cl. Auctor in tabulam quandam redactam hic tradere tentat. In icone vero adiecta hi nerui non in ſitu, ſed extra corpus exemti

exemti delineatur. Octo eorum paria, vt recentiores omnes, numerat, decimo ſcilicet neruorum cerebri ſeu infraoccipitali ad ceruicales neruos relato: occipitalem magnum ſub ſecundi, paruum vero ſub tertii paris hiſtoria, vt auricularem et ſuperficialem colli deſcribit. Phrenici nerui quoque deſcriptionem eo loco tradit, vbi de quarto pare exponit, vt alia taceam.

In altera figura varietas in origine nerui intercoſtalis a Cl. Auctore obſeruata ab eo deſcribitur. Vidit enim neruum hunc duplici radice ex neruo ſexto cerebri oriri, ita, vt cum ea radice, quae ex ramo profundo nerui Vidiani prouenit, tres eius radices eſſent. Ramus quoque Vidiani nerui ramulo ſexti paris inſerebatur. Prodiit hic libellus academicus anno ſeculi huius ſeptuageſimo ſecundo, licet annus impreſſionis non in titulo eiusdem indicatus ſit.

XXII.

Diſſ. neurologica de gangliis neruorum, quam pro loco in ordine medicorum Academiae Lipſienſis obtinendo defendit IOANNES GOTTLOB HAASE, Phil. et Med. Doct. Reſpondente *G. H. C. Peſchelio*, Lipſiae 1772. 4. pl. 7.

Plures diſſertationes academicas, quae vltimis hiſce annis hic Lipſiae et in aliis vicinis Academiis prodierunt, librorum copia impediti indicare non potuimus, licet inter eas haud paucae ſint, quae praeſtantiores obſeruationes continent et de Auctorum ſuorum doctrina ſatis teſtantur. Ad eas cum primis varii Cl. HAASII libelli pertinent, ex quibus

iam de eo, quod *de gangliis neruorum* inſcribitur, pauca monebimus.

p. 15. Docet vero in illo Cl. Auctor FALLOPIVM primum ganglia deſcripſiſſe, licet eius deſcriptio ab erroribus non immunis ſit. Plura deinde WILLISIVS et VIEVSSENIVS addiderunt, quorum prior ea ſpirituum animalium diuerticula eſſe, poſterior vero in iis nouam ſpirituum horum elaborationem fieri putarunt. LANCISIVS poſtea gangliis varias quoque tunicas muſculoſas tribuit, eaque cum corde ita comparauit, vt fluidi potiſſimum neruei motum illa contractione ſua adiuuare autumaret. Triplicem tandem, vt alios omittamus, vſum beat. MECKELIVS iis *) adſignauit: vt ſcilicet primo in iis nerui diuidantur et in ramos ſecedant; deinde, vt eorum ope rami ad varias e regionibus diuerſis poſitas partes diſtribuantur, tandemque tertio, vt minimi ſurculi neruei in gangliis his arctius inter ſe vniantur. Quibus omnibus nuperrima de hac re hypotheſis Cl. IOHNSTON accedit, qui**) gangliis animae in partes vitali motui praeditas imperium limitari putat.

p. 26. His praemiſſis Cl. Auctor ea deſcribit, quae ipſe in gangliis humanis, equinis et bouinis non recentibus tantum, ſed et coctis ac maceratis vidit, quibus obſeruationibus omnibus abſentiam fibrarum muſcularium et gangliorum ex neruis et tela celluloſa arctius conſtipata compoſitionem confirmat. Quae ganglia exterius inuoluit celluloſa tela laxa eſt, altera propius iis adhaerens denſa eſt. In interiore vero ganglii parte nerui minimi retis ad inſtar inter ſe coniunguntur, atque areolas eorum

*) *Mém. de Berlin.* 1749.

**) Eſſay on the vſe of the ganglions of the nerues. Shrewsbury. 1771. comm. noſtr. Vol. XIX. p. 621.

rum contextus cellulosus replet. Vaſorum quoque ſanguiferorum in gangliis diſtributionem obſeruauit, ex quibus nonnulla cum fibrillis nerueis e ganglio procedentibus iterum quoque egrediuntur.

Ad vſum deinde, quem ganglia neruorum c. h. praeſtant, Cl. Auctor accedit, eumque potiſſimum cum Ill. MECKELIO in diuiſione et diſtributione neruorum ponit. Neruorum tamen vnioni efficiendae ea deſtinata eſſe negat. Omnes enim neruorum faſciculi propria quadam tela celluloſa inuoluta ſunt, et in gangliis medullae ſpinalis, quas ad radicis duplicis coniunctionem factas eſſe Cl. MECKELIVS autumat, in boue Cl. Auctor obſeruauit, magnam radicis poſterioris partem ganglion non ingredi, ſed ei tantum adhaerere. Omiſſis aliis argumentis, quibus ZINNII hypotheſin, qui neruos in gangliis nouum contextum celluloſum accipere docuit, et GORTERI ſententiam Cl. HAASE refellit, qui vaſorum ad neruos diſtributioni ea inſeruire putauit, ea tantum indicaſſe ſufficiat, quae contra IOHNSTONII opinionem Cl. Auctor monet. p. 37.

Docet vero primum gangliorum ſtructuram non cum corticis cerebri fabrica comparari poſſe, a qua longe diuerſa eſt, cum vaſa non acinos forment, ſed tantum vel celluloſam telam neruis interiectam adeant, vel neruis applicata vna cum iis iterum egrediantur, vt itaque ab iis vaſis non alius ſecernatur humor, niſi qui nutritioni harum partium inſeruiat eaſque humectet. Deinde ex gangliis quoque ad partes voluntati ſubiectas rami procedunt, vt ad intercoſtales muſculos, diaphragma cet. Nec experimentum, quo Cl. Auctor, abſciſſo animalis capite, ex irritatione medullae ſpinalis p. 40.

omnes muſculos reliquos conuelli cordis vero motum non mutari vidit, aliquid probat, cum cordis motus ab irritabilitate pendeat et capite cum collo abſciſſo ex parte quoque ii deſtruantur nerui, ex quibus cardiacorum pars oritur. Ventriculus contra in quem nullum voluntatis imperium eſt, ex pari vago ramos accipit. Addit Cl. HAASE obiectiones quoque alias ex phyſiologia repetitas: v. c. partes, quae a gangliis neruos accipiant, aeque acute, quam reliquas ſentire, ſenſum itaque gangliis non imminui et anguſtationem pupillae ſpontaneam non a ganglio ciliari pendere, cum is irritationis nerui optici effectus a luce productus ſit.

p. 51. In fine quaedam Cl. HAASE de ſympathia partium corporis humani monet, cuius cauſſam non in gangliis vel neruorum anaſtomoſi, ſed cum WHYTTIO in cerebro et ſenſorio communi quaerit. Plures alias ſubtiliores animaduerſiones omittimus.

XXIII.

Noua phyſico medica.

A Societate Caeſareo regia ſcientiarum elegantiorum literarum et bonarum artium *Bruxellenſi* *), de qua ſupra dictum eſt, praemium die 14 octobris 1775. diſtribuendum huic quaeſtioni eſt dicatum: *Qua ratione in Belgicis prouinciis ouium lana praeſtantior gigni poſſit?* (*Quels ſeroient les moyens de perfectionner dans les provinces Belgiques la laine des moutons?*)

Libelli Gallice, Belgice aut Latini conſcripti ante diem 16 iulii 1775. Cl. GERARD, qui Reginae Poten-

*) comment. noſtr. Vol. XIX. p. 363.

Potentiſſimae et ſocietati a ſecretis eſt, obſeruatis cautionibus, quas alibi tradidimus *), mittantur.

Seelandina nuper fundata ſocietas *Vliſſingenſis* **) artium et ſcientiarum repetit in annum 1776 propoſitam quaeſtionem: *Quaenam ex natura ſoli prouinciae Seelandiae eiusque inſularum proportio poſſit inueniri inter arbores, viridaria, prata agrosque* cet. ***).

Dein praemium die 1 ianuarii 1776. ſoluendum proponit *Eadem* quaeſtioni: *Quae ſint ſigna febris cuiusdam putridae nauigantibus in Indiam Orientalem infeſtae? Quae cauſſae eius et remedia?* (*Quels ſont les ſignes diſtinctives d'un fievre putride, qui regne à preſent ſur les vaiſſeaux, qui partent de Hollande pour les Indes Orientales? et quels en ſont les cauſes et les remedes?*)

Qua lingua commentarii ſint ſcribendi et, quo modo iidem mittendi, alibi †) iam narrauimus.

Societatis ſcientiarum *Harlemenſis* quaeſtio in annum 1777. ita ſe habet: *Quae ſunt arbores vel plantae, quae incolis conducunt et quarum efficacia contra morbos* in Belgio confoederato *experientia eſt ſtabilita?* (*Quels ſont les arbres ou plantes relatifs à nos beſoins et reconnus infallibles par l'experience dans la guériſon de maladies, qui ſe trouvent dans l'etendue de ſept Provinces unies et pays aſſocies.*)

Porro quaerit *Eadem: Sintne praeter coffeam, ſaccharum, cacao et goſſypium aliae plantae et arbores et vegetabilia, quae poſſint coli in coloniis Indiae occidentalis reipublicae et quae potiſſimum victui opifi-*

 ciisque

*) v. comm. noſtr. Vol. XIX. p. 363.
**) ib. Vol. XVIII. p. 538.
***) ib. p. 539.
†) ib. Vol. XVII. p. 535.

ciisque huius regionis ſeruiant? (Eſt-il outre le caffé, le ſucre, le cacao et le coton, quelques autres plantes, arbres et végétaux, qui puiſſent etre cultivés dans les colonies des Indes occidentales de la Republique et qui ſoient propres à ſervir d' alimens, ou applicables aux manufactures et aux fabriques de ce pays?)

Denique repetita eſt quaeſtio in annum 1776. quae attinet ad legumina, radices, ſiliquas cet. a nobis iam ſupra commemorata *): nec non alia, quae agit de morbis, quibus ſunt obnoxii incolae patriae ex naturali eius conditione cet. **) et tandem, quae ſunt arbores, arbuſta et plantae, praeter arundinem cet. ***).

Regia *Gottingenſis* ſcientiarum Societas exſpectat menſe nouembris 1775 ſolutionem quaeſtionis de letiferis vaporibus acidularum anno 1772. propoſitae et alio loco iam memoratae †).

Eodem tempore *Eadem* optat, commentarium, quo disquiſitum ſit certis et indubitatis experimentis atque tentaminibus, *vtrum equorum coryza morbus ſit contagioſus ſecundum plerorumque ſententiam, nec ne, vti nonnulli recentiorum volunt?*

Porro ab *Eadem* ad nouembrem 1776. haec oeconomica quaeſtio eſt propoſita: *Quaenam vegetabilia in Hannouerano territorio ſine cultura creſcant, quae inprimis ruricolis valde vtilia euadant, negotiis eorum haud neglectis, ideoque mereantur iis cognita eſſe?*

Praemium eſt moneta duodecim aureorum Hollandicorum numorum. Commentarii ita, vti ſolitum et a nobis iam aliquoties notatum eſt, mittantur ſocietati ante finem ſeptembris.

Noua

*) vid. comm. noſtr. Vol. XVIII. p. 354.
**) v. ib.
***) v. ib. Vol. XIX. p. 548.
†) v. ib. Vol. XVI. p. 544.

Noua item quaeſtio *Eiusdem* Societatis in nouembrem 1776. ex claſſe mathematica ita eſt formata: *Inquirere in leges, ſecundum quas corporum motus retardatur ob frictionem. Quod ſi quid in his legibus a conditionibus diuerſis ſuperficierum earum forte magnitudine, figura, politura aut a materiarum diſcrimine proficiſcitur, vt v. c. alia chalybis ſuper chalybe, alia chalybis ſuper aurichalco ſe mouentis ſeu circumducti frictio ſit: quid haec efficiant, ſaltem vnius alteriusue earum forte ſuperficierum, quae maxime in rerum vſu adhibeantur exemplum illuſtrare.*

Praemium eſt moneta quinquaginta aureorum Hollandicorum pretio. Elaborationes exſpectantur ante finem ſeptembris 1776.

Helmſtadii Cl. GODOFREDO CHRISTOPHORO BEIREISIO profeſſio therapiae et botanices a Sereniſſimo Principe eſt demandata et munus Eius profeſſoris medicinae theoreticae ac materiae medicae FLOR. LAVR. FRID. CRELLIO eſt datum.

Ibidem Experientiſſimus GEORGIVS RVDOLPHVS LICHTENSTEIN inter profeſſores medicinae extraordinarios eſt receptus.

Cl. IOANNES IACOBVS FERBERVS Suecus in gymnaſio academico *Mitauienſi* hiſtoriae naturalis Profeſſor electus eſt.

CHRISTIAN GOTTLIEB KRATZENSTEIN nuper medicinae Doctor et Decanus creatus eſt *Hafniae.*

Ibidem Experientiſſimus GVLDBRAND Medicinae Licentiatus Doctoris honores eſt adeptus, cum nuptiae principis regii celebrarentur.

Experientiſſimus PETRVS RVDOLPHVS SPANGENBERG, conſiliarius et medicus aulicus Megapolitanus, *Bützouiae* Profeſſionem medicinae tertiam nactus eſt.

Cl. CHRISTIANVS IOANNES BERGIVS, Danicus medicus regius *Kilonienſis* Profeſſor Chirurgiae et artis obſtetriciae nominatus eſt.

Cl. et Experientiſſimus SCHROETER, qui hactenus Baſſumi prope Bremam fecit medicinam atque libro de methodo inoculationis notus eſt, vocatus eſt Profeſſor medicinae ordinarius *Rintelium*.

Cl. NATHANAELIS GODOFREDVS LESKE, philoſophiae doctor, artium magiſter, medicinae baccalaureus, ſocietatum naturae curioſorum Berolinenſis et apiariae in Luſatia ſuperiori ſodalis, Profeſſor Hiſtoriae Naturalis Publicus Extraordinarius eſt factus in Academia *Lipſienſi*. Adibit hoc munus die 8 Februarii 1775. oratione de *hiſtoria naturali philoſophice conſideranda*, ad quam audiendam invitat programmate, quo *phyſiologiam animalium* commendat.

Regiae ſcientiarum Societatis *Goettingenſis* ſodales ſunt facti GEORGIVS CHRISTOPHORVS LICHTENBERG ad claſſem mathematicam, Cl. HELL ſodalis extraordinarius exterus: Cl. vero IOANNEM FRIDERICVM GVILIELMVM CHARPENTIER Profeſſorem Freybergenſem et IOANNEM CASPARVM D'ANSE DE VILLOISON, nuper inter ſodales academiae ſcientiarum Berolinenſis receptum, Correſpondentes ſibi elegit Societas.

IOAN-

IOANNI GEORGIO EISEN ſacerdoti Tormano in Liuonia Illuſtriſſimus Comes Schaumburgico - Lippenſis cet. inuentione artificii omnia olera ſiccandi claro *) numum miſit inſcriptum: *Herbarum conſeruatori.*

Moriebatur die 15 iunii 1774. *Dunfries* in Scotia Experientiſſimus EBENEZER GILCHRIST.

Berolini Celebris in anatomia pariter ac medicina IOANNES FRIDERICVS MECKEL variarum ſocietatum et academiarum ſodalis hac ipſa 1774. aeſtate quinquageſimum primum aetatis annum morte finiuit.

Die 8. octobris 1774. *Coburgi* Experientiſſimus IOANNES SEBASTIAN ALBRECHT, per quadraginta annos Phyſices Profeſſor Ordinarius Gymnaſii, quod ibidem floret, academici, Phyſicus prouincialis huius principatus, et Adiunctus Naturae curioſorum, annos octoginta natus obiit.

SAMVEL GOTTLIEB GMELIN, Profeſſor Academiae Petropolitanae, natus *Tubingae* 1744 et de hiſtoria naturali bene meritus, non ſolum diario ſuo cum omnibus ſuis rebus priuatus eſt, ſed quod maxime dolendum, poſt ſex ſeptimanas etiam die 1. auguſti 1774. diarrhoea correptus obiit et ad Caucaſum ſepultus iacet. Viduae ab Auguſtiſſima Imperatrice Ruſſorum ſtatutum eſt ſtipendium 2000 numorum Ruſſicorum.

Piſae paulo abhinc deſiit viuere Experientiſſimus BONAVENTVRA MARTINI Profeſſor medicinae theoreticae, qui vt mathematicus praeſertim fuit celebris.

*) v. Indic. Med. phyſic. ſcriptor. 1772. ſub nomine EISEN paulo infra.

Gedani MICHAELIS CHRISTIANVS HANOW celebris phyſicus 1774 anno exeunte ſenio confectus vitam finiuit.

Nidroſiae Cl. IOANNES ERNESTVS GVNNER, qui Floram Norwegicam ſcripſit, mortem nimis praematuram expertus eſt, 1774.

Petersdorfii in Auſtria die 21 nouembris 1774. anno aetatis ſexageſimo nono IOANNES SIGISMVNDVS VALENTINVS POPOWITSCH, vir de lingua Germanica et hiſtoria naturali optime meritus e vita exceſſit. Obſeruationes, a ſemetipſo collectas intra quadraginta annos, botanicas, entomologicas aliasque ad hiſtoriam naturalem pertinentes tradidit Cl. DENIS Viennenſi, qui earum editionem optime curabit.

Vindobonae Cl. HELL chalybem vi tanta magnetica impraegnauit, quanta antea vix Angli valuerunt et colicam feliciter cum eo curauit. Applicatur idem ipſi abdomini per variae magnitudinis annulos.

CANINI ſacerdos Venetus inuentione chalybis magnetici clarus vendit machinam ingenioſiſſimam, quae ſeptem refert chalybes praeſtantiſſimos magnetice attrahendo valentes, firmiſſime conflatos laminis orichalceis et cochleis (*Schrauben*) ſub forma ferri equini; differunt vero grauitate et volumine, medius vnciarum 17. pondere, diametro 16, ſex reliqui minuuntur pro diſtantia a centro per gradus pondere et volumine. Attrahunt vero 129. libras 11. vncias $\frac{7}{12}$. His chalybibus acus magneticae poſſunt ſummopere refocillari et ad augendam vim chalybis magnetici contra conuulſiones praeſtantiſſimi ſunt.

Eſt

Eſt profecto de magnetis viribus medicis huc vsque multum diſputatum eique roborans, anodyna et neruina vis adſcripta. Plurimae, quae ad vſum magnetis medicum pertinent, reperivntur in diſſertatione *) apud nos ventilata, qua praemiſſis quibusdam de ferro, magnete nativo, chalybe et magnete artificiali, deque effluuiis magneticis, quatenus per experientiam patent, agitur de mutationibus, quae magnetis adiumento in corpore humano fiant, de viribus magnetis medicis, de morbis per magnetem curandis et de methodo magnetem applicandi, additis ſimul exemplis ex aliis atque aliis Auctoribus ſparſim propoſitis de virtute magnetis medica. Laudatur et hic magnes contra conuulſiones aliasque neruoſas affectiones morboſas.

Inuenta eſt machina, vbi ſpecula duo cauſtica radios ſibi mutuo miſſos ita cogant, vt ad pedes octo Pariſinos metalla pro denſitatis gradu quaeque ſatis cito fundant: multum de ipſa, niſi ad modum Archimedeae in bello, in mineralogia tamen ſperatur.

Cl. KAEMPFER *amoenitatum* verſionem Germanicam ex manuſcripto KAEMPFERI cum 45 tabulae aeneis curabit Meyeriana in Lemgouia officina pretio quinque thalerorum. Incipietur hoc opus, ſimulac ducenti, qui nomina ſua profiteantur emtores conuenerint.

Augebitur praeterea et hoc opus a Cl. DOHM tam libellis ex amoenitatibus deſumtis, quam operibus quibusdam KAEMPFERI a Cl. SLOANE partis et in muſeo Britannico ſeruatis.

Cl.

*) De magnetiſmo in corpore humano Auctore IO. DANIEL REICHEL. Reſp. *Chriſtian. Ludwig*, Lipſiae 1772. 4.

Cl. GOETZE, ſacerdos Quedlinburgenſis, hiſtoriae naturalis aſſiduus cultor TREMBLEYI *de polypis* opus auctum et commentarios Celeberrimi de GEER *de inſectis* Germanice vertere incepit.

XXIV.

Continuatio indicis ſcriptorum phyſico medicorum, quae anno 1772. prodierunt.

L'art de ſe guerir ſoi même dans les maladies veneriennes par M. BOURRY Doct. reg. de la faculté de méd. en l'univerſité de Paris. Seconde edition. à paris 8. maj.

* * BRANDERS *Beſchreibung zweyer neuer Barometer. Leipz.* 8.

Select caſes in the practice of medecine. By JOHN BRINBANE, M. D. Lond. 8.

Beweiſſ der Möglichkeit, daſ einige Leute könnnen lebendig begraben werden, nebſt der Anzeige, wie man dergleichen Vorfälle verhüten könne, von I. P. BRINCKMANN, *der A.* D. *Düſſeldorf, Cleve und Leipzig*, 8.

BRISBANE V. BRINBANE.

RICHARD BROCKLESBY'S *oekonomiſche und mediciniſche Beobachtungen zur Verbeſſerung der Kriegslazarethe und der Heilart der Feldkrankheiten. Aus dem Engliſchen überſetzt und mit einigen Anmerkungen begleitet durch* D. CHRISTIAN GOTTLIEB SELLE. *Berlin* 8.

H. C. BRODKORB ſpec. inaug. de affectione hypochondriaca ac hyſterica. Erford. 4.

Neue verbeſſerte und vollſtändige Beſchreibung der geſunden warmen Brunnen und Bäder zu Ems, entworfen von CARL PHILIP BRUCKMANN. *Frankf.* 8.

MAR-

Martin thrane brünnichii zoologiae fundamenta praelectionibus academicis accommodata: *Gründe der Dyrelaeren.* Hafniae et Lipſ. 8.

Nachricht von dem jetzt herrſchenden Fleck- und Frieſelfiebern von D. wilh. heinr. sebastian bvcholz. *Weimar* 8.

Neuviéme décade des planches de botanique. Par M. buc'hoz à Paris fol.

Eiusd. *Sammlung auserleſener Briefe zur Erhaltung der Geſundheit und durch den Bau und Erziehung der Gewächſe ſich zu bereichern. Erſter Theil. Aus dem Franzöſiſchen. Nürnb.* 8.

Introduction à l'Etude des corps naturels. tirés du régne minéral. Par M. bucquet, Doct. Reg. de la facult. de medecine de Paris. à Paris. 12 Vol. I. et II.

Herrn von buffons *Naturgeſchichte der Vögel. Aus dem Franzöſiſchen überſetzt und mit Anmerkungen, Zuſätzen und vielen Kupfern vermehrt durch* f. w. h. martini. *Erſter Band. Berlin* 8.

Eiusd. *Naturgeſchichte der vierfüßigen Thiere. Erſter Band. Berlin* 8. *m. K.*

Eiusd. *allgemeine Naturgeſchichte. Vierter Theil.* ib. 8.

Ant. frid. büschings *eigne Gedanken und geſammlete Nachrichten von der Tarantel zur gänzlichen Vertilgung des Vorurtheils von der Schädlichkeit ihres Biſſes. Berlin* 8.

A diſſertation on the gout and all chronic diſeaſes jointly conſidered as proceeding from the ſame cauſes, what thoſe cauſes are and a rational and natural method of cure propoſed, addreſſed to all invalids. By will. cadogan Fellow of the college of phyſicians. The tenth edition. Lond. 8. maj.

Wil-

WILHELM CADOGAN traité de la goutte et de toutes les maladies chroniques; avec une méthode naturelle et raiſonnée propre à les guérir traduit de l'Anglois. à Paris 12.

Eiusd. *Abhandlung von der Gicht und allen langwierigen Krankheiten als Folgen von einerley Urſachen betrachtet nebſt einem Vorſchlage zu ihrer Heilung. Aus der Engliſhen zehnten Ausgabe überſezt. Frf. und Leipz.* 8.

Inſtitutiones pathologicae. Auctore M. A. L. CALDANO. Patauii 8. maj.

The baths of the Romans explained and illuſtrated. With the reſtorations of Palladio corrected and improued. By CHARLES CAMERON Archit. Lond. fol. maj.

Anmerkungen über die Einimpfung der Blattern durch Beobachtungen erläutert von PETRVS CAMPER. *Aus dem Hollaendiſchen. Mit Kupfern. Leipzig* 8.

La médecine pratique rendue plus ſimple plus ſûre et plus methodique par M. LE CAMVS, D. M. à Paris 12.

** CARL diſſ inaug. de igne et grauitate calcis metallicae Reſp. IO. NEPOM. ANT. RECHEN, Ingolſtad. 4.

A diſſertation upon neruous ganglions and nervous plexus. By JOHN CAVERHILL. Med. F. R. S. Lond. 8.

Erfahrungen und Wahrnehmungen über die Urſache des Todes derer Ertrunkenen, nebſt denen dabey ſich ereignenden Erſcheinungen; welche in Gegenwart derer dazu ernannten Abgeordneten in der Königlichen Vieharzneyſchule zu Lyon öffentlich angeſtellet, durch ihren Bericht gebilliget und von der Königlichen Academie der Wundarzneykunſt ſehr günſtig beurtheilet worden ſind, durch die Herren

ren CHAMPEAUX *und* FAISSOLE. *Aus dem Franzöſiſchen überſetzt, Danzig* 8.

Le ventriloque on l'engaſtromythe. Par M. DE LA CHAPELLE Cenſeur royal. etc. à Paris 12. Voll. 2.

AVR. CORNEL. CELSI de re medica libri octo ex recenſione I. VALART. ib. 12.

La camalogie; ou de l'education des filles deſtinées au mariage. Par M. CERFVOL. à Paris 12.

CODE de médecine militaire pour le ſervice de terre. Ouvrage vtile aux Officiers neceſſaire aux médecins des armées et des hopitaux militaires. Par M. COLOMBIER, Doct. en Medec. ib. 12.

HENR. COPE demonſtrationes medico practicae prognoſticorum HIPPOCRATIS ea conferendo cum aegrotorum hiſtoriis in primo et tertio libro epidemicorum deſcriptis. Ienae 8. (Studio Cl. ERNEST. GODOFR. BALDINGER.)

De la ſobriété et de ſes avantages; ou le vrai moyen de ſe conſerver dans une ſanté parfaite iusqu'a l'age le plus avancé. Traduction nouvelle de LESSIVS et DE CORNARO; avec des notes. Par M. D. L. B. à Paris 12,

Elixir Américain ou le ſalut des Dames par rapport à leurs maladies particulieres. Par M. DE COURCELLE. ib. 12.

An eſſay on the nature, cauſe and cure of a diſeaſe incident to the liuer hitherto but little known tho' very frequent and fatal in hot climates. By JOHN CRAWFORD Surgeon. Lond. 8.

Lectures on the materia medica. By WILL. CULLEN. M. D. Lond. 4. maj.

Eiusd. ſynopſis noſologiae methodicae in uſum ſtudioſorum. Editio altera in quarta parte emendata

data et adiectis morborum ſpeciebus aucta. Lugd. Batav. 8. maj.

SAM. VERESTOI DE CZER ſpecimen annotationum helmintologicarum, quae ſpectant naturalem hiſtoriam lumbricorum. Franequerae 4. maj.

Le manuel du jardinier, ou journal de ſon travail diſtribué par mois. Par M. D***. à Paris 12.

La mère ſelon l'ordre de la nature, avec un traité ſur les maladies des enfants. Par M. DELEURYE. ib. 12.

Eſſais de criſtallographie, ou deſcription des figures géometriques, propres à différens corps du regne mineral, connus vulgairement ſous le nom de criſtaux avec figures et dévéloppemens. Par DE ROMÉ DELISLE etc. ib. 8. maj. c. fig. aen.

H. F. DELIVS diſſ. inaug. de moderando vſu nitri in febribus putridis et malignis. Reſp. *I. Th. Val. Selig.* Erlang. 4.

Eiusd. diſſ. inaug. de ataxia menſium prouide diiudicanda et curanda. Reſp. *Io. Caſp. Hirzel.* ib. 4.

CASPAR. MARIA DEVENS diſſ. inaug. de fungo cancroſo ex verruca orto. Argentorat. 4.

Avis aux gens de la campagne, ou traité des maladies le plus communes. Ouvrage très utile aux paſteurs, chirurgiens, et gens de la campagne. Par M. DIDELOT. à Paris 12.

Eiusd. *Unterricht für die Hebammen in der Stadt uud auf dem Lande etc. Aus dem Franzöſiſchen überſetzt von* S. HEDELHOSTER, *Chirurgus und Geburthshelfer in Yverdau. Augsb.* 8.

FRANC. XAV. DIETL diſſ. de auſtriaci imperii aquis medicatis Brisgoiae, Carinthiae, Carnioliae,

liae, Styriae, Tyroliae et nonnullis aliis. Vienn. 8.

MICH. DITTELMAIR diſſ. inaug. de inflexionibus arteriarum capreolaribus. Altdorf. 4.

Obſeruations on the operation and uſe of mercury in the venereal diſeaſe. By ANDREW DUNCAN M. D. Lond. et Edinb. 12.

Recueil de mémoires et obſeruations ſur la perfectibilité de l'homme par les agens phyſiques et moraux; par M. DUVERDIER, Docteur en médecine etc. à Paris 12.

Onomatologia medica completa, *oder mediciniſches Lexicon, mit einer Vorrede des Herrn* VON HALLER, *aufs neue verbeſſert und vermehrt von* D. IO. PETER EBERHARD. *Ulm, Frankf. und Leip.* 8. *maj.*

Die Kunſt alle Küchenkräuter und Wurzeln zu trocknen und in Kartuſe zu verpacken um dadurch ein neues Nahrungsmittel anzuzeigen, mitgetheilet von IOH. GEORG. EISEN, *Paſtor zu Torma in Liefland. Riga* 8.

Anfangsgründe der Naturlehre entworfen von IO. CHRIST. POLYCARP. ERXLEBEN. *Göttingen* 8.

Eenige heelkundige waarneemingen en konſtbewerkingen nan een konſtoeffening van meer dan een halve eeuw door PIETER VAN ESCH. Te Gouda 8. mai.

MICHAEL CHRISTIAN IVSTVS ESCHENBACH epiſt. gratulat. ad GOTTHELF LEBERECHT WOCKAZ, De CELSO non medico practico. Lipſ. 4.

PHIL. CONRAD. FABRICII *Herzogl. Braunſchw. Lüneburgl. Hofraths etc. Sammlung verſchiedener mediciniſcher* reſponſorum *und Sectionsberichte. Neue und vermehrte Auflage. Halle und Helmſtaedt* 8.

MAVRIT. FABRY diſſ. ſyſtematis artis pharmaceuticae in vniuerſitatis Tyrnauienſis laboratorio quotannis experimentis demonſtrandi. P. I. et II. Tyrnauiae 4. (*Auctore* IACOB WINTERL Prof. Tyrnav.)

FAISSOLE V. CHAPEAVX.

Traité du rachitis, ou l'art de rédreſſer les enfans contrefaits. Par M. VACHER DE LA FAITRIE, Doct. en médec. à Paris 8.

A treatiſe on venereal diſeaſes, by N. D. FALK. Lond. 8. c. f.

Das in Wien im Jahr 1771. *und* 1772. *ſehr viele Menſchen anfallende Fäulungsfieber. Samt einer bösartigen Krankheit, welche im Jahr* 1770. *unter den Kindbetterinnen im Spitale zu St. Marx gewütet hat; beſchrieben von* I. P. XAVERIO FAVCKEN, *der Arzney Doctor. Wien* 8. *maj.*

Obſeruations ſur les differentes methodes de traiter les maladies vénériennes: avec une nouvelle méthode de guérir ces maladies par des lavemens mercuriels. Par M. FERRAND. à Narbonne et à Paris 4.

LEONH. LVDOV. FINKE diſſ. inaug. de febrium ſalubritate in morbis chronicis. Hal. 4.

Abregé de phyſique par M. FORMEY. Tom II. qui contient la phyſique ſpeciale. à Berlin 8.

Eiusd. *Entwurf der Phyſic, 2ter Band, ſo die beſondre Phyſic abhandelt. Aus dem Franzöſiſchen überſetzt.*

Novae

Nouae ſpecies inſectorum, Centuria 1. Auctore IOANNE REINOLDO FORSTERO. S. A. S. Lond. 8.

Eiusd. catalogue of the animals of North-America. ib. 8.

IDEM v. BOUGAINVILLE.

Eſſais pratiques de géometrie, ou ſuite de l'art du trait; Ouvrage utile et neceſſaire à toutes perſonnes, qui font uſage de la regle et du compas etc. Par M. FOURNEAU. à Paris. fol. c. f.

DAVID FRENZELS *Verzeichnis der Edelgeſteinen, Foſſilien, Naturalien, Erdarten und Verſteinerungen, welche in Bezirk der Stadt Chemnitz in Meiſſen gefunden worden. Leipzig* 8. *maj.*

HIERON. DAVID GAVBIVS *Entwürfe von verſchiedenen Innhalt. Aus dem Lateiniſchen ins Deutſche überſetzt von* D. A. M. SIEFFERT, *herausgegeben und mit Anmerkungen begleitet von* D. WILLHELM HEINRICH SEBASTIAN BVCHHOLZ. *Jena* 8. *maj. m. K.*

Nouvelle theorie ſur les maladies cancéreuſes, nerveuſes et autres affections du même genre avec des obſervations prâtiques ſur les effets de leur remède approprié, par M. I. M. GAMET. à Paris 8. Voll. 2.

Mémoires des inſectes Tom. II. avec figures. Par M. DE GEER. à Stockh. 4.

IO. CAROL. GEHLER diſſ. inaug. de partus naturalis adminiculis: ſectio prior. Reſp. *Traugott Chriſtoph Härtel.* Lipſ. 4.

Eiusd. diſſ. inaug. de partus naturalis adminiculis: ſectio altera. Reſp. *Theod. Frid. Lohde.* ib. 4.

CARL ABRAHAM GERHARDS materia medica *oder Lehre von den rohen Arzneymitteln, die zwote verbeſſerte Auflage. Berlin 8.*

I. A. GERSTLACHER tractatus medico legalis de ſtupro, in vſum eorum, qui iurisprudentiae et

medicinae operam dant, praecipue eorum, qui in foro verſantur. Lipſ. 4.

PAVL. DIETR. GISEKE M. D. oratio aditialis de hiſtoriae naturalis cum phyſica coniunctione, vtili et neceſſaria. Hamb. 4.

Nützliche Vorſchläge bey heftigen Feuersbrünſten, Häuſer und Mobilien ſicher zu retten, nebſt Anweiſung groſſe und gefährliche Feuersbrünſte zu verhüten etc. von D. JOHANN FRIEDRICH GLASER. *Zweyte Auflage. Hildburgshauſen.* 8. *maj.*

IO. FRID. GMELIN enumeratio ſtirpium agro Tubingenſi progenitarum. Tubing. 8.

GODART. v. BOISSIEU.

Lecture on the duties and qualifications of a phyſician. By JOHN GREGORY. a new edition enlarged. London. 8. maj.

Obſeruations on the nature and cure of fevers, by WILL. GRANT, M. D. the ſecond edition. ib. 8. maj. Voll. 2.

Muſeum Grauelianum ſiue collectionis regni mineralis, praecipue hiſtoriam naturalem illuſtrantis a b. IO. PHIL. GRAVEL magna ſolertia comparatae, a filio eius, pie nuper defuncto, egregie auctae, recenſio. Argentorat. 8.

PETR. IOSEPHI GRVBER diſſ. inaug. de exceſſu vis vitalis vaſorum, variisque inde in machina animali pendentibus phaenomenis. Prag. 8.

Cenſura librorum Hippocrateorum, qua veri a falſis, integri a ſuppoſitis ſegregantur, collegit ex optimis quibusque auctoribus EROTIANO, GALENO, HIER. MERCVRIALI, FOESIO, CLERICO, I. ALB. FABRICIO, HALLERO aliisque, omnia recenſuit, diiudicauit nouumque in ordinem redegit D. CHRIST. GOTTFRIED GRVNER. Vratislav. 8. mai.

CHRIST.

CHRIST. GOTTFRIED GRVNERS *Gedanken von der Arzneywiſſenſchaft und den Aerzten, Breſslau* 8. *maj.*

Von den Grenzen der Städtiſchen und Landhaushaltung, von PHIL. PETER GVDEN, Syndic. *der Stadt Münden zu Hannover. Göttingen und Gotha* 8.

Digreſſions academiques, ou eſſais ſur quelques ſujets de phyſique, de chimie et d'hiſtoire naturelle. Par M. GUYTON DE MORVAUX, à Dijon et à Paris 12.

DAN. WILHELM GÜNTHER diſſ. inaug. de ſignis ex lingua. Duisburg. 4.

IVST. GVIL. GÜNZ diſſ. prior et poſterior inaug. de cortice ſalicis cortici Peruuiano ſubſtituendo. Reſp. *Chph. Carol. Mayenberg.* Lipſ. 4.

IO. ERN. GVNNERI flora Norwegica. Hafn. Fol. c. fig.

GERH. GYSBERT VAN HAAF diſſ. de bile cyſtica vulgo dicta. Leidae 4.

IO. GOTTLOB HAASE diſſ. neurologica de gangliis neruorum. Reſp. *Gottlieb Hieronym. Chriſtian. Peſchelio.* Lipſ. 4.

IOSEPH HABERMANN diſſ. inaug. de ſalubri ſepultura. Vindebon. 8. mai.

IO. HABLA diſſ. inaug. de tuſſi conuulſiua infantum. ib. 8.

Wahrnehmungen zum Behuf der Wundarzneykunſt in Deutſchland von IO. PHILIP HAGEN. *Mietau* 8.

ALBERTI DE HALLER bibliotheca botanica, qua ſcripta ad rem herbariam facientia a rerum initiis recenſentur Tom II. A TOVRNEFORTIO ad noſtra tempora. Tiguri 4. mai.

Eiusd. principum medicorum P. VI. VII. Lauſannae c. indice locuplete D. VICAT. 8.

ALBERT VON HALLER *Anfangsgründe der Phyſiologie*, 5*ter Band. Aus dem Lateiniſchen überſetzt durch* IO. SAMVEL HALLEN. *Berlin.* 8.

Die Urſachen der Bewegung der Planeten, der Schwere und des Zuſammenhanges der Cörper erwieſen von ADOLPH ALBRECHT HAMBERGER. *Jena* 8. *m. K*

Traité général des pêches. Par M. DUHAMEL DU MONCEAU. Cinquieme cahier, ſeconde partie, faiſant ſuite aux arts de l'academie. à Paris Fol. c. fig.

Epiſtola D. C. R. HANNES ad Ill. IACOBVM FERDINANDVM BAIERVM de inſitione variolarum in vrbe patria Veſalienſi tentata. Veſaliae et Lipſiae.

ANTON. DE HAENS *Abhandlung über die Art des Todes der Ertrunkenen, Erhenkten und Erſtickten, und über die Mittel das Leben herzuſtellen. Aus dem Lateiniſchen. Leipzig.* 8.

HENR CAROL. HARDEGE diſſ. inaug. de praecipuis difficultatibus in explicando ſecretionis animalis negotio. Ienae 4.

IAC. HART. diſſ. inaug. de zinco eiusque florum vſu medico obſeruationibus confirmato. Leidae 4.

CARL. LVDWIG HAASE *)

CHRISTIAN TRAVGOTT HEFFTER ep. grat. de viribus vitae. Lipſ. 4.

ERNEST. LVDW. HEIM diſſ. inaug. de origine calculi in viis vrinariis, quatenus eſt arthritidis effectus. Hal 4.

Appendix ad ephemerides anni 1773. de parallaxi ſolis ex obſeruationibus tranſitus Veneris anno 1769. AP. MAXIMILIANO HELL. Vienn. 8.

IOACH·

*) Confr. noſtr. comment. Vol. hoc p. 377.

IOACHIM FRIDR. HENKELS *Abhandlung der chirurgiſchen Operationen. Viertes Stück von Brüchen. Berlin.* 8.

Selectus medicamentorum rationalis tam ſimplicivm, quam compoſitorum. Auctore CHRIST. PHIL. HERWIG. Ienae 8.

Eiusd. *wahre Beſchreibung zweyer aneinander gewachſener Kinder, die zum Anfang dieſes Jahres in dem Hochfürſtl. Hohenlohe und Waldenburg Schillingsfürſtiſchen Marktflecken Kupferzell lebendig gebohren und nach ihren Tode zergliedert worden: als eine Wiederlegung der Meyeriſchen Geburth zweyer an den Bäuchen zuſammengewachſener Kinder etc. mit einer Kupfertafel. Frankf. und Leipz.* 8.

The modern Gardener, or univerſal kalendar; containing monthly directions for all operations of gardening, with the method of performing the different works according to the beſt practice. Alſo an appendix giving full inſtruction for foreing grape-vines etc. in a new manner never before publiſhed. Selected from the diary manuſcripts of the late M. HILL. Reviſed corrected and improved By JAMES MEADER. Lond. 8.

Eiusd. cautions againſt the uſe of violent medicines in fevers and inſtances of the virtue of petaſite root, ſo far as have yet come to the author's knowledge. ib. 8.

LEONH. HIRSCHELS *mediciniſche Nebenſtunden. Berlin 8.*

Eiusd. *Briefe über verſchiedene Gegenſtände aus dem Reiche der Arzneywiſſenſchaft. 3ter Theil.* ib. 8.

Eiusd. *vermiſchte Beobachtungen und Gedanken zur ausübenden Arzneywiſſenſchaft gehörig.* ib. 8.

HIPPOCRATES *Buch von der Lebensordnung in hitzigen Krankheiten. Aus den Griechiſchen. Altenburg. 8. maj.*

CHPH. IAC. HOFFMANN diſſ. de aliquibus muſculorum differentiis. Altdorf. 4.

Reflexions philoſophiques ſur le ſyſtême de la nature. Par M HOLLAND. à Paris 12.

Natuurlyke hiſtorie der dieren, planten en mineralien volgens het zamenſtel van den Heer LINNAEVS door HOUTTUYN. M. D. ab anno 1771 — 1772. XV. et XVI. Deel. The Amſterd. 8. mai.

A treatiſe on the puerperal fever, wherein the nature and cauſe of that diſeaſe ſo fatal to lying in women are repreſented in a new point of view, illuſtrated by diſſections and a rational method of cure propoſed and confirmed by experience. By NATHANAEL HULME. M. D. Lond. 8.

Eiusd. *Abhandlung von dem Kindbetterinnenfieber. Aus dem Engliſchen überſetzt und mit einigen Zuſätzen vermehret. Leipzig* 8.

FRANC. IACOBI deſcriptio methodi mercurium ſublimatum corroſiuum tutius copioſiusque exhibendi. Monaſter. 8.

Proſpectus d'un cours complet d'anatomie gravé en couleurs naturelles. Par ARNAUD ELOY GAUTIER D'AGOTY. Ouvrage executé ſur le choix des meilleurs tables anatomiques comparées à la nature, pour former une expoſition préciſe de toutes les parties du corps humain expliqué. Par M. JADELOT. à Nancy fol. maj.

CHRIST. FRID. IAEGER diſſ. 1ma de phthiſi pulmonali caſu notabiliore et epicriſi illuſtrata. Reſp. *Io. Lud. Goll.* Tubing. 4.

CHRIST.

Christ. frid. iaeger diſſ. 2da. de phthiſi cet. Reſp. *Henric. Struue.* Tubing. 4.

Io. mich. avgvstin. lagemann, nuper in Eiſenfeldia medici nunc in Academia Erfordienſi Profeſſoris publici, circa annos 1770 — 1772 liber epidemiorum de acuta paſſim epidemica febre. Erford. 8.

Eiusd. circa medicinam forenſem proxime legendam praenotiones de iis, quae circa morbos epidemicos in Eisfeldia terra Moguntina ex cura principis Electoris acta ſunt. ib. 4.

Reflections and obſeruations on the gout. By Sir, james jay. M. D. Lond. 8.

Mémoires et obſeruations anatomiques phyſiologiques et phyſiques ſur l'oeil et ſur les maladies, qui affligent cet organe. Par iean ianin, Oculiſte de la ville de Lyon. à Lyon 8. mai.

Iac. frider. isenflamm diſſ. inaug. de difficili in obſeruationes anatomicas epicriſi; commentatio ſecunda. Reſp. *Io. Carl. Dan. Krauß.* Erlang. 4.

Io. henr. ivng ſpecimen de hiſtoria martis Naſſouico-Siegenenſis. Argentor. 4.

Io. carl. ivsfeldt diſſ. inaug. anat. de luſibus naturae. Leidae 4.

Traité des vertus des plantes, ouvrage poſthume de M. antoine de jussieu, Doct. Reg. augmenté d'un grand nombre de notes par M. gandoger de foigny. à Paris 12.

Christian fridr. kadelbach diſſ. ſiſtens tympanitidis pathologiam. Reſp. *Io. Salomone Schubert.* Lipſ. 4.

Melchior chist. kaepler *Gutachten, wie bey dem An-Fort- uud Ausgange eines Kiefernwaldes zu verfahren. Eiſenach* 8.

C. A. KLOECKHOF M. D. opuſcula medica omnia: iterum edidit. D. D. C. T. SCHLEGEL medic. Longoſaliſſ. Ienae 8.

FRID. AVG. GOTTLOB KNOLLE diſſ. inaug. de obſtructione aluina diaeteticis auxiliis tollenda. Lipſ. 4.

D. KOENIG diſſ. de experimentis pulmonum natantium. Reſp. *Chriſt. Lud. Lieberkühn.* Hal. 4.

C. G. KRATZENSTEIN diſſ. inaug. ſiſtens praeſidii claſſis regiae ſanitatem tuendi methodum. Reſp. *Henric. Calliſen.* Hafn. 8.

Eiusd. progr. ſiſtens nonnulla de THEOPHRASTI hiſtoria plantarum bene merendi ſubſidia. ib. 8.

CAROL. CHRIST. KRAVSE diſſ. inaug. de irritabilitate partium corporis humani, diſſertatio prima. Reſp. *Traugott Guilielm. Gnauck.* Lipſ. 4.

Eiusd. diſſ. inaug. de phlogiſto corporis humani. Reſp. et Auctore *Petro Deucke.* ib 4.

De l'homme et de la femme conſiderés phyſiquement dans l'etat du mariage. Par M. DE L*** Chirurgien. Ouvrage auec figures en taille douce. Premiere Partie. à Lille 12.

A diſſertation on the diſorders, which affect the neck of the bladder, the urinary paſſages and the neihgbouring parts, producing excreſcences in the urethra, ſuppreſſions of urine and dangerous inflammations. Shewing the cauſes of ſuch complaints and a readie and more effectual method of cure, lately diſcovered by the author improving the compoſition of DARAN's bougies etc. By FRANCIS LALLIER ed. 2. with additions. Lond. 12.

IOSEPH.

IOSEPH. IO. BAPTIST. LANGMEYER diſſ. inaug. de methodo vtendi aquis mineralibus in balneis, thermis, potu. Vienn. 8.

An inquiry whether women with child ought to prefer the aſſiſtance of their own ſex, to that of man midwives 2) whether the aſſiſtance of man midwives may allarm the modeſty of the fair ſex. By LOUIS LAPEYRE. Paris 8.

I. L. LAVATER *von der Phyſiognomick. Leipz.* 8.

IO. GOTTLOB LEIDENFROST diſſ. inaug. exhibens de morbis adipis humani principia gegeneralia. Duisb. ad Rhen. 4.

DE LESSIVS V. CORNARO.

The natural hiſtory of the tea tree with obſervations on the medical qualities of tea and effects of tea drinking. By IOHN COCKLEY LETSOM M. D. Lond. 4. c. f.

LVDOV. LEVADE diſſ. inaug. de variolis L. B. 4.

HENR BALMATII LEVELING diſquiſitio cruſtae inflammatoriae eiusque mire variantium phaenomenorum. Aug. Vindel. 8.

A. LEVRET *Kunſt der Geburthshülfe nach den Geſetzen der Bewegung und Naturlehre aus den Franzöſiſchen überſetzt von* D. CHRIST. FRIEDRICH HELD. *Gera und Leipzig* 8.

Eiusd. obſeruations ſur la cure radicale de pluſieurs polypes de la matrice, de la gorge et du nez. Troiſieme edition corrigée et augmentée. à Paris 8. mai. c. f.

An eſſay on the formation ſtructure and uſe of the teeth; with a ſupplement containing inſtructions for preſerving them. By MAYER LEWIS. Lond. 8. mai.

GEORG. AVGVST LICHTENSTEINS *Abhandlung vom Milchzucker und den verſchiedenen Arten deſſelben. Braunſchweig* 8.

A trea-

A treatiſe on the putrid and remitting fever which raged at Bengal in 1762. Translated from the latin of a diſſertation on that ſubject. By IAMES LIND M. D. Lond. 12.

Eiusd. *Verſuch über die Krankheiten, denen Europäer in heiſſen Climaten unterworfen ſind; nebſt der Vorrede ihre gefährliche Folgen zu verhüten. Aus dem Engliſchen überſetzt. Riga und Leipzig* 8.

IVST. FRID. LIND diſſ. inaug. de ruptura vteri eiusque ſequelis ac methodo medendi. Erford. 4.

Reiſe des Herrn OLOF TOREN *nach Surate und China nebſt einer kurzen Beſchreibung von der Chineſiſchen Feldoeconomie und einer Nachricht von den gegenwärtigen Zuſtande der Engländiſchen Colonien in den nördlichen America. Herausgegeben von* CARL VON LINNE'. *Leipzig* 8.

Eiusd. mantiſſa plantarum altera ſyſtematis naturae. Holm. 8.

Eiusd. ſyſtema naturae ex editione duodecima in epitomen ductum et praelectionibus academicis accommodatum a IOANNE BECKMANNO. Tom. I. regnum animale Tom. II. regnum vegetabile. Gotting. 8. mai.

Eiusd. terminologia conchyliologica, edita ab EODEM ib. 8.

Idem v. HOVTTVYN.

Eiusd. materia medica per tria regna naturae. Edit. IIda auctior curante IO. CHRIST. DANIEL SCHREBERO. Lipſ. et Erlang. 8.

Eiusd. nomenclator botanicus enumerans plantas omnes in ſyſtemate naturae edit. XII. et mantiſſis binis deſcriptas. Lipſ. 8.

Eiusd. diſſ. inaug. de fraga veſca. Reſp. *Suenone Andr. Hedin.* Vpſal. 4.

Eiusd. diſſ. inaug. ſiſtens obſeruationes in materiam medicam. Reſp. *Io. Lindwall.* ib. 4.

CARL

Carol. von linne' diſſ. inaug. de haemorrhagiis ex plethora. Reſp. *Erneſt. I. M. ab Heidenſtam.* Vpſal 4.

Sam. dan. lissoviny diſſ. inaug. ſiſtens epitomen hiſtoriae variolarum. Vienn. 8.

Anleitung zur ausübenden Arzneykunſt in einer Anzahl von Vorleſungen über die Urſachen und Entſtehung der Krankheiten und die Mittel ſolche zu heilen durch theophilvs lobb. *Aus dem Engl. Leipzig* 8. *mai.*

Io. frid. lobstein diſſ. de neruis durae matris. Reſp. *Iacob Beykert.* Argentorat. 4.

Christ. gottlieb lvdwig diſſ. inaug. de nutritione differentiis oligochymiae accommodanda. Reſp. *Gotthelf Leberecht Wockaz.* Lipſ. 4.

Eiusd. progr. inaug. de elaboratione ſuccorum plantarum in vniuerſum. Pars III. medulla. ib. 4.

Eiusd. diſſ. inaug. de cacochymiae differentiis. Reſp. *Adolph Gotthelf Stoeckhardt.* ib. 4.

Eiusd. progr. inaug. de plantarum viribus medicis in vniuerſum. ib. 4.

Eiusd. progr. in memoriam ioannis christiani mülleri Med. Doct. de medicinae ſtudio non praecipitando. ib. 4.

Eiusd. prog. inaug. de viribus plantarum cultura mutatis. ib. 4.

Eiusd. progr. inaug. comment. I. ſiſtens de plantarum viribus ſpecificis. ib. 4.

Bern. marian. Lvther diſſ. de balneis veterum inunctione coniungendis. Reſp. *Georg Chph. Francke.* Erford. 4.

Eiusd. diſſ. de pleuritide per metaſtaſin orta caſu illuſtrata. Reſp. *Io. Chriſt. Altenfelder.* ib. 4.

Bern-

BERNH. MARIAN LVTHER diſſ. febris epidemicae per dimidium annum Erfordiae inque eius confiniis graſſatae disquiſitionem ſiſtens. Reſp. *Georg. Wilh. Breithaupt.* Erford. 4.

Eiusd. diſſ. de ventriculo humano aeque ac quorundam brutorum eiusque actione. Reſp. *Io. Ioach. Fridr. Bruhn.* ib. 4.

Practical eſſays upon intermitting fevers, dropſies, diſeaſes of the liver, the epilepſy, the colic, dyſenterical fluxes and the operation of calomel. By DAN. LYSONS. Bath. 8. mai.

Eiusd. an eſſay upon the effects of camphire and calomel in continual fevers, illuſtrated by ſeveral caſes. Lond. 8.

E. v. M*** *Abhandlung von Naturaliencabinetten* *)

DAVID MACBRIDE'S methodical introduction to the theory and practice of phyſic with an appendix. Lond. 4. mai.

Eiusd. ſyſtematiſche Einleitung in die theoretiſche und practiſche Arzneykunſt. 2 Theile. Aus den Engliſchen. Leipzig 8. mai.

MARTIN MAHS analecta circa deſtillationem acidi ſalis eiusque naphtham. Argent. 4.

Commentaries on the principles and practice of phyſic. By IAMES MAKITTRICK. M. D. Lond. 8. Vol. I.

Verhandelingen om de kwaadartige rootkoorts, welke a. 1770 en 71. geregeert heeft te Maurik door MAXIMIL. IAC. DE MAN an door de ſchryver nauden overgezien. Te Nymwegen 8. mai.

HEINR. MATTH. MARCARD *von einer der Kriebelkrankheit ähnlichen Krampfſucht die in Staade beobachtet iſt. Hamburg und Stade. 8.*

PHIL. AMBROS. MARRHERR praelectiones in HERRM. BOERHAAVE inſtitutiones medicas cum

*) vid. comm. noſtr. Vol. hoc [illegible]

cum praefatione CRANZII Tom. I. Tranſitus et mutationes alimentorum per primas vias, nec non chyli per ſua vaſa. Tom. II. vaſa, cor circulatio ſanguinis, pulmo, reſpiratio, cerebrum, cerebellum, nerui, glandulae ſtructura, lien, hepar, renes, ſudoris excretio, muſculorum actio, cutis. Tom. III. nutritio, incrementum, decrementum, ſenſus externi, interni ſomnus, vox, loquela, ſeminis maſculini ortus, menſtrua, conceptus. Vienn et Lipſ. 8. Voll. 3.

RANIER BONAVENTVRA MARTINI inſtiſtitutiones medicae. Pars II. Florent. 4.

Mannichfaltigkeiten zweytes und drittes Vierteljahr des dritten Jahrganges durch D. FRIEDRICH HEINRICH WILHELM MARTINI. *Berlin* 8.

* * MARTIN philoſophia Britannica. P. II. III. Lipſ. 8. c. f. *aus dem Engliſchen.*

Obſeruata quaedam medica cum figuris aeneis a M. MARX. M. D. Berolin. 8.

L'art de faire le vin, ou experiences ſur la bonification de tous les vins tant bons que mauvais lors de la fermentation. Par M. MAUPIN. à Lauſanne 12.

Die Geburt zweyer an den Bäuchen zuſammengewachſener Kinder in Kupferzell — in ihrer dreyfachen Ausſicht nach der Theologie, Polizey und Anatomie beſchrieben von IOHANN FRIEDRICH MAYER *Pfarrer in Kupferzell. Frf. am Mayn* 8.

Eiusd. *Antwort auf die Herwigiſche ſo genannte wahre Beſchreibung zweyer an einander gewachſener* 1772 *zu Kupferzell lebendig gebohrner und getaufter Kinder. Frankf. und Leipz.* 8.

Io. FRIDERIC. MECKEL noua experimenta et obſeruationes de finibus venarum ac vaſorum lymphaticorum in ductus viſceraque excretoria corporis humani eiusdemque ſtructurae vtilitate. Berolin. 8. mai.

Eiusd. tractatus de morbo hernioſo congenito ſingulari et complicato feliciter curato. ib. 8.

Idem liber Germanice per E. G. BALDINGER. Berl. et Stettin 8.

Index plantarum horti electoralis Manhemienſis Auctore FRID. CASIMIR. MEDICVS. Manhemii 12.

CARL GOTTLOB MEIER Vratislau. diſſ. inaug. de carice arenaria ſ. ſaſſaparilla germanica. Franc. da Viadr. 4.

GISBERT VERZYL MVILMANN diſſ. med. an ex celebrata hactenus opinione de plethora vniuerſali vel particulari vera fluxus menſtrui cauſſa explicari poſſit. Leidae 4.

CHPH. IACOB MELLIN pharmacia ſeculo moderno accommodata Altenb. 8.

Eiusd. *Auszüge aus den beſten mediciniſchen Probeſchriften des 16 und 17ten Jahrhunderts. ib.* 8.

*Unterricht für Mütter, wegen Behandlung der Pocken und Maſern bey Kindern. In Briefen an die Frau von *** nebſt einer Frage die Einpfropfung der Pocken betreffend der Königlichen Societät der Wiſſenſchaften zu Montpellier vorgelegt von* I. I. MENVRET. *Aus den Franzöſiſchen. Leipz.* 8.

Curationum chirurgicarum, quae ad fiſtulam lacrymalem hucusque fuere adhibitae, hiſtoria critica Auctore I. D. METZGER. M. D. Monaſteri 8. mai.

PHIL. MILLERS *allgemeines Gärtnerlexicon. Zweyter Theil. Nürnb.* 4.

Io.

Io. MILLS *Verſuch von dem Wetter, nebſt Anmerkungen über des Schafhirten von Banbury Regeln, wie man von den Veränderungen deſſelben urtheilen ſoll. Als einen Anhang zu des Verfaſſers Lehrbegriff der Feldwirthſchaft. Leipzig.* 8.

L'art de la porcellaine dedié au Roi. Par M. le Comte DE MILLY et faiſant ſuite aux cahiers des arts. à Paris. fol.

Expoſition des mines ou deſcription de la nature et de la qualité des mines. Par M. MONNET. à Paris. 12.

Verhandeling over de waterzugt on derzelve onderſcheide zoorten in de Engelſche taal geſchreeven door DONALD MONRO — vertaald en met aanmerkingen vermerdert door JAN BERNARD SANDIFORT — te Leiden. 8.

Io. BAPTIST. MORGAGNI *von dem Sitze und Urſachen der Krankheiten, welche durch die Anatomie ſinderforſchet worden. Altenburg.* 8. (Hanc verſionem fecit b. IOANNES GOTTHELF HERMANNVS *).

Deliciae naturae ſelectae of uitgeleezen kabinet van natuurlyke Zeldzaamheden welke de drie ryken der natuur aanbieden daor P. L. ST. MUELLER Prof. der natuurlyke hiſtor. te Erlangen. Twee Deele. Te Dordrecht. Fol. Imper. c. ill. fig.

M. MÜLLER diſſ. inaug. de palpebrarum affectibus. Hal. 4.

ANDR. MÜRCKE diſſ. inaug. de viribus ſanguinis et ſolidorum motum facientibus curatius definiendis. Lipſ. 4.

Tal om de på djur anſtäldte ſöns och förſöks opaliteligheet vid tillämpningen på Människans kropp

*) vid. comm. noſtr. Vol. XVIII. p. 354.

kropp hållet i hans kongl. Majts Höga Närvaro för kongl. vetenskaps academien uid Intraedet den 4 mart. aor 1772. af JOHANN ANDERS MURRAY. Stockholm. 8.

FRID. HERRM. LVDW. MVZELS *mediciniſche und chirurgiſche Wahrnehmungen. Berlin.* 8. *m. K.* 2 *Theile.*

FR. W. DAN. MVZEL de examine vſus chemiae in medicamentorum ſcientia. ib. 4.

CHPH. LVDOV. NEBEL lectiones ſuas inſtanti ſemeſtri aeſtiuo habendas indicat ſimulque diſſertationem ſuam de ſecali cornuto a temerariis et contumelioſis obiectionibus D. SCHLEGERI vindicat. Giſſae. 4.

Eiusd *Abhandlung von der Schädlichkeit des Mutterkorns aus Erfahrungen und chymiſchen Verſuchen bewieſen. Aus dem Lateiniſchen überſetzt von* I. S. E*** M. D. *und mit einer Vorrede begleitet von* ERNST GOTTFRIED BALDINGER. *Iena* 8.

IO. ERNEST. NEVBAVER diſſ. inaug. ſiſtens deſcriptionem anatomicam arteriae innominatae et thyroideae imae. Reſp. *Aug. Chriſt. Erdmann.* Ien. 4. c tab. aen.

Eiusd. deſcriptio anatomica neruorum cardiacorum ſectio prima de neruo intercoſtali ceruicali dextri inprimis lateris. Adiectae ſunt icones neruorum a dextro corporis latere ad cor tendentium. Franc. Lipſ. et Iena. 4. mai.

FRANC. NEVMANN. diſſ. inaug. de pleuritide dorſali. Vienn. 8.

ERNST. ANT. NICOLAI diſſ. inaug. de analyſi chemica aquarum Ienenſium. Reſp. *I. A. Succow.* Ien. 4.

Eiusd. diſſ. inaug. de febribus malignis. Reſp. *Gotthard Io. Glaſen.* ib. 4.

Io. chph. niemann diſſ. inaug. de apoplexiae pathologia et therapia. Hal. 4.

Adam nietzki diſſ. inaug. de haemorrhagiae narium ac gingiuarum ſalubritate loco fluxus menſtrui, caſu quodam comprobata. Reſp. *Ierem. Aronſon.* ib. 4.

Herrn Abts i. a. nollets *phyſicaliſche Lehrſtunden. Achter Theil, welcher enthält deſſelben Kunſt, Verſuche anzuſtellen. Zwote Abtheilung nach der Pariſer Ausgabe überſetzt. Erfurt.* 4. *m. K.*

The anatomy of the human body, compoſed on an entire new plan in a method very different from all anatomical writers. By w. northcote Surgeon. Lond, 8.

Io. nvsche diſſ. inaug. de fracturis, quae in variis oſſis femoris partibus obtinent. Argentor. 4.

Car. ioh. oehme ep. de ſerie corporum naturalium continua. Lipſ. 4.

Io. carl. oettinger progr. de febribus ab initio fere menſis decembris 1771. per annum 1772. hucusque Erfordiae inque eius confiniis epidemice graſſantibus cet. Erford. 4.

Petr. mich. paarmann. diſſ. inaug. ſiſtens examen ligni quaſſiae. Argentor. 4.

Spicilegia zoologica, quibus nouae imprimis et obſcurae animalium ſpecies iconibus, deſcriptionibus atque commentariis illuſtrantur. Cura petr. simon pallas Faſc. IX. Berolin. 4. mai. c. tab. aen.

Dan. gotth. dieterich pegelow diſſ. inaug. de fetu brachio in partu prodeunte. Argent. 4.

Eſſays medical and experimental. The ſecond edition reviſed and conſiderably enlarged. To which is added an appendix. By THOMAS PERCIVAL M. D. F. R. S. Lond. 8.

PHIL. HENR. GERH. PETERSEN diſſ. inaug. de caſu iſchuriae ex materia podagrica ad veſicam delata cum epicriſi. Argentorat. 4.

L'art du coutelier. Par M. IEAN IAQUES PERRET Maitre coutelier premiere partie faiſant ſuite aux arts. à Paris. fol. c. f.

Théorie des êtres ſenſibles, ou cours complet de phyſique ſpéculative, experimentale, ſyſtématique et géometrique miſe a la portée de tout le monde etc. Par M. l'Abbé PARA DE PHAVIAS. ib. 8.

IO. GOTTFR. PIETSCHENS *wahre Quelle und materielle Urſache des Podagra und aller gichtigen Krankheiten überhaupt. Halle.* 8.

ERNST PLATNERS *Antropologie für Aerzte und Weltweiſe. Erſter Theil. Leipz.* 8.

ANDR. PLANMANN. diſſ. inaug. ſiſtens animadverſiones ſubitaneas in appendicem Hellianam ad Ephemerides 1773. de paralaxi ſolis. Reſp. *Io. Kreander.* Aboae. 4.

ANTON GVILIELM PLAZ progr. inaug. de piis deſideriis medicis. Lipſ. 4.

Eiusd. diſſ. inaug. de ſenſibus morborum cauſſis. Reſp. *Io. Ehrenfried Pohl.* ib. 4.

Eiusd. progr. inaug. de arte naturam ſuperante. ib. 4.

Eiusd. diſſ. inaug. de ſenſibus internis morborum cauſſis. Reſp. *Io. Gottlieb Plecker.* ib. 4.

Eiusd. progr. inaug. de abortibus medicis. ib. 4.

Eiusd. progr. inaug. de ſcrupuloſitate medica. ib. 4.

Hiſtoire naturelle de PLINE traduit en François. Tom. IV. à Paris. 4.

Voyages

Voyages de RICHARD POCKOKE membre de la ſocieté royale de Londres, etc. en Orient, dans l'Aegypte, l'Arabie, la Palaeſtine, la Syrie, la Gréce, la Thrace etc. ib. 12.

CARL WILHELM POERNERS *Churfürſtlich Sächſiſchen Bergraths Verſuche und Bemerkungen zum Nutzen der Färberkunſt. Erſter Theil. Leipzig.* 8. *mai.*

IO. CHPH. POHLIVS progr. inaug. de cura morborum in hominibus carcere incluſis obſervatorum. Lipſ. 4.

Eiusd. progr. inaug. de apta muſculorum diſquiſitione et diuiſione. ib. 4.

Eiusd. progr. inaug. ſiſtens obſeruationes anatomicas de vreteribus. ib. 4.

Eiusd. diſſ. inaug. de febribus continuis putridis. Reſp. *Io. Salomon Schubert.* ib. 4.

Nouveau traité des vapeurs ou traité des maladies des nerfs dans lequel on developpe les vrais principes des vapeurs. Par M. PRESSAVIN.

Eiusd. *Abhandlung von den Nervenkrankheiten und den Dünſten oder ſo genannten Vapeurs. Aus den Franzöſiſchen überſetzt. Nürnb.* 8.

DE PREVILLE V. BOUGAINVILLE.

IOSEPH PRIESTLEY *Geſchichte und gegenwärtiger Zuſtand der Electricität, nebſt eigenthümlichen Verſuchen, nach der Zwoten vermehrten und verbeſſerten Ausgabe, aus den Engliſchen überſetzt und mit Anmerkungen begleitet von* D. IO. GEORGE KRÜNITZ. *Berlin* 4. *mai. m. K.*

Des Ritter Baronet IO. PRINGLE's *Beobachtungen über die Krankheiten der Armen; mit Genehmigung des Verfaſſers nach der neuſten Ausgabe überſetzt von* A. E. BRANDE. *Altenb.* 8. *mai.*

IOSEPH. QVARIN Sacrae Ceſareae Regiae Apoſtolicae maieſtatis inferioris Auſtriaci regni

Conſiliarii ſanit. et in noſocom. fratr. miſeri-cord. phyſic. methodus medendarum febrium. Vienn. 8.

Phyſicaliſche botaniſche Abhandlung von Nierenſtein und den zuverläſſig beſonders eignen Mittel darwieder der Bärentraube (vua vrſi) *von* DOMINIC. IOSEPH QVER, *Königl. Wund- und Feldarzt, Mitglied der Academie der Wiſſenſchafften zu Bologna etc. Aus dem Franzöſiſchen überſetzt.* 8.

La cultivazione Italiana Tomo I. dal IGNACE RAUCONI. In Venezia. 8.

Kurzgefaßte Anweiſung zur Hebammenkunſt zum Nutzen der Hebammen von Herrn IOSEPH. RAVLIN. *Aus dem Franzöſiſchen überſetzt, mit einigen nöthigen Zuſätzen vermehrt von* M. F. ALIX. *Leipz.* 8.

Traité des eaux minérales de Verbuſan. Par M. RAUSIN Doct. en médécine. à Paris. 12.

Unterricht für Mütter, welche ihre Kinder ſelbſt warten wollen. Aus dem Franzöſiſchen, ANEL LE REBOVRS. *Breſslau.* 8.

Eiusd. *Beylage zum Unterricht für Mütter etc.* ib. 8.

Io. IACOB REICHARD Flora Moeno Francofurtenſis enumerans ſtirpes circa Francofurtum ad Moenum creſcentes ſecundum methodum ſexualem diſpoſitas. Pars I. Francof. ad Moen. 8.

Io. DANIEL REICHEL diſſ. de magnetiſmo in corpore humano. Reſp. *Chriſtiano Ludwig.* Lipſ. 4.

Eiusd. diſſ. inaug. ſiſtens obſeruationes de calculis renalibus. ib. 4. c. fig. aen.

P. M. VON RESPVRS *beſondere Verſuche von Mineralgeiſt zur Auflöſung und Verwandlung der Metalle, auch Bewegung der Welt und ihrer Theile.*

le. Aus dem Franzöſiſchen überſetzt, mit Anmerkungen erſt herausgegeben von IO. FRIEDRICH HENCKELN *Königl. Pohlniſch und Churfürſtlich Sächſiſchen Bergrath, nunmehro aber aufs neue durchgeſehen und hier und da vermehrt von* D. IO. GOTTLIEB LEHMANN *Königl. Preuſſ. Bergrath. Leipzig* 8.

RICHARD POCKOKE v. POCKOKE *)

AVG. GOTTLIEB RICHTERS *Abhandlung von der Ausziehung des grauen Staars. Göttingen.* 8.

Eiusd. *chirurgiſche Bibliotheck des Erſten Bandes.* 4. *Stücke. Göttingen und Gotha.* 8. *m. K.*

Lehrbuch einer Naturhiſtorie zu einem gemeinnützigen Gebrauch, wie auch zu Vorleſungen und Schulen eingerichtet und geſammlet von ADAM DANIEL RICHTERN. *Leipzig.*

IO. IACOB RITTER *Zweifel über einige in der ausübenden Arzneykunſt im Nördlichen Deutſchland angenommenen Meinungen. Buntzlau.* 8.

A complete treatiſe of ſtones gravels and all other ſabulous concretions, wherein are diſcovered the great virtues of the burdoc-ſeeds and wild carrot-ſeeds: and why the ſeed of all plants are moſt efficacious in the cure of all diſeaſes. By NICHOLAS ROBINSON M. D. with a copperplate frontiſpiecen of human calculs. Lond. 8.

VON RODA *Abhandlung von Salpeterfraſs an den Mauern. Eine Schrift, ſo den Preiſs in Leipzig erhalten hat. Altenburg.* 4.

BERNH. WILH. RÖDDER *gründliche Abhandlung von der in Deutſchland hin und wieder graſſierenden Seuche, die Kriebelkrankheit oder Krampfſucht genannt, worinnen deren Beſchaffenheit, Urſachen,*

*) v. ſupra p. 583.

Vorbauung und Heilung beſchrieben iſt. Frankfurth und Leipzig. 8.

Die Harbkeſche wilde Baumzucht, theils Nordamerikaniſcher und anderer fremder, theils einheimiſcher Bäume, Sträucher und ſtrauchartigen Pflanzen, nach den Kennzeichen der Anzucht, den Eigenſchaften und der Benutzung beſchrieben von D. IO. PHILIPP. DU ROI. *Zweyter Band. Braunſchweig.* 8. *m. K.*

Récherches ſur les habillemens des femmes et des enfans; ou examen de la manière dont il faut vetir l'un et l'autre ſexe; Par M. ALPHONSE LE ROI Médécin de la Faculté de Paris. à Paris. 12.

IO. FRIIS ROTBÖLL diſſ. inaug. de morbillis. Reſp. *Andr. Frauſing Fridſch.* Hafn. 4.

LAVRENT. ROVLY diſſ. de ſingulari renis calculo Argentor. 4.

Obſeruations on diſeaſes incidental to ſeamen. By LEWIS ROVPPE M. D. Translated from the Latin. Lond. 8.

A practical treatiſe on the diſeaſes of the breaſts of women. By WILL. ROWLEY. ib. 8.

Journal de médécine, chirurgie, pharmacie cet. Par M. A. ROUX. Tom. XXXVII. et XXXVIII. à Paris 12.

Obſervations phyſiques ſur l'hiſtoire naturelle et ſur les arts. Par M. l' Abbé ROZIER. Tom. VII. à Paris 12.

Eiusd. obſervations ſur la phyſique, ſur l'hiſtoire naturelle et ſur les arts, avec des planches en taille-douce; dediées a Mgnr. le comte d'ARTOIS Tom. IV. faiſant la huitiéme partie de cet ouvrage. ib. 12. c. f. (*Reperimus quoque eiusdem libri Tom. VI. X. et XI. nec non eiusdem libri annum ſecundum, qui tres tomos complectitur* (ſeconde année

née Tom. I. II. III.) *in catalogo Pariſino, qui inſcribitur* catalogue hebdomadaire 1772.)

Mémoire ſur la meilleure maniere de faire et de gouverner les vins ſoit pour l'uſage, ſoit pour leur faire paſſer les mers. Ouvrage qui a remporté le prix de l'Academie de Marſeille en l'année 1770. Par M. L'Abbé ROZIER. ib. 8.

H. I. RVPERT diſſ. inaug. magneſiae albae alcalinae proprietates ac virtutes proponens. Helmſtadii. 4.

An eſſay towards a natural hiſtory of the country of Doublin, accommodated to the noble Deſigns of the Dublin Society; affording a ſummary View I. of its vegetables, with their mechanical and oeconomical Vſes, and as Food for Men and Cattle; a Catalogue of our vegetable Poiſons and a botanical Kalendar, exhibiting the reſpective months in which moſt of the Simples in Vſe are found in Flower. II. Of its Animals. III. Of its Soil, and the ſtate of its Agriculture; its foſſils, mines, minerals, and ſome lately diſcovered mineral Waters; particular by the ſulphureous Water at Lucan, and its medicinal Virtues, from practical Obſervations. IV. Of the nature of the Climate, from diaries of the Weather, kept in Dublin for fifty Years paſt; interſperſed with meteorological and oeconomical Obſervations. By IOHN RUTTY. 8. 2. Vols. Dublin printed; and ſold in London by *Johnſton.*

Neue alchymiſtiſche Bibliothek für den Naturkündiger unſers Jahrhunderts ausgeſucht und herausgegeben von s. Erſten Bandes zwote Sammlung. Frankf. und Leipz. 8. (Cl. SCHROETERO auctore.)

MICHAEL SARCONNE *raiſonnirende Geſchichte der Krankheiten die durch das ganze Jahr* 1764 *in Neapel ſind beobachtet worden. Aus dem Italiäſchen überſetzt durch* IO. RVDOLPH FÜSSLIN. *Zweyter, Dritter und letzter Band. Zürch.* 8. mai.

Elemens de mineralogie docimaſtique par M. SAGE de l'academie royale des ſciences. à Paris. 8. mai.

Eiusd. examen chymique des differentes ſubſtances. ib. 8. mai.

Natuur en Genees - kundige Bibliothek door EDUARD SANDIFORT. Neegende Deel I Stuck In's Gravenhaye. 8.

Eiusd. oratio de circumſpecto cadaverum examine optimo practicae medicinae adminiculo, habita publice cum anatomiae et chirurgiae profeſſionem auſpicaretur die 25 maii. Leid. 4.

Eiusd. *Beſchreibung der Viehſeuche in Holland* 1769 *und* PETER IONAS BERGIVS *Bedenklichkeiten bey der Einimpfung der Viehſeuche aus des Herrn Hoffraths* ABRAHAM GOTTHELF KAESTNERS *Ueberſetzung der Abhandlungen der Königlich Schwediſchen Akademie der Wiſſenſchaften,* 1769 *beſonders abgedruckt* *).

Eſſai d'un moyen de prevenir les diſettes de bled. Par M. NICOLAS DE SAUSSURE et expoſition abregée de l'utilité des conducteurs electriques par M. HOR. BEN. DE SAUSSURE Prof. en philoſophie. à Geneve. 8.

M. SAXTORPH theoria de diuerſo partu ob diuerſam capitis ad peluim relationem mutuam experientia fundata et figuris aeneis illuſtrata. Hauniae et Lipſ. 8.

De

*) v. comm. noſtr. Vol. XIX. p. 363.

De ſtructura feneſtrae rotundae auris et de tympano ſecundario obſeruationes anatomicae a D. ANT. SCARPA anatomiae et chirurgiae Profeſſore. Modenae. 8. c f.

SAMVEL SCHAARSCHMIDTS *Abhandlungen von Receptſchreiben oder Anweiſung zur ordentlichen Verſchreibung derer Arzneymittel. Viel vermehrt herausgegeben von* D. ERNST GOTTFRIED KVRELLA. *Zweyte Auflage. Berlin.* 8.

Der Gebrauch und Nutzen des Tobacksrauchclyſtieres, nebſt zween dazu bequemen Maſchinen beſchrieben und bey dieſer dritten Auflage vermehrt von IOHANN GOTTTLIEB SCHAEFFER. *Mit zwoen Kupfertafeln. Regensburg.* 4.

ROVLANDI SCHEERS diſſ. de dentibus. Vltrai. ad Rhen. 4. mai.

ADAM GOTTLOB SCHIRACHS *natürliche Geſchichte der Erd-Feld auch Ackerſchnecken, nebſt einer Prüfung aller bisher bekannten Mittel wider dieſelbigen, wobey viele neue phyſiſche Erfahrungen gemacht worden. Erſte Sammlung. Leipzig.* 8. *m. K.*

De caritate annonae poſt annum 1769 fere vniuerſali eiusque potiſſimum phyſicis cauſſis quaedam praefatur et vna ad ſolemnia ad diem V. martii 1772. in almae Carolinae, quae Caſſellis floret auditorio maiori celebranda inuitat THEODORVS AVGVSTVS SCHLEGER, Prorector. Caſſellis. 4.

Eiusd. progr. quo ad orationem inauguralem Excellentiſſimi viri IACOBI MALLET Profeſſoris hiſtoriarum menſe aprili in collegii Illuſtris auditorio maiori habendam inuitat et hac occaſione clavos ſecalinos perperam a nonnullis venenum morbique rigidi cerealisue cauſſam nominari

minari nouis argumentis et experimentis docet. ib. 4.

Kurze und gründliche Anweiſung, wie die dermalen an ſo vielen Orten Teutſchland graſſirende bösartige Fieber am beſten zu heilen ſeyn und wie man ſich am beſten davor bewahren kann; theils aus eigener Erfahrung, theils aus den beſten Schriftſtellern zuſammengetragen von BERNHARD IOSEPH SCHLEISS *der Weltweiſsheit und Arzneygelahrheit Doctor. Nürnb.* 8.

Les moyens d'arretter le miſere publique et d'acquitter les dettes des etats. Par I. A. SCHLETWEIN Conſeiller de la chambre des finances de S. A. S. Monſeign. le Marckgrave regnant de Baade et Hochberg etc. à Carolsruhe. 8.

Eiusd. *Erläuterung und Vertheidigung der natürlichen Ordnung in der Politik in einem Sendſchreiben an dem Verfaſſer der teutſchen Anmerkungen über die franzöſiſche Schrift:* Les moyens d'arreter la miſere publique etc. ib. 8.

Eiusd. *die wichtigſte Angelegenheit für das ganze Publikum; oder die natürliche Ordnung in der Politik überhaupt, beſonders aber die allgemeine Freyheit im Handel und Wandel; die ungeſtöhrte Ein- und Ausfuhr des Getraides; die Ordnung der Vollkommenheit in der Cultur der Ländereyen, und in dem Verbrauche der Waaren; die zur Wohlfahrt der Staaten einzuführende einzige Auflage auf den reinen Ertrag der Grundſtücke, und die damit zu verbindende Einrichtung des Frohnweſens; auseinandergeſetzt. Carlsruhe.* 8.

Beſchreibung der Eiſen-Berg- und Hüttenwerke zu Eiſenerz in Steyermark herausgegeben von DANIEL GOTTFRIED SCHREBER *der Cameralwiſſenſchaften Lehrer in Leipzig. Leipzig und Königsb.* 8.

DAN-

DAVID SCHVLZ VON SCHVLZENHEIM *gekrönte Preiſsſchrift von Frieſel. mit einer Vorrede von* D. ZACHARIAS VOGEL. *Aus dem Schwediſchen überſetzt. Lübeck und Leipzig* 8. *mai.*

PHIL. GEOR. SCHROEDER diſſ. inaug. de inflammatione diaphragmatis. Reſp. *Leuin. Arnold Eleling.* Getting. 4.

Journal für die Liebhaber des Steinreichs und Conchiliogie. Erſten Bandes Erſtes Stück von IO. SAMVEL SCHRÖDER, *Stifftsprediger. Weimar.* 8.

Eiusd. *Lithologiſches Reallexicon, welches ſowohl die Lithographie als auch die nöthigſten Wahrheiten der Lithogeognoſie enthält. Erſter Band. Berlin.* 8. *mai.*

GOTTWALD SCHVSTERS *vermiſchte Schriften als eine Fortſetzung des mediciniſchen Journals. Erſte Layette. Chemnitz.* 8.

FRANCISC. XAVER. SCHWEDIAUER diſſ. inaug. exhibens deſcriptionem praeparatorum anatomicorum et inſtrumentorum chymicorum, quae poſſidet facultas medica Vindobonenſis, omnium aliorumque nonnullorum. Viennae. 8.

IO. ANT. SCOPOLI diſſertationes ad ſcientiam naturalem pertinentes. Pars I. Prag. 8. c. f.

Eiusd. principia mineralogiae ſyſtematicae et practicae exhibentia ſtructuram telluris, ſyſtemata mineralogica, lapidum claſſes, genera, ſpecies cum praecipuis varietatibus eorumque characteribus, ſynonymo, analyſi et vſu; nec non regulis nonnullis generalibus ad docimaſiam et pyrotechniam metallurgicam pertinentibus. ib. 8. mai.

Eiusd. annus quintus hiſtorico-naturalis. Lipſiae. 8.

Io.

Io. ant. scopoli flora Carniolica exhibens plantas Carnioliae indigenas et diſtributas in claſſes, genera, ſpecies et varietates ordine Linnaeano Tom. I. II. Editio ſecunda aucta et reformata. Lipſ. 8. mai. c.f.

Sabini secvndi *auf jetzige Zeit zu applicirende Todesfälle und mit was vor Condition eine Verwahrung darinnen paßiren kann.* ib. 4.

ioseph baptist. senac *über die verborgene Natur und Heilung der Wechſelfieber mit verſchiedenen Erfahrungen und Beobachtungen erläutert. Aus dem Lateiniſchen überſetzt.* ib. 8. mai.

Gottgetr. carol. lvdovic. seydler diſſ. inaug. de alumine eiusque vſu medico. ib. 4.

Ion. sidre'n diſſ. inaug. ſiſtens obſeruationes anatomicas circa infundibulum cerebri oſſium capitis in fetu ſtructuram alienam, partemque nerui intercoſtalis ceruicalem. Reſp. *Adolph Murray.* Vpſal. 4. c. f.

Eiusd. diſſ. inaug. ſiſtens aſcitis ſimplicis caſum. Reſp. *Io. Martin Reſtelius.* ib. 4.

* * siebold diſſ. de morbis inteſtini recti. Reſp. *Io. Georg. Scherer.* Herbipol. 4.

Ausführliche Abhandlung der Hydrotechnick oder des Waſſerbaues von io. elias silberschlag *Königl. Preußl. Oberconſiſtorial- und Oberbaurathe. Erſter Theil. Leipzig. 8. m. K.*

Reliqua proxime.

Contenta

Contenta in hac parte.

I. Journal de médecine, chirurgie, pharmacie etc. Par ROUX 1771 Tom. XXXV et XXXVI. p. 395
II. Chirurgical obſervations and caſes. By BROMFEILD 404
III. Notes on BEOMFIELD's obſervations. By S. 417
IV. Serious conſiderations on B.*** 419
V. Traité complet de chirurgie par DE LA MOTTE. Tom. I. et II. 420
VI. MECKEL de morbo hernioſo congenito ſingulari et complicato feliciter curato 421
VII. REICHEL diſſ. inaug. ſiſtens obſeruationes de calculis renalibus 425
VIII. A methodical introduction to the theory and practice of phyſic. Vol. I. et II. By MACBRIDE 430
IX. Voyage en Californie par D'AVTEROCHE 460
X. An account of the voyages by BYRON, CARTERET et COOCKE. By HAWKESWORTH 463
XI. A Journal of a voyage to the South-ſea. For PARKINSON 467
XII. Philoſophical Tranſactions Vol. LX. for the year 1770. 469

XIII.

XIII. Von born *Briefe über mineralogiſche Gegenſtände* 496

XIV. *Beyträge zur Waſſergeſchichte von* böhmen. 1*ſter Band* 507

XV. Murray enumeratio librorum praecipuorum medici argumenti 511

XVI. Diſſ. ſur les vapeurs et les pertes de ſang par M. hunauld 513

XVII. Klinkosch progr. exponens hydrocephalum fetus rariorem eiusque cauſſam 523

XVIII. *Berliniſche Sammlungen* III*ter und* IV*ter Band* 524

XIX. Cotvnnivs diſſ. de aquaeductibus auris humanae internae 538

XX. Sidre'n diſſ. inaug. ſiſtens obſeruationes anatomicas circa infundibulum cerebri cet. 543

XXI. Bang neruorum ceruicalium anatome 546

XXII. Haase diſſ. de gangliis neruorum 547

XXIII. Noua phyſico medica 550

XXIV. Continuatio indicis ſcriptorum phyſico medicorum, quae anno 1772 prodierunt 558

COMMENTARII
DE REBVS
IN
SCIENTIA NATVRALI
ET
MEDICINA
GESTIS.



VOLVMINIS XX PARS IV.

LIPSIAE MDCCLXXV.
APVD IOH. FRIDERICVM GLEDITSCH

Venduntur etiam
Amſtelodami apud I. Schreuder, Londini apud Io. Nourſe, Pariſiis apud Briaſſon, Venetiis apud I. B. Paſcali, Patauii apud Io. Manfré, Holmiae apud L. Saluium.

I.

Noui commentarii ſocietatis regiae ſcientiarum Göttingenſis Tom. III. ad an. MDCCLXXII. Götting. et Gothae. apud Chriſt. Dieterich. MDCCLXXIII. pagg. 316. tabb. aen. IX. Tom. IV. ad an. MDCCLXXIII. ib. MDCCLXXIV.

Equidem nos et hic eandem, quam ſupra *) diximus, ſumus ſequuturi rationem in indicandis virorum clariſſimorum commentariis, et omiſſuri mathematicos hiſtoricos et philologicos tractatus. Neque ea hic amplius repetamus, quae Cl. HEYNE eleganter et concinne, vt ſolet, in praefatione vel de mutationibus ſociorum, vel de quaeſtionibus propoſitis, vel de legibus, a ſocietate ſociis praeſcriptis ſingulis, expoſuit, cum, quae noſtra referant, ſuo loco ſingula relata acceperint Lectores. Quam ob rem ex tomi tertii prima parte indicandi ſunt

I. ALBERTI DE HALLER *de partibus corporis humani ſentientibus et irritabilibus ſermo tertius* **). p. 1.

*) vid. comm. noſtr. Vol. XIX. p. 255.

**) Praelect. d. 12. dec. 1772. Sermones priores tomo

Confirmat hic Ill. Auctor, quae experimentis ſaepiſſime et ſuis, et aliorum repetitis inconcuſſa manſerunt, et quaedam ſuis circumſcribit limitibus.
p. 2. De *partibus* primum *ſentientibus*, ibique de ſenſu partis corporis humani ſanae agit. Conſentit tamen inflammatione tactas partes acriori ſenſu, quam ſanas, praeditas eſſe. In ea, quae ſana nihil ſentiat, non putat ex vllo morbo ſenſum excitari.

Tendinibus nullum eſſe ſenſum etiam id probat, quod macerati in telam celluloſam reſoluantur, cum id in neruis non eueniat: quod etiam duriores ſint reliquis corporis partibus, et in auibus oſſeae fere naturae, qui a paſtu rubiae rubeſcant. Experimentis nuperorum et tendinum inſenſibilitatem demonſtrantibus, et aduerſariorum, inter ſe comparatis, efficitur, omnem ſenſum, quem quidam Cll. viri tendinibus tribuerunt, non ab ipſo tendine, ſed a neruis, qui tendines circumiacent, oriri: quam nerui laeſionem claudicatio, ſi ſequuta fuerit, luculentius probat, atque ignis et acidorum mineralium vim agentem in partes tendini vicinas diffundi. Sic de omnibus partibus inſenſibilibus experimenta iterata proponit, oſtenditque eum, qui aduerſariis viſus ſit his partibus ineſſe ſenſum, effectum eſſe vel a neruis vicinis laeſis, vel a vi corporis irritantis ſe late diffundente. In durae meningis inſenſibilitate demonſtranda ad Cl. LOBSTEINII experimenta*) etiam refert. Corneam plane non, et iridem parum ſentire docet. In pathologicis tamen de hac ſenſilitatis a membranis abſentia neminem poſſe tutum eſſe, cum nerui vicini

tomo II veterum comment. Gotting. ſunt euulgati. vid. comm. noſtror. Vol. II. p. 695.

*) vid. comm. noſtr. Vol. XIX. p. 624.

vicini laedantur, nec locus morbi adeo accurate definiri poſſit.

Celluloſam telam, non ſentientem, nuper Ill. MECKELIVS *) ſenſu praeditam dicere videri poſſet. Sed doluiſſe ait Ill. Auctor in hoc caſu celluloſam telam ideo, quod exigui nerui, qui per annulos abdominis tendunt, cuti inguinis ſcrotique paſſim impenſi, aliique cutanei nerui ſecti dolerent. Aliamque cauſſam ſubeſſe potuiſſe. Filamentum enim in aegro nerueum doluiſſe, quo reſecto, perpetuis tormentis liber euaſerit, atque tale filamentum quidem Auctor Ill. in aegro, cum iuuenis eſſet, per ſua ſigna agnouit. Id filamentum potuiſſe a ſuccuſſione irritari, quam ſcalpellus in celluloſa tela neceſſario excitaret, dum niſus eſſet eam diuidere. Oſſium ſenſum negat, proprio nunc niſus experimento, quod quoque de medulla eorum, ſ. adipe, videtur, vtpote cum Ei non probabile ſit, neruos ad eam accedere. Denique Ill. Auctor partes ſenſiles, quae neruis praeditae ſint, nominat, atque in medulla cerebri ſenſus ſedem eſſe confirmat, refutatque experimentis eorum opinionem, qui medullae cerebri, cum reliquas omnes partes faciant ſenſiles, ſenſum denegent. p. 25. p. 30.

2. RVDOLPHI AVGVSTINI VOGEL *experimenta circa partium ſalis ammoniaci conſtituentium proportionem* **). Quum variam hanc eſſe Cll. viri***) experti ſint: ipſe pericula cum ad analyſin, tum p. 37.

*) vid. comm. noſtr. Vol. hui. p. 421.

**) Praelecta d. 4. ian. 1772.

***) TOVRNEFORTIVS partium vrinoſarum duas tertias, (mém. de Paris. 1700.) GEOFROI ſupra tres quartas (ibid. a. 1723. p. 316.), HOFFMANNVS tres circiter quartas (obſſ. chym. p. 233. quod confirmat

tum ad ſyncriſin huius ſalis ſpectantia inſtituit.
p. 41. Igitur primo ſal ammoniacum depuratum cum ſale alcalino fixo igni tradebat in vaſe aperto, viditque, repetitis vicibus, non ſolum exhalare vapores primum albicantes, verum etiam, finita exhalatione et refrigerato crucibulo, ſalis relinqui eandem copiam, quae fuerat ſalis tartari: quod quidem ſal tartari immutatum manſerit, neque quidquam de ammoniacali receperit; cum hoc omne in aera diſperſum fuerit. Idem experimentum repetiit, praeter, quod loco ſalis tartari, cretam adhiberet, eamque a ſale ammoniaco mutari expertus eſt: nam etſi ne granum quidem pondere increuerat, tamen poſthaec, miro profecto phaenomeno, ita vltro aere humectabatur atque in oleum calcis deliqueſcebat, quam mutationem ab acido marino ſalis ammoniaci natam fuiſſe patet. Sal tartari vero in vaſe occluſo omnino, ſale alcalino addito, in ſal medium fixum perfectum mutabatur.

p. 43. Quibus quidem experimentis cum proportio partium, quae ſal ammoniacum conſtituant, non definiri queat: alia via inceſſit Auctor. Hinc ſal ammoniacum cum ſale tartari, diuerſa quidem proportione illi adiecto, in cucurbita ſublimauit ex balneo arenae, atque vſus eſt leni admodum igne, vt ſal vrinoſus purior extorqueretur, in qua ignis moderatione neglecta alii peccarunt. Atque tunc pro diuerſa proportione ſalis tartari vel plus, vel minus vrinoſi ſalis obtinuit. Quo maior ſalis tartari

firmat SPIELMANN inſtit. chem. p. 184), DU HAMEL plus, quam ipſum pondus ſit, ſalis ammoniaci (mém. cit. 1735. p. 419), DU FAY dimidiam ponderis, GROSSIVS paullo minus (ib. p. 420.) et TEICHMEYERVS vnam tantum partem ibidem contineri aſſeruerunt.)

tari copia, eo maior et ea ſalis vrinoſi erat, et contra: vnde et cur diuerſa Auctorum ſint experimenta, et hac ratione nihil certi declarari poſſe, apparet.

Quapropter Noſter tentauit per ſynheſin conſequi propoſitum finem. Igitur primum ſpiritus ſalis fortis vnciae vni in vitro ſenſim adiecit ſalis vrinoſi tantum, quantum ad ipſius ſaturationem requirebatur. Tumque, repetita vice, deprehendit ſpiritum hunc ſalis fumantem pondere quatuor ſcrupulorum increuiſſe. Deinde ſpiritus ſalis communis eandem copiam, vrinoſo ſale ſenſim adiecto, ſaturatam, duobus ſcrupulis augeri vidit. Ex his igitur colligit, indicatis ſimul, quae ſub efferueſcentia ſalium conſpicerentur, phaenomenis, pro diuerſa acidi marini virtute modo tertiam, modo ſextam partem ad ipſius ſaturationem requiri. Hinc TEICHMEYERVM a vero non prorſus abfuiſſe ait Auctor; etſi rationem perperam ſubduxerit. p. 46.

Monet quoque Cl. Auctor eos, qui experimenta haec repetere velint, ſe praeter ignis gradum, ſupra indicatum, omne ſal volatile ad numerum adſcripſiſſe, quod tam alembicum intus obduxiſſet, quam in vas recipiens transſtillauiſſet, ac fuiſſe antea vaſa exacte ponderata. Deinde, ſe finem ſublimationis tunc feciſſe, cum ſal volatile in alembico eo videret exſiccatum, vt moleculae eius quaedam deciderent. Denique cum ſublimationem ſalis ammoniaci cum calcis vivae tripla parte inſtitueret, ſe confirmatum vidiſſe, quod ne micula quidem ſalis vrinoſi forma ſolida in altum eueheretur, neque ad violentum ignem: ſed pauxillum liquoris ſpirituoſi, penetrantiſſimi, poſt aliquot horas demum tranſtillaret. Cum etiam ſal ammoniacum artificiale cum Aegyptiaco veteri compararet, illud omnino non differre vidit. p. 48.

p. 50. 3. EIVSDEM *de puluere caementariis nonnullis vſitato*, Tras *vulgo dicto*, *commentatio chemica* *). Poſtquam breuius retulit, e lapide duro vel ſolido, vel celluloſo, hunc puluerem recipi**), experimenta chemica deſcribit. Octodecim experimentis, quae cum oleo vitrioli aliisque et acidis et mediis ſalibus, borace, igne, et alio modo inſtituit, patet, eſſe lapidem Bockenheimenſem ex diuerſa materie conflatum, ſiquidem et vitreſcibilis terra, et alia diuerſa, cum acidis confligans et in iisdem ſolubilis eundem conſtituat: quae quidem iterum ex aluminoſa, martiali, et calcarea conſtet: ſintque hac inter ſe proportione, vt terrae vitreſcibilis tres partes, et vna pars terrae mixtae lapidem efficiant; in mixta vero hac terra quinque partes aluminoſae, duae martialis, et vna calcareae contineantur. Hinc ad nullam ſimplicis lapidis claſſem, ad arenarios tamen rectius, quam ad alios eum referri poſſe colligit.

p. 60. 4. IO. ANDREAE MURRAY *obſeruationes ſuper ſtirpibus quibusdam recens inuentis et rarioribus in horto academico inſtitutae* ***). Videtur Cl. Auctor aſſentiri iis, qui vegetabilia noua naſci poſſe exiſtiment, reprehenditque Cl. ADANSONIVM, qui numerum plantarum poſſibilium definire tentarit. Poſtea, dictis viris, quorum obſeruatione plures nouae plantae detectae ſint, ipſas plantas, quarum quaedam eodem tempore ab Ill. LINNAEO in mantiſſa II. receptae ſunt, curate deſcribit, additque obſeruationes, quae certiorem plantae determinationem reſpiciunt. Omnes hae plantae hypocau-
ſtorum

*) Praelecta d. 14. nov. 1772.
**) cf. quae dicta ſint comm. noſtr. Vol. XIX. p. 392.
***) oblatae ſocietati d. 4. iul. 1772.

ſtorum beneficio in horto Gottingenſi floruerunt, adiungitque Cl. Auctor earum icones a ſe ipſo, ſecundum ambitum plantae, fide et naturali magnitudine delineatas.

Sunt igitur plantae ſequentes. 1. *Heuchera di-* p. 64.
chotoma, caule ramoſo, pedunculis bifloris axillaribus, foliis lineari lanceolatis oppoſitis, integris caulinis. Annua. Differt flos ab *Heuchera americana* LINN. calyce inflato, lineis decem prominulis notato, obſolete ſinuato; petalis ſublinearibus, ſinubus inſertis; ſtaminibus, piſtillisque, calyce duplo longioribus, ſtigmatibus vix manifeſtis.
2. *Vinca puſilla*, caule erecto, herbaceo, quadran- p. 66.
gulari, floribus geminis ſolitariisque pedunculatis, foliis lanceolatis. Annua. 3. *Kölreutera mollugi-* p. 67.
noides eſt *Giſekia pharnacioides* LINN.*) 4. *Ca-* p. 69.
lendula gibboſa, ſeminibus cymbiformibus, omnibus incuruatis, marginis echinatis, diſci crenatis, ramis baſi gibboſis. 5. *Ocymum polyſtachium* LINN. p. 71.
medium inter *Meliſſam* et *Ocymum*, moſchi odore fragrans. 6. *Chondrilla nudicaulis* LINN. ad *La-* p. 73.
ctucam pertinere Noſtro videbatur, cum calyx calyculatus et deciduus ſit. 7. *Sida vrens* LINN. ite- p. 75.
rum, deſcriptione LINNAEI non ſufficiente, deſcripta. 8. *Spermacoce hiſpida* LINN. Dubia p. 77.
planta anteâ viſa; BVRMANNI icon et deſcriptio (*Theſ. Zeyl. p. 109. tab. 20. fig. 3.*) non ad hanc, ſed ad *S. hirtam* LINN. pertinent; contra BROWNII planta (*nat. hiſt. of Iam. p. 141.*) eſt haec eadem.
9. *Cacalia ſonchifolia* LINN. calyce non calyculato. p. 79.
10. *Siſymbrium islandicum* OEDERI *flor. Dan.* p. 81.
tab. 409. Denique quosdam fungos, interque eos nouam *Pezizam minimam* deſcribit.

*) vid. comm. noſtr. Vol. XIX. p. 421.

p. 85. 5. AVG. GOTTL. RICHTER *obſeruationes de morbis ſinuum frontalium* *). Hiſtoriam aegri Cl. Auctor enarrat rariſſimam, in quo ſuperior primum palpebra ſubito adeo intumeſcebat, vt tota liuida ad mediam fere genam dependeret. Elapſis aliquot diebus, aeger ſtupidus et ſomnolentus factus, ſimul vero parua apertura in palpebra nata eſt, ex qua ingens puris copia profluebat: inciſione autem facta tamen puris ſedes non detegi potuit, ſed aeger paulo poſt apoplecticus periit. Sectione cadaueris abſceſſum in ſinu frontali Cl. Auctor detexit, qui non modo exterius per oſſis frontis externam laminam, ſed etiam interius viam ſibi paraſſet, quae ad cerebri cauitatem penetraret. Ex amicorum aegri relationibus Noſter cognouit, aegrum nullam externam violentiam paſſum eſſe; non raro tamen de dolore obtuſo in fronte conqueſtum eſſe, ſubinde etiam illi aliquot puris guttulas e naribus deſtillaſſe.

His praemiſſis Cl. Auctor de cauſſis, quae inflammationi et puris geneſi in hiſce ſinubus originem praebere poſſunt, et medela diſſerit, quae, ſi apertura ductus iam obſtructa ſit, in eo conſiſtere videtur, vt orificium illud reſeratur, quod, immiſſo forte per nares ſpecillo, fieri poſſe Cl. Auctor ſuſpicatur. Hoc vero auxilio non ſuccedente, trepano ſinus frontalis aperiendus eſt, ſi aeger ſe hoc remedio ſubmittere non recuſet. Addit Cl. Auctor cautiones varias in hac operatione obſeruandas.

p. 95. 6. IOANNIS BECKMANNI *commentationis de reductione rerum foſſilium ad genera naturalia prototyporum pars ſecnnda* *). Pergit hic Cl. Auctor in reducendis

*) Lecta d. 4. april. 1772.
**) Praelecta d. 2. maii 1772.

reducendis foſſilibus, eo, quo ſupra *) inceperat, modo, atque *Entomolithos Helmintolithos*que hic ad protypa reductos, ſynonymis, deſcriptionibus animaduerſionibusque vtilibus illuſtratos ſiſtit: *Entomolithos* omnes, praeter cancrorum et oniſcorum, fictos iudicat. Ex *Enthomolithis Cancri* nominemus eum, quem *Manti* affinem putat Auctor, qui fit a Cl. GVETTARDO ardeſiae impreſſus inuentus **). Neque enim eſſe hunc *Entomolithum paradoxum*, vti temere ab aliis dictum ſit. Eſſe vero huius Entomolithi paradoxi protypum *Oniſcum*; neque vel Chitonem, vel Monoculum, vel aliud quoddam teſtaceum biualue. Hic ſimul *Oniſci Entomi*, qui ſit protypo ſimilis, deſcriptionem dat. *Helmintholithos meduſae* negat Auctor. *Echinorum* genus minus adhuc eſſe definitum, atque difficile *Echinitas* ad protypa ſua reduci putat Auctor: cum tamen Cl. KLEINII diſpoſitionem reliquis perfectiorem iudicet, eam hic ſequitur. De *lapidibus iudaicis* vulgo dictis non amplius dubium eſſe affirmat, quin fuerint *Echinorum mammillatorum* aculei; qui tamen non omnino ſolidi, ſed poroſi fuerint: ita cum aculei ex parte interiori putridi facti fuerint, et explicari poſſe, qua ratione ſpati geneſi locus fiat. p. 98. p. 102. p. 106. p. 118.

7. ABRAH. GOTTHELF KAESTNER *de parallelo ſtellae ob refractionem apparente, ad verum reducendo, et ſitu mutuo duarum ſtellarum, ob refractionem apparente ad verum reducendo* ***). p. 122.

8. ALB. LVD. FRID. MEISTER *de emendatiori ſcalae thermometri, inter puncta ex obſeruatiotionibus definita, interpolatione* †). p. 144.

9. HENR.

*) vid. comm. noſtr. Vol. XIX. p. 264.
**) vid. mém. de Par. a. 1757. tab. V. f. 2.
***) d. 6. iun. 1772.
†) d. 1. febr. eod.

p. 172. 9. HENR. AVG. WRISBERG *de vita fetuum humanorum diiudicanda* P. 1 *). De initio vitae humanae Cl. Auctor varias obſeruationes communicare apud animum conſtituit. Exhibet hinc primo tabulam partuum immaturorum, in qua conceptionis et partus tempus, pondus et magnitudo fetus, partus ſpecies et embryonis conditio annotantur. Quibus obſeruationibus oſtendit: ex embryonis ipſius natura et conditionibus probabilius longe de inchoante fetus vita iudicium, quam ex aliis ſignis ferri poſſe. Ad vitam enim animalem perfectam requiritur organorum quoque et inſtrumentorum, quibus actiones corporis perficiuntur, quaedam perfectio. In embryone 130 dierum, vna cum velamentis excluſo, perruptis velamentis Cl. Auctor debilem quidem, ſed diſtinctum tamen membrorum et cordis motum obſeruauit. Nullum autem pulſum percipere, nec reſpirationem excitare potuit. In fetubus vero ſexto grauiditatis menſe excluſis, licet immaturitatis ſigna in externa corpuſculi ſuperficie ſe oſtenderent, pulſus tamen et reſpiratio aderant.

p. 181. Expoſitis reliquis, quae in iis ratione ſuctionis, caloris corporis cet. Cl. Auctor obſeruauit, concludit: 1) Omnes in vtero embryones ab ipſo conceptionis momento viuere, ſed vitam viuere pauciſſimis muneribus ornatam. Hinc quaeſtio de fetuum vitalitate ita formanda eſt: quo tempore fetus capax ſit, omnes exercendi functiones, ad vitam animalem perfectam viuendam, neceſſarias, non quo tempore vita in genere incipiat? 2) Fetus ante initium quinti geſtationis menſis vix vllum vitae animalis perfectae ſignum, cordis motu excepto, oſtendere. Quarto tamen menſe muſculos iam agere incipere. 3) Cum ſexto menſe muſculi reſpirationis iam validi ſint, fetus eo tempore vitales eſſe, omnino concedi debere.

4. Vitae

*) d. 7. mart. 1772

4. Vitae animalis determinationem nec a dierum numero, nec ab vno alteroue vitae ſymptomate, ſed a complexu omnium ad vitam animalem neceſſariarum functionum deriuandam eſſe.

Tomi quarti pars prima nobis hos offert tractatus. T. IV.

1) ALBERTI DE HALLER *de partibus corporis humani irritabilibus ſermo IV* *). De viribus contractilibus corporis humani vniuerſis dicit, quas multi coniungant, Ill. Auctor ſeparat **). Vim contractilem eam, ex qua firmitas naſcitur, omnibus corporibus, e terra et glutine factis, ineſſe conſtat: muſculis membrisque datam vim contractilem in eo differre, quod humiditate deleta, vel tota pereat, vel minuatur multum. Quod ſi vis contractilis telae celluloſae nimis imminuatur, humor, qui in ea continuo ſecernitur, eandem diſtendit atque ita oriuntur oedemata. p. 1.

In hac tela celluloſa prima irritabilitatis ſtamina incipere, quae in fibra muſculari perfecta conſpiciuntur. Iam comparando dotes vis *mortuae* et *inſitae* ſeu irritabilitatis, oſtendit earundem diuerſitatem. Vis mortua in omnibus corporis humani partibus adeſt, continuo et abſque alternis vicibus agit, in celluloſis partibus potentior eſt, quam in muſculis, poſt mortem per plures dies, immo per menſem manet, non ſuſcitatur ab irritatione mechanica, atque motus ex frigore ad eam ſpectat. Contra vis inſita frigore et ſiccitate deſtruitur, a ſtimulo excitatur, breui a morte tempore p. 4.

*) Praelectus d. x. iul. MDCCLXXIII.

**) vid. Elementa phyſiologiae Ill. Auctoris tom. IV. p. 443. ſeq.

pore agit, multo violentior eius eſt motus, alternis vicibus, ſed perpetim operatur, ſola in fibra muſculoſa ſedem habet, neque ex vno in alium tranſit muſculum. Arterias igitur, ſi eae conſtringantur, quod Ill. Auctor nunquam vidit, propter muſ-
p. 12. culoſas fibras conſtringi putat. Quod ſi cor, quod omnium partium maxime eſt irritabile, aliquando prius palpitare deſinat, quam aliae partes, id a frigore, quo id ipſum perculſum fuerit, pendet.

p. 13. Maxime irritabiles fibras ſaniſſimi habent; a morbo qui ſentiunt, ſenſiles dicendi. Denique de neruea muſculoſae fibrae vi agit: haec, etſi quaedam cum vi inſita communia habeat, tamen longe pluribus dotibus differt, vt omnino ſit diſcernenda. Nam vis inſita ſ. irritabilitas ad ipſas plantas ſe extendit, et ad animalia neruis deſtituta, atque, neruea cum morte deſinente, ſuperſtes eſt, absque neruorum auxilio agit, cordis exemplo, in quo motus celerrimus, ſenſus obtuſus, atque vix vlla a neruis ligatis vel reſectis mutatio: deinde cerebrum et nerui, ſenſus ſedes, non irritari poſſunt, neque oſcillatorium aut attractorium motum oſtendunt: neque cum validiſſimis hyſtericarum conuulſionibus dolores coniunguntur, contra in arthritide ſaeuiſſimi ſunt, in neruis reſidentes dolores, vel in membris etiam paralyticis; vti Auctor ipſa ſui experientia confirmat; poſtremo vis neruoſa, voluntate iuſſa tantum agit, vis inſita absque
p. 21. eadem. Coniecturam tantum dicit Ill. Auctor, quod ſedem vis inſitae in gluten poſuerit, cuius cauſſae ſunt irritabilitas animalium gelatinoſorum, maior eadem in iunioribus, deleta ab exſiccatione.

p. 23. Denique vim muſcularem neruoſam per irritationem cerebri, et nerui excitari dicit, qui muſculum adit atque fluidum nerueum ſtimuli loco eſſe in muſculari fibra, quae in muſculis, voluntati ſub-

iectis

ieƈtis ſolis poteſtatem exercet, cum vis inſita in omni muſculo valeat. Omnibus igitur perpenſis, p. 24.
probabile videtur vnam eſſe vim muſculi contractilem, parum efficacem in fibra muſculari mortua; efficaciorem in viua, humida, calente; acutiorem in ea, quae liquore neruoſo ſtimulatur: atque organa magis irritabilia, absque nerueo ſtimulo, ſolo ſtimulo intus ad fibram applicato egere, vt contrahantur, eiuſmodi eſſe vitalia organa; voluntarios vero muſculos non a vi inſita ſola efficaciter contrahi, niſi per neruum a voluntate vis noua accedat, vel illa vehementiore ſtimulo excitetur.

2. EIVSDEM *de lue bouilla agri Bernenſis commentatio* *). Ideo ſaepiſſime tantas hoc morbo excitari ſtrages exiſtimat Ill. Auƈtor, quod idem in initio, vel malo iam adoleſcente difficillime cognoſcatur. Signum vnum certum de morbi praeſentia eſt tuſſicula, non valde moleſta: alia Auƈtorum ſigna nihil definiunt. Symptomata praecipua fere haec ſunt: poſt aliquot dies, vel ſerius, febris, cum tuſſi ſuſpiria et anhelitus, virium defeƈtus, febris maior ſaeuitia, eiusdemque ſymptomata. His per quosdam dies auƈtis, ſpuma viſcida ex ore naribusque animalis erumpit, ardet lingua, ronchus cum ſpiritu auditur, eſtque animae intolerabilis foetor. Oculi nunc intra orbitam ſe recipiunt, riget ceruix, cornua, prius calida, frigent, diarrhoea interdum et virium ſumma proſtratio morsque ſequitur. p. 25. p. 27.

In cadaueribus perpetua vidit Ill. Auƈtor pulmonis vitia, cum eo, nempe, adhaeſionem pleurae, pusque inter eam et pulmonem, huius inflammationem. Saepe pulmonis gangraena, abſceſſus, hydati- p. 28.

*) Praeleƈta d. 13. nov. 1773. quae et ſeparatim praeſtat, eodem in bibliopolio.

hydatides, gypſea in eo concrementa, atque hydrops, ab hydatidibus ortus animaduertuntur. Abdominis mala quidem ſunt frequentia, non tamen ad morbi naturam pertinent: vt ventriculorum varia vitia, inflammatio inteſtinorum, emphyſemata ſubcutanea lateris eius, in quod incubuit bos, ſaepe in eodem adeps putridus. In veſiculae magnitudine, quae ex inedia oriri videtur, nihil firmum, cum ea ſaepe ſana, eſſe iudicat.

p. 32. Hinc apparet, morbum eſſe a peripneumonia
ortum, progredi vel in gangraenam, vel tabem pul-
p. 35. monum: reliqua ſunt morbi effecta. Morbus au-
tem omnino eſt contagioſus, ita tamen, vt aer non
late ſit infectus, ſed is tantum vnius ſtabuli, vel
contagio ſparſo vnius vici; nunquam autem oritur,
p. 34. niſi a contagio vero. Quapropter cura morbi,
quae a variis varia adhibetur, Auctori Ill. multis re-
mediis fruſtra tentatis, non videtur in medicamentis
eſſe quaerenda, cum ita, vel vno ſeruato boue, malum
vlterius ſerpere, pluresque boues perire poſſint,
neque vis medicamentorum in hoc ruminante ani-
p. 37. mali a nobis ſit cognita. Sed potius in eo conſiſtit,
vt caueatur, ne ſpargatur contagium, idque inprimis in morbi initiis. Quare in Heluetia ſancitae ſunt leges ſeuerae, vt id omni modo perficiatur, trucidanturque hinc ſtatim, et boues, vel minima ex parte de morbo ſuſpecti, et ii, cum his vno in ſtabulo commorantes. Quas quidem leges, ab Ill. Auctore vberius et eleganter expoſitas, vbique ſtabiliri optamus. Denique vlceris in linguae radice, (*Zúngenkrebs*), aeris contagio nati, rapidum progreſſum, radendo linguam, vel eluendo, auerti poſſe docet Ill. Auctor, ſimulque ait equorum morbum *mucoſum* iisdem cautelis, quibus lues bouilla coercetur, ſupprimi.

3. Cl. IOAN. ANDR. MURRAY *commentatio de polypis bronchiorum* *). Seri partem tum in ſanguine adhuc calente, conquaſſato, tum in variis morbis in membranam quandam ſatis denſam mutari et concretiones varias inire notum eſt. Summa quoque earum concretionum, quoad colorem et compagem cum polypis eſt ſimilitudo. Horum ſedes maxime vulgaris in vaſis eſt, inprimis arterioſis. Quae in vtero et narium cauitate deprehenduntur concretiones polypoſae, eae non ita in ramos et fila deducuntur, ſed tunica cauo propria, vi coagulati liquoris expanſa teguntur. Sanguinis tamen ſoboles et hos polypos eſſe, indicat origo ex haemorrhagiis praegreſſis. Rariores ſunt polypi extra ſanguinis clauſtra, v. c. poſt vomitum cruentum in ventriculo cet. nati, ad quos etiam ii referendi ſunt, qui poſt haemoptoën in bronchiis ſubinde quaſi in modulo formantur, et licet initio cum membrana interna arteriae aſperae coniuncta fuerint, tamen ab ea ſoluuntur, et vt plurimum tuſſi eiiciuntur. Enarrat hic Cl. Auctor morbum et medelam iuuenis haemoptoë laborantis, in quo ſimiles concretiones excretae fuerunt, et deinde hunc caſum cum aliis ſimilibus hiſtoriis comparat. Eiusmodi concrementa ramoſa, non ex ſanguine tantum coagulato, ſed etiam ex muco, arteriam aſperam illiniente, vitioſe ſpiſſato oriri ſolent, ad quorum naturam ea membrana aduentitia quoque accedit, quae in angina, *Croup* dicta, bronchia inueſtit. p. 44.

4. Cl. HENR. AVG. WRISBERG *commentatio de ſecundinarum humanarum varietate* **). Ex inſigni ſecundinarum humanarum numero, quas Cl. Auctor perluſtrauit, nonnullas obſeruationes hic p. 57.

*) Praelecta d. 6. mart. 1773.
**) Lecta d. 8. mai. 1773.

hic communicat. Funem modo 7 pollices longum, alium vero 46 vel 48 pollicum longitudinem habentem obſeruauit. In alio puero funiculus in variis locis hydropicus erat, ita, vt craſſities eius $1\frac{1}{2}$ et 2 pollices et in alio ad $2\frac{1}{2}$ aequaret.

p. 63. In alio funis non in placenta, ſed in parte placentae oppoſita in velamenta inſerebatur. Vaſa vmbilicalia, vbi in velamenta abeunt, craſſiuſculo quodam annulo, ex celluloſa laxiori chorio cum amnio communi ambiuntur. Deinde in latere interiori chorii vaſa ſenſim ad marginem placentae accedunt, ne ſurculo tamen in velamentorum tunicas ablegato. Chorion vero ad placentae marginem pluribus in locis perforant. Rariſſima haec eſt obſeruatio, cui ſimilis a nullo fere Auctore annotata eſt.

p. 67. Partem placentae vaginae poſteriori parieti adhaerentem Cl. Auctor obſeruauit. Putat vero partem oui, quae placentam formare debebat, poſteriorem canalis ceruicis regionem, dum orificium hactenus clauſum eſſet occupaſſe: creſcente vero ouo, ipſam placentam ſenſim maius incrementum aſſumſiſſe et moliminibus forte ad abortiendum obortis, ſed mox ſopitis, partem oui ex orificio, aliquantum dilatato proceſſiſſe et vaginae adhaeſiſſe. Gradus quoque adhaeſionis placentae inſigniter variat. Firmiſſimam eiusmodi adhaeſionem Cl Auctor obſeruauit, in placenta ſcirrhoſa. Bis quoque Cl. Auctor ſecundinas in hydatides mutatas et in embryone quatuor menſium, abortu reiecto, integrum ouum veſiculis obſeſſum vidit, quale quoque Cl. BVRDACH in diſſertatione *de laeſa fetus nutritione abortus cauſſa Lipſiae a.* 1767. defenſa depingi curauit. Multorum animalium placentam in lobulos diuiſam eſſe notum eſt. In humana tamen quoque placenta Cl. Auctor rariorem fabricam deprehendit, viditque placentam, quae in ſeptem lobos, mediante chorio cohaerentes diuiſa eſſet.

5. Cl.

5. Cl. AVGVST. GOTTL. RICHTERI *obſeruationes de amauroſi* *). Ea enarrat Cl. Auctor, quae in pluribus aegris hoc morbo laborantibus obſeruauit. Vidit pupillae immobilitatem non ſemper amauroſis comitem eſſe, ſed in oculo perfecte obcoecato etiam quandoque eius mobilitatem ſupereſſe. Nonnunquam immobilis eſt, ſed plane contracta. Suſpicatur Cl Auctor diuerſam hanc pupillae conditionem in amauroſi, diuerſas forte ſpecies huius morbi deſignare. Color quoque pupillae nonnunquam in amauroſi laeditur. In nonnullis eiusmodi aegris pallida macula in oculo conſpicitur, cuius ſedem in retina eſſe et eam translucere Cl. Auctoris eſt coniectura. Putat in hoc caſu humorem vitreum reſolutum eſſe, eumque niſi ſemper, tamen ſubinde guttae ſerenae participem et varias itaque huius morbi ſpecies eſſe. Summa quoque in diuerſis aegris, ratione ſymptomatum in initio obſeruatorum, et celeritate incrementi, obſeruatur varietas. Non ex neruoſa tantum affectione, ſed et ex plethora, inprimis capitis partiali, hic morbus oritur. Si ab externa aliqua cauſa vnus oculus amauroſi laborat, morbus quoqne vt plurimum in alium oculum tranſit. Nimius lucis ſplendor oculis applicatus amauroſin producit, quod Cl. Auctor exemplo probat iuvenis, ex fulgure prope eum decidente hoc morbo laborantis. Saepe huius morbi cauſſa in praecordiis haeret. Hinc vomitoria in eo vtiliſſima ſunt, quod aliquoties Cl. Auctor expertus eſt. Vtiliſſimus quoque tartarus emeticus eſt in doſi refracta adhibitus. Siccitas narium et peculiaris doloris ſenſus in ſinu frontali, quem eiusmodi aegri percipiunt, oſtendere videntur, ſaepe morbi huius cauſſam in ſinubus frontalibus eſſe. Mercurialia profuiſſe Cl. Auctor nunquam obſeruauit. p. 77.

 6. IOAN-

*) Lecta d. 6. febr. 1773.

p. 89. 6. IOANNIS BECKMANNI *experimenta lanas inficiendi floribus carthami tinctorii* *). Nos quidem hic nihil referre ex inſtituti ratione poſſumus, cum oeconomici maxime ſint argumenti. id tantum moneamus Cl. Auctorem, praemiſſa plantae ipſius et *Dermeſtidis pulicarii* LINN. qui in ea paſcatur, deſcriptione, experimentis curioſis, lectuque dignis, demonſtrare, eſſe carthamo noſtrati eundem cum orientali colorem rubrum, neque differre eos copia coloris rubri, ſed potius abundantia coloris lutei.

p. 120. 7. ABRAH. GOTTHELF KAESTNER *de planetae, declinationem et parallaxin continuo mutantis, diurno, ad parallelum aequatori referendo* **).

p. 169. 8. ALB. LVD. FRID. MEISTER *de Heronis fonte educendis ex puteo aquis adhibito, ſ. de hydraulo pneumatico Schemnitienſi commentatio* ***). De machina agit, pneumatica Schemnizii dicta, et a Cl. PODA et Perill. de BORN deſcripta †), quae organi ſimplicitate eximia eſt, cum nullis rotarum conuerſionibus, nulla vectium reciprocatione, nulla tignorum perticis iunctorum oſcillatione, quin ne embolo quidem egeat ad aquas ex puteo exprimendas. Cum tamen in ea quaedam ſint vitia, variaque nondum ſatis definita, Cl. Auctor hac commentatione ex regulis hydraulicis multa certius definit, vitia tollit, et machinae virtutes augere ſtudet.

II.

*) Praelecta d. 4. iun. 1773.
**) Praelecta d. 3. april. eod.
***) Prael. d. 9. ian. eod.
†) Libri vnius titulum vide comm. noſtr. Vol. XIX. p. 724. alter ſic inſcribitur: *Berechnung der Luftmaſchine, welche zu Schemnitz von* IOS. KARL HOELL *erfunden und* 1753 *erbauet worden von* NIKOLAVS PODA. *Wien.* 1771.

II.

Plantarum verticillatarum vnilabiatarum genera et ſpecies. Auctore IO. CHRISTIANO DANIELE SCHREBERO Conſ. Aul. Botan. et Oecon. Prof. in Acad. Erlang. etc. Lipſiae apud Cruſium. 1774. 4. mai. pl. 11. Tab. aen. 1.

Etſi pauca, immo duo tantum, genera ſunt, quae florem verticillatum vnilabiatum gerunt; eorum tamen accuratior diſquiſitio grata erit botanicis, praecipue cum et genera a variis diuerſimode aſſumpta atque conſtituta, et ſpecies non ſatis vbique determinatae fuerunt. Quam confuſionem, difficultatemque omnem Cl. Auctor optime ſuperauit, ac non ſolum genera, et inprimis ſpecies facili ratione determinauit, ſed et omnia, a veteribus aeque, ac recentioribus tradita, et huc pertinentia, ſollicite adduxit, caute diiudicauit, ſua vbique immiſcuit, et ſic horum generum, ſpecierumque, quarum etiam aliquas nouas conſtituit, aliasque neglectas reſtituit, omnes vero concinne deſcripſit, ſynonymis ſelectis, locisque natalibus illuſtrauit; abſolutam hiſtoriam tradidit. Quo autem praeſtantia huius libelli eo clarius adpareat, a capite ad calcem eundem percurramus, et quaedam ſpeciatim annotemus.

Quaenam veteribus notae fuerint vnilabiatae plantae notauit, et quatenus *Polium*, *Chamaedrys*, *Teucrium*, *Scordium et Chamaepitys*, nomina in veterum ſcriptis occurrentia, plantis, in officinis vſitatis, vel a recentioribus ita appellatis, conueniant, ſtudioſe diſquiſiuit. p. 1.

p. 8. Quae a recentioribus, BRVNFELSIO ad LINNAEVM vsque detectae fuerunt ſpecies, commemorauit, ac cuique ſuam tribuit. Adparet inde plurimos vnam modo, TOVRNEFORTIVM vero et BARRELIERVM plures nouas inueniſſe ſpecies. Vterque decem, et ita ambo viginti primum nominarunt.

p. 10. De generibus, a botanicis varie inſtitutis egit, eorumque viciſſitudines à BAVHINI ad noſtra tempora enarrauit.

p. 13. Plantarum verticillatarum notionem generalem dedit, et vnilabiatarum a reliquis diſcrimen
p. 15. expoſuit, illudque cum aliis, praecipue in labio ſuperiori corollae deficiente aſſumſit, et ſcripſit: *In his, ſi labium ſuperius reſectum fingas, vt vel omnino abſit, denticulo minimo, plerumque bifido, eius locum occupante, vel illius reliquiae quaedam reſtent, quas ad labium ſuperius referendas eſſe, obſcurius tantum appareat; ideam floris vnilabiati habebis.* Monuit etiam, in aliis ſtirpium ordinibus flores vnilabiatos, vel vere adeſſe, vel ita apparere, vt ſunt *Acanthus, Melianthus, Scaeuola, Lobelia;* aſt non ſufficit haec nota, requiritur quoque altera, vt nempe flores ſint verticillati; hinc et ſemper vtroque vocabulo inſigniendae plantae, et verticillatae vnilabiatae dicendae.

p. 16. Genera tamen plantarum, quorum vnum *Aiugam*, alterum *Teucrium* cum LINNAEO appellauit, characteribus propriis diſtinxit, eosque non tantum ex corolla, ſed etiam reliquis floris partibus deſumſit. Omiſſis communibus, quorſum etiam ſpectat glandula, germini antice adpoſita, notemus ſequentes:

In

In Aiuga.	*In Teucrio.*
Calix leuiter angulatus, laciniis inaequalibus, ſuprema minima.	*Calix* decies ſtriatus, denticulis inaequalibus.
Corolla externe piloſa, tubus baſi globoſus, pilis interne coronatus, ſuperius conicus; labii ſuperioris loco denticulus emarginatus, rarius integer, labii inferioris lacinia media obcordata planiuſcula.	*Corollae* tubus cylindraceus, baſi curuus, labii ſuperioris loco duae auriculae ſubereſtae, ſinu profundo diuiſae, labii inferioris lacinia media rotundata, concaua.
Stigmata duo, ſuperius ereſtum, ſubulatum, inferius deflexum planum.	*Stigmata* duo acuta.
Semina ouata rugoſa.	*Semina* angulata, vertice rotundato laeui.

Species variis calicis et corollae proprietatibus, a ſe inuicem recedunt, et hinc plura conſtituerunt genera alii botanici; quae omnia ſeorſim notauit, eorumque differentias expoſuit Auſtor; licet vero non tanti ſint momenti, vt diſtinſta genera conſtituant, eadem tamen ad ſubdiuiſionem ſpecierum commode adhibuit, et *Teucrii* genus, in *Teucrium, Chamaedrym, Polium*, et *Scorodoniam; Aiugam* vero in *Bugulam* et *Chamaepitydem* diſtinxit, ac cuilibet cohorti ſuas generales notas tribuit.

Seceſſit itaque a Linnaeana diſtinſtione, dum *Chamaepitydem*, cum HALLERO, non *Teucrio*, ſed *Aiugae* inſeruit. Huius ſtigma ſimplex et capitatum ſe nunquam vidiſſe, contra SCOPOLIVM monuit.

p. 22. Species recenſuit. *Aiugae* octo conſtituit, et praeter *Orientalem*, *reptantem*, et *Salicifoliam* a LINNAEO memoratam, et ex *Teucrii* ſpeciebus, *Chamaepityde* et *Iua* huc relatis, aſſumſit a TOVRNEFORTIO *Aiugam rhiam*, *fol. trifidis*, *floribus axillaribus*, *ſolitariis*, *folio longioribus*, *caule diffuſo* praeditam, et a MILLERO *moſchatam*. *Pyramidalem* vero, *geneuenſem* et *alpinam*, a LINNAEO ſeorſim traditam, coniunxit, nomine *Aiugae pyramidalis*, *caulibus ſimplicibus erectis*, *fol. oblongis dentatis;* mirifice enim has plantas ſtatura et foliis variare vidit Cl. Auctor: hinc praecipuam notam, qua a *reptante* differt, in ſtolonum defectu poſuit. Aliquando vix digitum aequat, aliquando bipedalis fuit; folia inferiora nunc ouata, nunc lanceolata, nunc linearia, magis minusque dentata, villoque rariori vel denſiori tecta, et florentia nunc triloba, nunc integra: easque differentias non ſolum in diverſis indiuiduis, ex vario loco natali petitis, ſed nonnunquam in vno eodemque obſeruauit Cl. Auctor.

p. 26. *Teucrii* ſpecies recenſuit quadraginta nouem. Illarum enim, quae in Linnaeanis ſcriptis occurrunt, numerum plurimis aliis auxit, quarum nonnullae prorſus nouae ſunt, aliae vero diu quidem obſeruatae, aſt nondum inter ſpecies receptae fuerunt; quasdam etiam ex Linnaeanis, vt varietates, aliis addidit, multas denique aliis ſpecificis characteribus exornauit et accuratius diſtinxit. Haec omnia, quae emendationes aeque, ac locupletationes ſpectant, recenſere non poſſumus, quaedam ſpeciminis loco tantum adducamus. *Teucrium fruticans* et *latifolium* LINNAEI coniunxit, et dixit: *Teucrium fruticans*, *fol. lanceolatis integerrimis ſubtus niveis*, *floribus ſolitariis*, vt et *Teucrium ſupinum* ac *montanum* nomine *Teucrii montani*, *corymbis terminalibus*

minalibus glabris, fol. petiolatis ellipticis, margine reuolutis, ſubtus tomentoſis, caule procumbente: oſtendit enim nunc folia integerrima, vel linearia anguſtiſſima, vel lanceolata anguſtiora, et latiora, vel etiam apice dentata. Ex *Teucrio cretico* autem duas fecit ſpecies, altera dicta: *Teucrium hyſſopifolium, fol. linearibus integerrimis acuminatis, ſubtus niueis, racemo floribus ternatis ſolitariisque, calicibus ſpinoſis,* huc ſpectat Roſmarinum ſtoechadis fol. ALPINI exot: altera: *Teucrium breuifolium, fol. lanceolatis reuolutis integerrimis, obtuſis, incanis, floribus ſolitariis, calicibus muticis;* huc pertinet *Polium anguſtifol. creticum* C. B. P. Inter nouas notari debet *Teucrium paruiflorum, fol. multifidis linearibus, racemo decompoſito, pedicellis elongatis diuaricatis,* a ſolo TOVRNEFORTIO in Corollariis memoratum, ab Auctore hic delineatum: porro *Teucrium nitidum, fol. ouatis crenatis, floralibus integerrimis, verticillis dimidiatis racemoſis, caule biſariam barbato,* quod HEBENSTREITIVS in Mauritania legit et in ſuo Herbario, nunc ad Auctorem translato, exſiccatum aſſeruauit. *Polii* ſpecies plures, a BARRELLERIO inprimis memoratas, a LINNAEO autem omiſſas, propriis characteribus ſeparauit, et vndecim nouas conſtituit. Etſi autem plurimas ſpecierum catalogo inſeruit Cl. Auctor, multae tamen reſtant, a Scriptoribus vel modo nominatae, vel imperfecte delineatae, quas omnes recenſuit. p. 51.

Sic itaque ſpeciebus, botanice conſideratis, eaſdem etiam medice diſquiſiuit et omnium p. 55. qualitates, ſenſibus cognoſcendas, deſcripſit; ſpe- p. 57. cies officinales ſolas adduxit, et quaenam ea- p. 59. rum partes, et ſub qua forma a medicis adhiberi ſoleant, annotauit; deinde harum diſquiſitio- p. 64. nem chemicam, ex optimis Auctoribus repetiit; vires medicatas adduxit, et morbos collegit, in

p. 64. quibus illae a variis laudatae fuerunt; tandem de p. 67. illarum vſu oeconomico breuiter diſſeruit. Viſitantur ab apibus flores, oues, capraeque teneris herbis veſcuntur, ab equis vero illae reſpuuntur, aduerſus varios pecorum affectus vtiliter adhibentur, varioque modo ad rem tinctoriam vtiles videntur. Multa Cl. Auctor inſtituit experimenta, vt cognoſceret, quali fila lanea, goſſypina, lintea et ſerica colore inficerentur. Obtinuit flaueſcentem, flauum, giluum, aut badium, ſaepe in fuſcum, vel vireſcentem declinantem, eumque ſaturatiorem, vbi fila antea cum alumine macerata vel cocta fuiſſent; lana etiam et ſericum melius, quam goſſypium et linum eosdem colores admittebant.

Abſoluto libello, Hilliani operis, The *Vegetable ſyſteme* inſcripti, Volumen decimum ſeptimum obtinuit, et cum in eodem *Aiugae* et *Teucrii* plurimae ſpecies deſcriptae et delineatae ſint, earum catalogum exhibuit, et ad nonnullas animaduerſiones addidit.

III.

CAROLI A LINNÉ Syſtema vegetabilium, ſecundum claſſes, ordines, genera, ſpecies, cum characteribus et differentiis. Editio decima tertia, acceſſionibus et emendationibus nouiſſimis, manu perilluſtris Auctoris ſcriptis, adornata a IOANNE ANDREA MURRAY, Med. Doct. etc. Gottingae et Gothae. Typis et Impenſis Io. Chriſt. Dieterich. 1774. Alph. 2. plagg. 2. 8.

Amoenae conſuetudini, quae Cl. MURRAY cum Ill. LINNAEO contigerat, hanc nouam ſyſtematis vegetabilium editionem in acceptis habeant botanici.

botanici. In qua, quae, poſtquam libri, *Genera et ſpecies plantarum* dicti, editi eſſent, nouae ſtirpes a LINNAEO viſae, aſſumtae et vel in *Appendice ſpecierum*, in *Mantiſſis*, et *additamento ad tertiam ſyſtematis naturae partem edit. XII.* deſcriptae ſparſim ſunt; vel, his etiam iam publicatis, nouiſſime detectae, et Illi viſae, et ab Eo ratae habitae fuerunt, omnes ſuis locis inſertae deprehenduntur. Acceſſerunt quoque multae, eaeque vtiliſſimae ad naturam diſtinctionemque plantarum certiorem ſpectantes obſeruationes et emendationes Ill. Archiatri, qui, quod laeti legimus, animi vigore viriumque integritate ſenex fruitur placidiſſime. Inſignis praeterea addita eſt ſynonymorum nouorum, certiusque definitorum copia, dubia ſynonyma excluſa, optimae icones, praeſertim RIVINI, OEDERI, IACQVINII, SCHREBERI et MILLERI, commemoratae.

Quae omnia, quanta ſollicitudine, diligentia et accuratione a Cl. MURRAY adornata ſint, tum ex aliis Editoris Cl. operibus facile colligere licet, tum ipſe liber ſatis luculenter oſtendit. Oeconomia regni vegetabilis immutata, vti alias, ſic et hic Claſſium generibus eſt praefixa. Nos de acceſſionibus mutationibusque ita hic locuturi ſumus, vt, quae mantiſſas attineant, cum a nobis ſuo loco *) indicata ſint, prorſus omittentes, de recentioribus, quantum fieri poteſt, breuiter agamus.

Noua genera haec acceſſerunt: 1. *Diſandra*, p. 290. (*Heptandria*, *monogynia.*) perianthio ſubſeptem partito; corolla rotata, ſubſeptempartita; capſula biloculari, polyſperma. Fuit in *Syſt. nat. ed.* XII.

*) vid. comm. noſtr. Vol. XVI. p. 104. Vol. XIX. p. 516.

p. 330. XII. *p.* 421. *Sibthorpia peregrina.* 2. *Codon*, (*Decandria, monogynia.*) perianthio decempartito, foliolis alternis breuioribus; corolla campanulata decempartita, aequali; nectario decemloculari, ex ſquamis 10. conniuentibus, receptaculum tegentibus; ſtigmatibus 2; pericarpio biloculari poly-
p. 411. ſpermo. Auctore Cl. DAV. ROYEN. 3. *Looſa*, (*Polyandria, monogynia*) perianthio pentaphyllo, perſiſtente; corolla pentapetala; nectario pentaphyllo ariſtato; capſula ſeminifera, vniloculari, ſemitriualui, polyſperma. Auctore Cl. IACQVINIO. 4. *Fothergilla*, (*Polyandria, digynia.*) calice truncato, integerrimo; corolla nulla; capſula biloculari; ſeminibus ſolitariis oſſeis. Auctore Cl.
p. 581. GARDEN. 5. *Durio*, (*Polyadelphia, polyandria*) perianthio quinquefido, vrceolato, infero; corolla pentapetala; ſtaminum phalangis quinque, qualibet in ſeptem ſtamina diuiſa; pomo quinque loculari. Character e RVMPHIO (*Amb. I. p. 99. t. 29.*) mutuatus eſt. 6. *Fuſanus.* (*Polygamia, monoecia*) Hermaphroditi calix quinquefidus, corolla nulla, ſtamina quatuor, germen inferum, ſtigmata quatuor; drupa. Maris et Hermaphr. partes eaedem praeter fructum abortientem.

p. 420. Quorundam generum characteres correctos deprehendimus, ad quae pertinent 1. *Cimicifuga*, quae ex *Dioecia, pentandria*, in *Polyandriam, tetragyniam* translata eſt, his ſignis: cal. foliolis 5, ſubrotundis, caducis; cor. nectaria 4, petaliformia, vrceolata, cartilaginea; filamenta 20, filiformia, antherae didymae; germina 4 — 2, ſtyli recuruati, ſtigmata ſtylo longitudinalia; capſulae oblongae, ſutura laterali dehiſcentes; ſemina plurima, obtecta ſquamis patentibus. Monetque Ill. Auctor, variare eam omnium maxime numero calicis, corollae

rollae, piſtillorum, vt *neque ſexus conſtans ſit*, nec proportio. 2. *Spilanthus*, cuius corolla dicitur limbo ſaepius quadrifido, et receptaculum *paleaceum* (quod poſterius tamen error typographicus videtur; cum *Spilanthi* differentia a *Bidente* in defectu palearum conſiſtat.) 3. *Reſtio* cuius germen *inferum* dicitur.

Deleta ſunt *Leucadendri Hartogiae* et *Elegiae* genera; prioris ſpecies ad *Proteam*, poſterioris ad *Dioſma*, poſtrema ad *Reſtionem* relatae.

In ſpecierum recenſione, earum primo mentionem faciamus, quae ad alia genera relata ſunt. Sic

fuit		et nunc eſt	
Andropogon *Rauennae*	–	Saccharum *Rauennae*	p. 88.
Panicum *alopecuroides*	–	Alopecurus *Indicus*	p. 92.
Diapenſia *Heluetica*	–	Aretia *Heluetica*	p. 162.
Primula *Vitaliana* *)	–	Aretia *Vitaliana*	
Lonicera *Marilandica*	–	Spigelia *Marilandica*	p. 166.
Polemonium *rubrum*	–	Ipomoea *rubra*	p. 171.
Phylica *radiata*	–	Brunia *radiata*	p. 200.
Carum *Bunius*	–	Aethuſa *Bunius*	p. 236.
Athamanta Meum	–	Aethuſa *Meum* **)	p. 237.
Silene *quadrifida*	–	Lychnis *quadridentata*	p. 362.
Ocymum *fruteſcens*	–	Mentha *perilloides*	p. 445.
Verbaſcum *Arcturus*	–	Celſia *Arcturus*	p. 469.

Hedyſa-

*) cf. comm. noſtr. Vol. XIX. p. 433.

**) Genus vnum hoc ſatis monſtrat, quam incongrue et contra naturam ex inuolucro genera vmbellarum definiantur.

	fuit	et nunc	eſt
p. 533.	Hedyſarum *Ecaſtaphyllum*	–	Pterocarpus *Ecaſtaphyllum*
p. 554.	Spartium *Capenſe*	–	Liparia *oppoſita*
p. 555.	Borbonia *tomentoſa*	–	Liparia *villoſa* *)
p. 562.	Aſtragalus *grandiflorus*	–	Hedyſarum *argenteum*
p. 610.	Verbeſina *Acmella*	–	Spilanthus *acmella*
p. 665.	Artemiſia *ambigua*	–	Seriphium *ambiguum*
p. 738.	Elegia *iuncea*	–	Reſtio *Elegia.*

Quaedam iterum ſpecies varietates factae ſunt, vt

p. 165.	Lyſimachia *ciliata*	eſt var.	Lyſimachiae *quadrifoliae*
p. 438.	Teucrium *campanulatum Spec.*	–	T. *orientalis*
p. 549.	Dolichos *pubeſcens*	–	Glycines *tomentoſae*
p. 566.	Aſtragalus *tenuifolius*	–	A. *Onobryrhidis*
p. 719.	Thuia *cupreſſoides*	–	Th. *aphyllae*
	Fucus *lacerus*	–	F. *ceranoidis*
p. 812.	Fucus *exciſus*	–	F. *canaliculati*
	Fucus *ornatus* (*Mant.* II. p. 312.	–	F. *vittati*

p. 205. Quam in *Mantiſſa II. p.* 344. **) *Celoſiam lanatam*, ad *Illecebrum* retulit, nunc manet *Celoſia* eodem nomine: eſtque *Illecebrum* ibi definitum no-
p. 644. vum, nunc *Iauanicum* dictum. *Matricaria Capenſis* ***) non *Cotula radiata*, vt *Mant.* II. p. 516. nominatur, ſed *Cotula Capenſis* appellanda. Praeter-
p. 194. ea etiam, quod animaduertimus, *Rhamnus Siculus*, dicitur nunc *pentaphyllus*, vt alias quasdam nominum triuialium mittamus mutationes.

E nouis

*) vid. comm. noſtr. Vol. XIX. p. 436.
**) vid. comm. noſtr. ib. p. 430.
***) vid. ib. p. 431.

E nouis ſpeciebus exempli loco has commemoremus: *Calceolariae* alteram ſpeciem *integrifoliam*. p. 61. *Antholyzam Merianellam corollis infundibuliformibus, foliis linearibus:* quae eſt *Watſonia* MILL. *ic.* t. 297. f. 2. p. 77. *Feſtucam ſpadiceam panicula ſecunda, calicibus quinquefloris: floſculo vltimo ſterili, foliis laeuibus.* SCHEVCHZ. gram. 278. Staminibus violaceis. p. 101. *Bromum*, quem *ramoſum* dicit, (quod cum iam *ramoſum* alium eiusdem generis aſſumſerit LINNAEVS iterum nouam mutationem poſtulat) ex HVDSONE. *angl.* 40. *n.* 7. p. 102. *Cynogloſſum laeuigatum, foliis lanceolato ouatis glabriuſculis, calicibus tomentoſis, ſeminibus laeuibus*: eſt *Rindera* Cl. PALLAS it. I. p. 486. p. 157. *Daturam arboream, pericarpiis glabris, inermibus nutantibus.* p. 184. *Plumeriam pudicam, floribus limbo clauſis,* vt *Hibiſci Maluauiſci.* p. 210. *Selinum Seguierii,* quod prius ad Caruifoliam ſynonymis relatum erat. IACQVIN. *hort.* t. 61. *Paulliniae* plures ſpecies e IACQVINI obſeruationibus aſſumuntur. p. 314. *Arenariae* duae ſpecies, altera *faſciculata, foliis ſubulatis, caule erecto ſtricto, floribus faſciculatis, petalis breuiſſimis,* Auctore Cl. GOVANO; altera *liniflora, foliis ſubulatis, caulibus ſuffruticoſis, floribus geminis,* nouae ſunt. p. 354. *Roſa linica, germinibus ſubgloboſis glabris, pedunculis aculeatis hiſpidis, caule petiolisque aculeatis, calicinis foliolis lanceolatis ſubpetiolatis.* p. 394. *Dracocephalum Altaienſe* ex Act. Petropol. 1770. *Digitalis ambigua,* Cl. MURRAY nunc etiam a LINNAEO aſſumitur. *Arabis hiſpida, foliis hiſpidis, radicalibus ſublyratis, caulinis lanceolatis, Arabidi lyratae* ſimillima, in Auſtria habitans, auctoritate Cl. MYGIND conſtituitur. p. 501. *Cytiſum patentem floribus pedunculatis, ſubbinatis, lateralibus nutantibus;* TOVRNEF. *inſtit.* 648. *a* VANDELLIO aſſumit. p. 555. *Indigofera pentaphylla, foliis pinnatis oualibus quinis, caulibus proſtratis,* p. 564.

p. 567. *ſtratis*, *pedunculis bifloris* diſtinguitur. *Aſtragalus Stella* a *ſeſameo*, cui perſimilis, differt capitulis pedunculatis, leguminibus mucronatis, non reflexis,
p. 595. plurimis. *Chondrilla crepoides*, *foliis ſagittatis amplexicaulibus*, *caule ſimplici*, *floribus ſubſeſſilibus lateralibus*. Iam in *Mantiſſa* II. p. 483 monuerat LINNAEVS, ipecacuanham officinarum ſpeciem
p. 669. eſſe *Violae*; nunc eam definit foliis oualibus, margine ſubtusque piloſis: quaeritque an ſatis ſit diverſa a *Viola diandra*, *caule ſerpente herbaceo*, *foliis oblongis*, *pedunculis vnifloris* dicta, cuius deſcriptio
p. 807. additur. *Lichen Burgeſſii*, *foliaceus ſubimbricatus criſpus*, *peltis eleuatis muricato criſpis*, *fundo depreſſo plano*.

In obſeruationibus ſat copioſis additi ſunt characteres habituales, vel deſcriptiones breues partium, vel multa dubia indicata, vt ex his ſolum, quae ſummi botanici iudicium dubium minus certa habet, pateat, quanta poſteris et ſtudioſis botanicis determinanda certius remaneant. Animaduertimus *Willichiae* p. 138 eſſe ſubſtituendam *Mannettiam reclinatam*, et *Campanulam canarienſem* p. 175 eſſe delendam, cum factum ſit genus *Canarina campanula:* atque ſimul monemus legendum eſſe *comment. noſtr. Vol. XIX. p.* 421. loco *Canaria*, *Canarina*.

IV.

IV.

Inſtruction pour les ſages femmes, ou méthode aſſurée pour aider les femmes dans les accouchements naturels et laborieux; par Mr. DIDELOT, Maitre en Chirurgie, Lieutenant de Mr. le premier Chirurgien de feu S. M. le Roi de Pologne. Nancy, ſ. a. 8. pagg. 122. ſ. praefat. c. fig. aen. 1.

i. e.

Inſtitutio in vſum obſtetricum; ſiue methodus certa auxilium ferendi feminis in partu naturali et laborioſo. Aut. Cl. DIDELOT.

Praemiſſa explicatione terminorum anatomicorum et artis obſtetriciae, in libro obvenientium, in vſum obſtetricum, quae in prouinciis Galliae artem exercent, in praefatione ordinem tractationis proponit Cl. DIDELOT. Diuiſo toto libro in ſex tractationes, in prima agit de conſiliis, grauidae exhibendis, ſi attigerit nonum grauiditatis menſem; in ſecunda ſigna tradit partus proximi, quidque faciendum ab obſtetrice, cum dolores ad partum accedunt: in tertia de ratione opem ferendi parturienti in partu vnius, duo et trium fetuum deque ſolutione placentae exponit; in quarta methodum proponit, extrahendi fetum, ſi vnum aut vtrumque pedem offert, quem partum vt naturalem ob facilem perficiendi rationem conſiderat: Agit porro de ſignis fetus mortui in vtero, de mediis, quibus in vitam reuocari poteſt fetus ſtatim poſt partum difficilem, qui ob imbecillitatem inſignem videtur mortuus eſſe. Quid obſeruandum ſit durante partu ipſo, docet capite quinto, indi-

catque media, quibus ea, quae interdum matri et fetui periculoſa accidunt, poſſunt remoueri. Sexto denique capite de regimine puerperae, remediis, poſt partum difficilem applicandis, et internis et externis, agit ac obſeruationes priora illuſtrantes, adnectit. Videamus nunc ſingula.

Diuidit partum in naturalem, cum fetus capite primum et viuus, facile, ſine adminiculis artis naſcitur: in difficilem, ſi retardatur ob magnitudinem capitis vel ob anguſtiam viarum, quas permeare debet: in partum denique contra naturam, in quo fetus omnem aliam partem, quam caput offert, et vbi manus medici obſtetricis ſola perficere poteſt partum. Diſſuadet grauidis et monet feminas obſtetrices, vt iis diſſuadeant verſus finem grauiditatis nimium motum corporis, ad euitandum partum difficilem, et fluxum ſanguinis nimium durante grauiditate, cum multae feminae in Gallia adhuc putent, ſe magno ac multo motu corporis partum faciliorem reddere poſſe. In primis menſibus grauiditatis motum moderatum, in fine vero quietem commendat.

p. 5. Venaeſectionem, quam plures ſuaſu matronarum poſt ſeptimum menſem, ſine cauſſa ſufficienti inſtituunt, plane reiicit, niſi morbus pectoris, faucium, aut tuſſis violens et haemoptyſis eam exigunt. Idem valet de purgantibus, quae tunc temporis colicam, aliaque incommoda proferunt. Frictiones partium genitalium cum butyro recenti, quas obſtetrices ſuadent, in primiparis et ſenibus non plane quosdam dies ante partum negligendae ſunt.

p. 8. Ad ſigna definienda, quae partum proximum eſſe oſtendunt, commendat Cl. Auctor iure accuratam

tam diſquiſitionem dolorum ad partum et diſtinctionem verorum a ſpuriis, qua in re errores plerumque committunt obſtetrices. Ad ſigna certa refert fluxum humoris ſeroſi albeſcentis, interdum ſanguine tincti ex genitalibus, duos aut tres dies ante partum, inſignem dolorem in regione lumbari, vrinae excretionem conſueto maiorem, ruborem faciei, motus tremulos ad femora, vomitum interdum, tumorem partium externarum et orificium vteri apertum. Si caput fetus difficile tranſit ob anguſtiam partium, omnibus, quae obſtetrices ſuadent reiectis, vel ſpirituoſis vel calidis, ſolam venaeſectionem in brachio et clyſmata, nec non fomentationes ex aqua calida, vel ſemine lini cum lacte cocto abdomini applicandas ſuadet.

Quod partum ipſum ſpectat naturalem eaque, p. 24. quae tunc ſunt facienda, Cl. Auctor ea, quae iam in omnibus fere libris obſtetriciae artis leguntur, proponit. Extractionem placentae ſtatim poſt partum meliorem, quam ſi id naturae viribus committimus, caute tamen et, reſpectu ad maiorem vel minorem adhaeſionem et ad diuerſam conſtitutionem corporis habito, inſtituendam eſſe monet, variiſque obſeruationibus ab Eo collectis illuſtrat. Annexa eſt huic capiti tractatio de extractione placentae poſt abortum, nec non de abortu ipſo, obſtetricibus maxime ſcitu neceſſaria.

Vi ſoluere placentam abortus, ſi in fundo ma- p. 45. tricis haeret, diſſuadet, id quod naturae viribus potius committit; iam vero ſolutam, varia tamen incommoda vt haemorrhagiam aliaque proferentem, praeſertim ſi putredine deſtructa ſit, caute extrahere, commendat. Ad cauſſas abortus refert nimiam ſenſibilitatem debilitatemque vteri, morbum inflammatorium, vomitus, nimiam exercita-

tionem corporis, haemorrhagias, coitum immoderatum, veſtimenta nimis anguſta, et mortem embryonis. Cauſſae, in vtero poſitae, periculoſiſſimae ſunt, reliquae venaeſectione in brachio, quiete, regimine bono tolli poſſunt interdum. Monet obſtetrices, vt abortus, primo aut ſecundo menſe imminentes, bene attendant, nam haemorrhagiae, dolores omniaque ſymptomata ſunt leniora; interim nec tam periculoſi ſunt, quam ii, qui fine quinti, ſexti et ſeptimi menſis accidunt; in his egreſſus embryonis accelerandus, quanquam haec operatio maiores excitat dolores, quam partus naturales.

p. 53. Si quacunque alia parte, quam capite prodit fetus, id quod ex figura veſicae, quam repraeſentant tunicae fetus, aliisque patet, varia obſtetrici ſcitu neceſſaria cum lectoribus communicat. Vnus pes medico obſtetrici ſat exercitato ſufficit, ad perficiendum partum, niſi alter transuerſus poſitus eſt, quo in caſu omnis cautus eſſe debet, ne trahendo vnum, alterum frangat: item ſi duos pedes iam invenit, non prius trahendi ſunt, quam ſi ſciat, ſe certo pedes inueniſſe, cum alias varia damna inprimis in partu gemellorum oriri poſſunt. Ad extrahendum caput abruptum et in vtero relictum, vnco vti iubet chirurgos: ita tamen, ne laedant puerperam, qua ex cauſa manus non ex vtero prius, quam caput fetus educi debet. Difficiliores ſunt partus cum manu, humero, pectore etc. nec minus difficilior diſquiſitio, vtrum fetus ſit mortuus an non? Inter magnum numerum remediorum, quibus fetus tam debiles, vt mortui videantur, in vitam reuocantur, praeſtant ſuctio mammarum fetus, ob irritationem neruorum, combuſtionem ſecundinarum, quarum fumo exponendus eſt fetus, clyſma ex fumo nicotianae, aliaque,

que, maxime vero venaeſectio, quae fit diſſectione funiculi vmbilicalis.

Progreditur ad explicationem porro eorum, quae in partu ab obſtetrice ſunt attendenda. Fluxus ſanguinis in partu, qui lente procedit ſemper periculoſus; funiculus vmbilicalis ante fetum prodiens, mali ominis eſt; niſi enim fetus et funiculus vsque ad fundum vteri reprimi fetusque pedes arripi poſſunt, mors certe ſequitur: cum vero pauciſſimae obſtetrices id ſciant, ſuadet, vt funiculum ſupra caput reducere tentent, orificium vteri digitis vnius manus claudant et ſic caput in rectam viam ducant. Si placenta, a fundo ſoluta, obtegit orificium vteri internum, aut in vaginam deſcendit, oritur haemorrhagia ſaepe lethalis, niſi obſtetrix cauſſam detegat: in priori caſu, placenta reduci et fetus pedibus extrahi debet: in altero placenta primum extrahenda eſt. Si haemorrhagia durante partu magna oritur, ſtatim tunicas aperire et fetum pedibus educere debet obſtetrix. Motus conuulſiui matricis nulla alia ratione, quam venaeſectione brachii et fomentationibus relaxantibus compeſcuntur: omnia medicamenta reliqua reiicit vt noxia. p. 69.

Addit denique multa vtilia, quae ratione regiminis puerperarum ab obſtetricibus ſunt attendenda, vbi calida, ſpirituoſa, aliaque diſſuadet et iure ſimplicia et potus ac cibi, et medicamentorum genera his praefert. Vltimo denique loco adiecit obſeruationes partuum difficilium, quibus obſtetricum iuniorum cauſſa ea, quae ſparſim in libello, obſtetricibus valde vtili, propoſuit, illuſtrare annititur. p. 18.

V.

Garçon & Fille hermaphrodites, vus & desſinés d'apres nature, par un des plus célèbres Artiſtes & gravés avec tout le ſoin poſſible pour l'utilité des Studieux. A Paris, ſ. a. 8. pagg. 13. tables 2.

i. e.

Hermaphroditi et hermaphroditae deſcriptio et delineatio, ad naturam facta.

Arte multa factas has icones et ipſam deſcriptionem litteris aeri inſculptis exaratam indicare licebit. Puer hermaphroditus dicitur *Ludouicus Hainault* annos natus viginti vnum: qui puer ſemper habitus, cum anno 1773 moriretur a medicis et chirurgis noſocomii, in quod venerat, eſt repertus hermaphroditus. Fuiſſe eum ſanum, alacrem, parum barbatum, mammisque inſtructum dicitur. Partes vero genitales vtriuſque ſexus habuiſſe, et quidem iuxta ſe poſitas, vt femineae partes in dextro latere paullum virili ſuperius iacerent. Omnes partes externas et femineas et maſculas adfuiſſe. Interim tamen, cum omni res careat teſtimonio fide digno, neque nominati ſint medici et chirurgi, omnisque ſectio cadaueris et interiorum partium ſcrutatio neglectae ſint: non poſſumus, quin de veritate huius narrationis vehementer dubitemus, magisque ex morbo, vel ſcirrho glandularum vel hernia hunc tumorem natum, atque ex ingenio artificis ad hypotheſin magis eſſe fictum cenſeamus.

Quae attinent puellam hermaphroditam, itidem ſatis formoſe depictam, eam non, niſi feminam clitoride nimis elongata praeditam iudicamus, quod

quod et Auctor innuere videtur. Deerant enim clitoris, ſcrotum, teſtes et aliae partes, atque qui penis videbatur non erat perforatus. Ceterum relatio ſatis dubia de ea eſt. Dicta eſt *Maria Augé*, nata Lutetiis, anno 1755, quae poſtquam ibidem a multis viſa fuerit, clam tandem Londinum profecta ſit.

VI.

ANTONII DE HAEN Tomus decimus quintus rationis medendi in noſocomio practico quod in gratiam et emolumentum medicinae ſtudioſorum condidit MARIA THERESIA Auguſtiſſima Romanorum Imperatrix Hung. Bohem. etc. Regina etc. etc. vna cum indice locupletiſſimo XV. tomorum Viennae Auſtriae ſumtibus Hermanni Ioſephi Krüchten. 1773. 8. mai. pagg. 170. et 280.

Communicamus nunc hic cum Lectoribus tomum decimum quintum cum indice vniuerſali praecedentium tomorum, vti ſupra *) polliciti ſumus. Antequam indicem tradit Noſter quatuor praemittit capita cum appendice caſum iuuenis merſi complectente, et de ſubmerſis ſuffocatis eorumque auxiliis agit; in ſecundo, an ſigna certiſſima ſint, vivusne quis, an mortuus in vndas ſit praecipitatus, disquirit.

Hoc ſecundum quatuor ſectionibus conſtat, in quarum prima hiſtoria, huius diſquiſitionis origo argumentorumque ex eadem formatorum examen proponuntur, inque altera ſextuplex anatome corporum ſtrangulatorum cum variis phaenomenis diuerſo-

*) v. comm. noſtr. Vol. XIX. p. 641.

diuerſoque experimentorum effectu; inque tertia ſextuplex hominum anatome acutis chronicisque defunctorum, quorum pulmones, aqua ſpumoſa ſcatuerunt: ſexies in noſocomio, ſemel in vrbe; in ſectione denique quarta ſpuma pulmonum frequentiſſima ab aliorum anatomicorum experientia in iis, qui merſi non fuerint, demonſtratur.

Caput tertium de hydrope pulmonis. Caput quartum de daemoniacis. In appendice caſus de iuuene; qui ſpectat ad ſecundum caput huius tomi narratur.

p. 2. Tertio iam Cl. Auctor de merſis *) agit et laudat Gallos, Amſtelodamenſes aliosque exteros, qui plures eiusmodi infelices vitae reſtituunt. Exemplis nonnullis ſubmerſorum narratis, ad ea, quae vitam recens natorum ſuffocatorum reuocant, remedia tranſit. Sunt balneum tepidum vinoſum, frictio ventralis, reſpirationem artificialem efficiens, aer caute inſpiratus cet. Atque ita vnum ſeruauit.

p. 26. Spumae craſſae, flauae ſubinde tenacisque copia maior minorue in pulmonibus reperta animalium, qua viua aut ipſa ſeſe, aut alii praecipitia in vndas dederunt, regula creditur. Reiicitur autem haec a Noſtro ob experimenta contraria ex eorum anatome primum petita, qui viui fuerant merſi, dein qui poſt mortem in vndam ſunt praecipitati, et tertio, qui quolibet communi mortalibus morbo vitam cum morte commutarunt. Atque ſecundum hunc ordinem Noſter tres primas ſectiones huius ſecundi capitis **) pertractauit.

Deſcribit

*) vid. EIVSDEM Tom. XIII. et Tom. I. rat. med. continuat. comm. noſtr. Vol. XVIII. p. 280. et Vol. XIX. p. 641.

**) v. ſupra p. 633.

Deſcribit hic Cl. Auctor hydropem pulmonis eumque de hydrope pectoris diſtinguit aliorumque in ſententias huius morbi ergo inquirit. Signa dein colligit, quae potiſſimum conueniunt cum phaenomenis hydatici pulmonis et hydropis pectoris. In curatione hydropis pulmonis denique laudat CAROLVM PISONEM *), quem fatetur ſe non fruſtra conſuluiſſe in omnibus ſeroſis capitis, pectoris, ventris articulorumque morbis. p. 107.

Narrat hic Cl. Auctor rurſus **) nonnulla exempla fictorum daemoniacorum et hac occaſione hos morbos perſequitur fere ſemper fictos theologice et medice, nec non ſigna eorum enumerat. p. 128.

In appendice mentionem facit Noſter merſi, qui pariter nec in tracheae, nec in bronchiis, nec in loborum, in numeroſas partes diuiſorum, minima portione aquam ſpumoſam habebat, neque perſciſſione, quin imo forti preſſione nihil, niſi ſanguis prodibat. Et hoc exemplo illuſtrat Noſter pariter caput ſecundum, in quo hac de re egit. p. 161.

Index, qui additus eſt, locupletiſſimus, accurate et plene res, in his quindecim tomis rationis medendi contentas, indicat.

*) de morb. ex colluv. ſeroſ. nat. Sect. III. Cap. VI.
**) v. Rat. med. Vol. V. p. 137.

VII.

Von den Würkungen der Eicheln Verſtopfungen der Drüſen im menſchlichen Körper aufzulöſen. In einem Schreiben an den Herrn Profeſſor BALDINGER *zu Göttingen von* FRIED. IOSEPH WILHELM SCHROEDER *der Arzneywiſſenſchafft ordentlichen Profeſſor zu Marburg. Göttingen und Gotha bey Johann Chriſtian Dietrich* 1774. 8. *Seit.* 36.

i. e.

Cl. FRIDERICI IOSEPHI GVILIELMI SCHROEDER epiſtola de virtute glandum obſtructiones glandularum in corpore humano reſerandi ad Cl. BALDINGERVM.

p. I. Reſpiciebat Cl. Auctor in hoc remedio quaerendo, ad eam virtutem, quae in reſoluendo, roborando et penetrando cernebatur. Varia itaque remedia tentabat inprimis martialia cauſtica, quae coniungebat mercuriali et gummoſo ſulphure, eaque efficacia obſeruabat inprimis in podagra. Denique Cl. Auctor ad glandes veniebat inque iis eiusmodi reſoluens gummi, quod ab omnibus gummatibus notis diſtinctum vsque ad glandulas penetrabat, nec prius agebat, quam ibidem inuenit.

p. 17. p. 24. Hoc gummi ſingulare eſt gummi reſinoſum et ſemiſulphureum ſine omni acredine. Sumantur nimirum electae, maturae, nec vermibus exeſae glandes et excorticentur. Nuclei tum, qui facile ſe diuidunt et fabae ſimilitudinem imitantur, ſiccentur leniter et torreantur, caueaturque nimia ſiccitas ſeu aduſtio. Ita tranſudat primum grauiter olens et nociua humiditas, quae vti gummi in

earum

earum ſuperficie apparet, tum, ſi ita ſunt ſiccatae, torreantur cum perpetua agitatione in vaſe clauſo vsque ad eum duritiei gradum, quo poſſint teri et in pulnerem redigi. Huius pulueris vncia dimidia extrahatur feruida aqua et filtretur. Hanc colaturam iterum coquit Noſter vsque ad ebullitionem et dein calide et frigide cum ſaccharo edulcoratam propinat aegris. Ob nauſeam, quae hoc remedio continuato oritur, ſuadet hanc doſin cum drachmis duabus Coffeae Martinicanae mixtam extrahere et exhibere. Extractum aliasque harum glandum praeparationes Noſter non admittit.

Vſus eſt cum optimo effectu Cl. SCHROEDER p. 28. ipſe hoc remedio primum in glandularum obſtructionibus, dein in atrophia infantum, ſcabie et tabe cum nodis podagricis, in variis exanthematicis morbis e. gr. in variolis, quorum ſuppuratio nolebat ſuccedere, in furunculis, in arthritide, vbi vero ſimul martem mercurialem iunctam adhibuit; in lue venerea et malo hypochondriaco vero cum cachexia maxima. In his morbis omnibus optimos ediderunt effectus glandes, ac inprimis largum ſudorem valde odoriferum, interdum ſomnum. Exinde patet glandes eſſe efficaciſſimum p. 33. et promptiſſimum, quid quod vnicum remedium in glandularum et viſcerum obſtructionibus.

Praeterea nominat Noſter nonnullos alios morbos, p. 34. quibus mederi poſſe glandes iudicat, e. gr. obſtructiones vniuerſales et plenas, tuſſim phthiſicam et aſthma inprimis tophoſum, ſcrophulos, ancyloſin, carcinoma, febrem quartanam, lentam, forte et epilepſiam, ſi effectus eſt ſimilium cauſſarum, rhachitidem, cacochymias, icterum, chloroſin, cachexiam

morbos-

morboſque cutaneos, vt vlcera phagedaenica, tumores tunicatos; licet de his dubitat, quoniam materia eſt incluſa.

Legimus quoque de effectu harum glandum bono in atrophia et ſimilibus morbis obſeruationes in promptuario Hannouerano *) quas inſeruit ibidem M. I. MARX M. D. Laudat et hic Cl. SCHROEDERVM, cui debet huius remedii cognitionem, dicit vero contra eundem, ſe nec ſudorem, nec peculiarem eius odorem, neque ſoporem, ſi in magna doſi diu adhibetur, obſeruaſſe in ſuis aegris, qui licet diu et multum fruiti ſunt his glandibus. Dedit enim vnciam vnam et quatuor propemodum per menſes. Videntur glandes Cl. MARX potius agere in vias vrinarias.

VIII.

Succincta medicorum Hungariae et Tranſiluaniae biographia, centuria prima excerpta ex aduerſariis Auctoris. Lipſiae ex officina Sommeria. 1774. 8. pagg. 208. praeter dedicationem et praefationem.

STEPHANVM VESZPREMI celebrem in Hungaria medicum eſſe huius libri auctorem per benignitatem Ill. CAROLI ANDREAE BEL, qui in elegantiſſima praefatione huius inſtituti rationem reddit, intelleximus. In vitis itaque medicorum Hungariae et Tranſiluaniae recenſendis tenuit hanc rationem Cl VESZPREMIVS, vt vitam cuiusque primum et, quae eo pertinerent, omnia mox

*) *Hannöveriſches Magazin* 103*tes Stück. Montag, den* 26*ten December* 1774.

mox ſcripta, quibus inclaruiſſet, diſſerte atque ingenue proponeret, vitaretque ea omnia ſummo ſtudio, quae poſſent aut odio tributa, aut gratiae videri, iisque et adderet opera inedita, ſi quaedam exſtabant. Criſin praeterea operibus editis ad normam veritatis, ſine acerbitate tamen Noſter addidit.

Centuria prima continet centum medicorum vitas, quorum nomina hic repetere ſaltem, cum rerum multitudo dignarum, quae legantur ab omnibus omnino eruditis viris, accuratiorem huius libri ſummam non permittit tradere hic Lectoribus, plane nulli dubitamus. Legit profecto quilibet eruditus hunc librum non fruſtra, ſi hiſtoriae litterariae amicus eſt. Multas enim admirandas Hungariae et Tranſiluaniae res, quae pertinent ad hiſtoriam naturalem, ad numorum cognitionem, aſtronomiam, theologiam, iurisprudentiam, medicinam, breuiter ad omnem omnino eruditionem hic proponuntur. Nomina itaque recenſemus:

1) ADRIANVS.
2) IVLIVS AEMILIVS.
3) MICHAEL GOTTL. AGNETHLER.
4) IO. TSERE APATZAI.
5) CHRIST. AVGVSTINI AB HORTIS.
6) IO. BALSARATI VITVS.
7) IOANNES BANSI HVNNIADES.
8) STEPH. BEIDE.
9) MATTHIAS BENTZIG.
10) CATHARINA BETHLEN.
11) GEORGIVS BLANDRATA.
12) PROCOPIVS BONANVS.
13) IO. BREVER.
14) GEORGIVS BVZINKAI.
15) MARTINVS CARCEVS.

16) IO.

16) IO. CSEH CSVZI.

17) NICOLAVS DE DACIA Hungarus ord. praedicat. theologus, aſtronomiae et artis medicae peritus.

18) STEPHANVS DIOSZEGI.

19) DRACO.

20) ANDREAS DVDITH AB HOREHOVITZA.

21) ELISABETHA, WLADISLAI II. regis Poloniarum filia incidit in deſperatiſſimam paralyſin cum pertinacibus podagrae coniunctam inſultibus. Qui morbus, teſte LE FEBVRE regis Galliae chemico, in ſua chemia nullis ceſſit remediis, quoad aquam ex floribus rorismarini cum ſpiritu vini alcoholiſato digeſtis ac ter vel quater, ipſa ex lege artis Badae in meditullio regni deſtillaret eaque languentes corporis articulos ablui iuberet: fecit hoc regina frequenter et tota quaſi viribus renouata produxit vitam vltra annum aetatis octuageſimum. Haec eſt aqua illa Reginae Hungariae per vniuerſum orbem decantatiſſima.

22) NICASIVS ELLEBODIVS.

23) GEORGIVS FABVSCHI.

24) DANIEL FISCHER.

25) DAVID FROELICH vir omni diſciplinarum genere inſtructiſſimus.

26) GALEOTVS MARTIVS.

27) IO. AD. GENSEL.

28) PAVLLVS GÖRGEI.

29) IACOBVS GRAEGORY.

30) PAVLVS GYÖNGYÖSSI.

31) IO. GODOFREDVS HELLENBACH.

32) GEORGIVS HENISCH.

33) ANDREAS HERMAN.

34) IO. ADAM. HOFSTETER.

35) IO. HORTEL.

36) INSTITORIS aliter MOSSOCZI (MATTHIAS).

37) THO-

37) THOMAS IORDAN.

38) BENEDICTVS AB ITALIA.

39) ABRAHAMVS IVNG Tyrnauienſis pharmacopaeus medicinae practicus et in chemia exercitatiſſimus.

40) KASSAI aliter CASCHAV (IOANNES ANTON.)

41) PAVLLVS KERESZTESSI.

42) STEPHANVS KIRALY.

43) TOBIAS KOBER.

44) GEORGIVS KOVATS TATAI.

45) IO. SIGISMVND KREISEL.

46) STEPHANVS KÖKÖSI.

47) KÖLESE'RI DE KERES-EER (SAMVEL) poeta, hiſtoricus et medicus multisque ſcriptis clarus.

48) IACOBVS AMBROSIVS LANG DE LANGENTHAL.

49) LAVRENTIVS.

50) ALBERT LEONHART LASKY.

51) ANDREAS LOEW.

52) CAROLVS FRIDERICVS LOEW.

53) DANIEL MADAI.

54) DAVID SAMVEL MADAI.

55) IO. IACOBVS MANARDVS.

56) MELIVS IVHASZ (PETRVS).

57) MILLETER aliter MALETER (IOANNES).

58) FRANCISCVS MISKOLTZI celebris chirurgus laurinenſis.

59) CAROLVS OTTO MOLLER.

60) MVTINIVS.

61) IO. IACOBVS NEVHOLD.

62) CHRISTIANVS PAEKEN.

63) FRANCISCVS PARIZ PAPAI.

64) IO. PATERSON HAIN.

65) IO.

65) IO. DANIEL PERLITZI.

66) PETRVS.

67) EZECHIEL PIPERELL.

68) CHRISTOPHORVS PREYSIVS.

69) WILHELMVS RAYGER.

70) CAROLVS RAYGER.

71) CAROLVS RAYGER.

72) IO. ADAM RAYMANN.

73) IO. DAVIDES RVLAND.

74) PAVLVS SCALICH.

75) IEREMIAS SCHOLTZ.

76) N. N. SCVLTETVS.

77) IO. ANDREAS SEGNER magnum matheſeos lumen.

78) GEORGIVS SILVANVS.

79) SIMON SIMONIDES.

80) MICH. ALOYSIVS SINAPI aliter SENF Practicus magnus, vt THEOPHRASTI PARACELSI admirator, ita HIPPOCRATIS et GALENI obtrectator ſummus. Peripateticus per vniuerſam Germaniam, Poloniam, Hungariam aliasque Europae prouincias.

81) N. N. SPAENHOLTZ.

82) SAMVEL SPILENBERGER.

83) DAVID SPILENBERGER.

84) PAVLLVS SPINDLER.

85) MARCELLVS CAMILLVS SQVARCIALVPVS.

86) IO. STOCK archiater SIGISMVNDI et ALBERTI Regum Hungariae.

87) LAVRENT. STOCKER.

88) SZENT-KERESZTI aliter SANCTA CRVCIVS (DANIEL).

89) SZENT-PETERI (IONAS HODOR).

90) IVSTVS IOANNES TORKOS. Inter multa eius ſcripta occurrit quoque: Sal minerale alcali-

alcalicum natiuum Pannonicum et ex eodem parata remedia: liquor polychreſtus alcalicus et ſal polychreſtum alcalicum. Poſon. 1763.

91) MARTINVS TSEH, Hippiater.

92) TSOKAS aliter MONEDVLATVS (PETRVS).

93) MATTHAEVS TZANAKI. Medicinam eum feciſſe eamque in aula quoque principis GEORGII RAKOTZII I. exercuiſſe nullum ſupereſt dubium.

94) DAVID VALERIVS.

95) IO. VANGIO FRANCVS.

96) VARADI (MICHAEL.)

97) IO. WALLASZKAI alchemiae potiſſimum fuit amantiſſimus.

98) IO. WEBER.

99) GEORGIVS WERNHER.

100) STEPHANVS WESZPREMI. Vltimus eſt Noſter Auctor. Traiecti ad Rhenum. 1756 accepit gradum doctoratus et inauguralis diſſertatio ſua ſiſtebat obſeruationes medicas. Dein poſt abſolutam peregrinationem litterariam, Debrecinenſis medicinae practicus et phyſicus factus eſt. Varia opera edidit, e. gr. breuem inſtitutionem educationis infantum cet. *), totidem vero inedita. Inter quae et inuenimus ſuccinctam medicorum Hungariae et Tranſyluaniae memoriam: alteram nempe centuriam et plures, quae ſequentur; ſingulas cum ſuis ſupplementis.

Quae et hic promittitur, ſi placuerit prima centuria. Nulli vero dubitamus, placituram eſſe non ſolum, ſed etiam auide expectatum iri alteram hanc p. 207.

*) v. comm. noſtr. Vol. X. p. 753.

hanc centuriam cum ſequentibus. Nomina medicorum, quorum vitae in altera centuria enarrabuntur, hic communicata ſunt, nos vero ea repetamus tum, cum ſummam Lectorum iudicio ſubmittemus.

IX.

Journal de Médecine, Chirurgie, Pharmacie &c. Par Mr. A. ROUX. Année 1772. Tom. XXXVII. à Paris chez Vincent. 8. 1 Alph. 13 pl. et Tom. XXXVIII. 1 Alph. 13 pl. ib. eod.

i. e.

Diarium ad artem ſalutarem, chirurgiam et pharmaciam pertinens. Auctore Cl. ROUX Vol. XXXVII. et XXXVIII.

Pro more noſtro praecipuas obſeruationes et commentationes iam indicamus, quae in volumine trigeſimo ſeptimo et trigeſimo octauo diarii huius continentur.

Vol. XXXVII. p. 23. Cl. STRACK veritatem obſeruationum de pulſu ſemioticarum a SOLANO olim propoſitarum, quae Cl. BORDEU confirmauit, ſuis quoque obſeruationibus ſtabilire contendit. Aſſerit pulſum ſemper in inflammatoriis morbis in eo latere maiorem eſſe, in quo ſedes inflammationis eſt. p. 28. Cl LA CHAUSE'E febrem vrticatam vidit peſſimis ſymptomatibus ſtipatam, in qua veſicae virulentam habebant naturam, et pus, quo repletae erant, contagio non expers erat. p. 36. Vim cicutae in cancro Cl. ROCHARD confirmat. p. 42. IDEM quoque in variis aegris colica hyſterica affectis, egregium clyſmatum et fomentorum frigidiſſimorum vſum expertus eſt.

Cl.

Cl. LEVRET de lactationis infantis impedimentis variis exponens, primum ea enarrat, quae a parte matris ſunt. Papillae magnitudo inter ea minime referri debet, cum infantes recens nati vbera vaccae vel caprae ſugere queant. Pluribus Noſter modum deſcribit, quo papillae, nimis depreſſae eliciendae et formandae ſunt. Hoc vero non nimis cito fiat, ne lactis, durante iam grauiditate, effluxu excitato, fetus inde detrimentum capiat. Si papillae durae ſint et corneam quaſi duritiem habeant, eas vnguento ex cera, oleo et ſpermate ceti Cl. Auctor illiniri iubet. Varias deinde machinas et modos deſcribit, quibus papillae nimis abſconditae ſuctione cet. eleuandae et eliciendae ſunt, nec non de thecis ſeu capſulis exponit, quibus papillae extra ſuctionis vel lactationis tempus ſi morboſe affectae ſint, obtegi debent. Deinde de diaeta lactantium et modo exponit, quo ſuctio peragatur. Nonnunquam, ſi papillae laeſae ſint, ſanguinem, ex iis promanantem, infantes deglutiunt et deinde vomitu reiiciunt. Addit Cl. Auctor cautiones, quae tunc obſeruandae ſunt, quando lac ope canum recens natorum ex mamma exſugitur, et porro de abſceſſibus mammarum exponit, quae in lactantibus oriuntur, et vel in contextu tantum mammae celluloſo, vel in glandulis, vel in vtrisque ſedem ſuam habent. Si plures minores abſceſſus in ipſo glanduloſo mammae corpore formentur, eas non ſcalpello Cl. Auctor aperit, ſed totum hoc negotium naturae committit, cum cicatrices, quae a pure ipſo, cutem erodente, oriuntur, longe minores ſint ſcalpelli vulneribus. Si durities remaneat, epithemata ex ſale tartari multa aqua diluto Cl. Auctor commendat. Iam quod ad ea impedimenta lactationis attinet, quae a parte lactantis pueri proueniunt, notandum eſt, pueros, qui in partu facie primum pro-

p. 46.
p. 143.

 deunt,

deunt, plura contuſionis ſigna in ea oſtendere, nec ſugere poſſe, quod tamen vitium fomentis adhibitis ſatis celeriter remouetur. Si nares compreſſae ſint in partu, vt plurimum ſolo aëris tranſitu apertura earum reſtituitur; ſi vero muco clauſae ſint, plumula oleo immiſſa mucus extrahendus et ſternutatio excitanda eſt. Nonnunquam lingua palato ita appreſſa eſt, vt pueri ſugere nequeant, quae ſpatula ſeu digito immiſſa iterum deprimenda eſt. Pluribus deinde Auctor Cl. de frenulo linguae ſoluendo exponit, et modum, quo haec operatio inſtituenda ſit, deſcribit. Saepius plura frenula praeternaturalia adſunt, quorum vnum poſt alterum diſcindendum eſt. Nonnunquam caro fungoſa ſub lingua poſita deglutitionem impedit. Hunc morbum Galli *ſoubre-langue* dicunt. Illum vero nullam plane curationem admittere Cl. Auctoris eſt ſententia. In labio leporino non palatum modo oſſeum, ſed etiam velum palatinum ipſum ſaepe fiſſum eſt. Labio leporino per ſuturam vnito, etiam fiſſura palati euaneſcit, inprimis ſi poſt operationem per aliquod adhuc tempus vſus faſciae vnientis continuatur.

p. 347. In ligatura funiculi adminiſtranda Cl. Auctor ſanguinem ex funiculi portione relicta exprimit, creditque eo verſus hepar repreſſo et in vena vmbilicali ſtagnante icterum produci, quo neonati ſaepius afficiuntur. Deinde de variis vmbilici vitiis, carne fungoſa ex eo propullulante, exomphalo cet. exponit. Duos fetus Cl. Auctor ſeptem et octo menſium in muſeo ſeruat, inteſtinis nudis extra abdomen propendentibus natos. Cutis abdominis in iis plane deerat, et peritonaeum cum chorio confundebatur. Deerant praeterea in vtroque partes genitales, anus imperforatus erat cet. et ſpina bifida aderat. Mucus, quo cutis neonatorum obduci-

obducitur, ſedulo abſtergendus eſt, cum alias facile impura vlcera exinde oriantur. Raro pueros in lucem prodire, in quibus teſticuli iam deſcenderint, Cl. Auctor aſſerit, teſtiumque deſcenſum a reſpiratione deriuat. Putamus tamen in noſtris experimentis, nos eos in fetubus nono menſe editis, fere ſemper in ſcroto iam reperiſſe, et magis cum HVNTERO actione retinaculi teſtis, aut ſi mauis forte etiam muſculi cremaſteris hunc deſcenſum tribuimus. Si in annulo teſtis haereat, leni annuli compreſſione omnique laeſione teſtis ſedulo vitata Cl. Auctor tranſitum eius iuuat. Tumores ſcroti in recens natis vel ab inflammatione vel ab oedemate vel ab hydrocele proueniunt. Priores diſcutientibus, et leniter adſtringentibus cedunt. Hydrocelis vero curatio longe difficilior eſt. Tumores in capite recens nato- p. 410.
rum a compreſſione ſub partu oriundi, diſcutientibus epithematibus tractandi, ſique ea parum auxilii afferant, ſectione aperiendi ſunt, quo ſanguis effuſus exeat. Iam de varis et valgis exponit, faſciasque deſcribit, quibus hoc vitium corrigi poſſit. Primis ſex ſeptimanis elapſis, pueri aſſuefaciendi ſunt ſenſim, vt lac intra viginti quatuor horas quinquies vel ſexies tantum capiant. Per ſex menſes lacte tantum nutriantur. In vlceribus capitis pueris lactantibus adeo moleſtis infuſum radicis cannae et rubiae tinctorum Cl. Auctor laudat. Euacuatione hac ſubito repreſſa, vnicum remedium in applicatione veſicatoriorum retro aures conſiſtit. Aphthae cum hac euacuatione analogiam quandam habent, neque periculo carent. Ablactationis terminum Cl. Auctor definit ita, vt p. 512.
hunc non concedat, antequam pueri iam viginti dentes habeant, niſi aliae adſint cauſſae, quae eam neceſſariam reddant. Lac enim optimum remedium eſt ad dentitionem facilitandam. Nonnulli infantes ſine vlla cauſſa euidente lac ita reſpuunt, vt ab-

lactatio neceſſaria fiat. Cum vero Cl. Auctor aſſerat, pueros, quibus ſerius dentes prodeant, debiliores eſſe, eos vero, quibus citius erumpant, optime valere; experientia edocti affirmare poſſumus non in omnibus veritate hoc conſentaneum eſſe. Haud raro enim in infantibus variis morbis iam debilitatis dentium nimis acceleratus progreſſus imbecillitatis ſubſequentis ſignum pluriumque morborum exinde oriundorum cauſſa eſt. In rhachitide, cuius cauſſam in emollitione oſſium ponit, vſum rubiae tinctoriae, quam in decocto exhibet, plurimum extollit. Puerum trium vel quatuor annorum hydrocephalo cum rhachitide laborantem, huius decocti vſu Cl. Auctor optime reſtituit.

p. 62. Anonymus fetus gemellos deſcribit, quorum vnus ſeptimeſtris, alter vero quinque tantum menſium erat. Cl. PIETSCH vſum ligaturae in vulneribus arteriae brachialis defendit, exemplum rupturae vteri in partu difficili ortum deſcribit, et commendat, vt in operatione caeſarea inciſio in latere et ſecundum rectam lineam inter coſtas ſpurias et ſpinam anteriorem ilei ductam fiat.

p. 121. Cl. DONEAVD atretam diſſecta membrana vaginam occludente in ſanitatem reſtituit. Idem quoque fungum ex vulnere abdominis propullulantem reſecauit. Reliquae eius obſeruationes impotentiam virilem, cuius cauſſa in pene imperforato poſita erat, et monſtrum acephalum ſpectant. Cl.
p. 129. LEMOINE cicutam in tumore mammae et ſcrophulis externe atque interne felici euentu exhibuit.
p. 134. Nuclei ceraſorum in ventriculo per nouem menſes latentes vehementiſſimos vomitus excitabant, dato tamen emetico et nucleis his excretis aeger reſti-
p. 137. tuebatur. Cl. LANDAIS ceraſorum nucleos ab aegro alio paucos ante mortem dies excretos vidit,

qui

qui quindecim menſes in eius ventriculo fuerant, et in quibus vegetationis initia ſe oſtendebant. Cl. PIETSCH varias circa reductionem brachii luxati annotationes communicat. Scapulam retrahit manu et laqueis, ſique manus non ſufficiant, machinarum vſum concedit. Cl. MARESCHAL DE ROVGERES fuſius de morbo nigro HIPPOCRATIS exponit eumque morbum ab eo, quem recentiores hoc nomine inſigniunt, pluribus ſymptomatibus differre oſtendit. Nigrae enim deiectiones, quas plurimi vt pathognomonicum ſignum conſiderant, a pluribus aliis cauſſis pendere pluriumque morborum ſymptoma eſſe poſſunt. p. 167. p. 217.

Cl. DUHAMEL DU MONCEAV remedium contra hydrophobiam ex morſu canis rabidi proponit, quod ex infuſo vinoſo, ex rutae, abſinthii, ſaluiae āā pugillo vno et florum bellidis pugillis duobus parato conſtat, quibus ſal et allium additur, cuiusque infuſi cyathum quouis die ieiuno ventriculo ſumit. Praecipua tamen huius remedii vis in ſuppuratione vulneris protracta conſiſtere videtur, quae cum ea coniungenda eſt. Cl. AVRRAN varias obſeruationes de iis laeſionibus proponit, vbi ictu in vno loco accepto vlcus vel caries in oppoſito latere orta ſunt, et quas *à contre-coup* vocat. Pertinent vero ad cariem et luxationes in articulo femoris, ad ſuppurationem in ſynarthroſi ſacro-iliaca, ad ſuppurationem et cariem in cartilaginibus intervertebralibus, luxationem oſſium ilium et paralyſes cet. ex commotione medullae ſpinalis ortas. Ex vulnere inſtrumento acuto in orbitam inflicto, quod tamen non in cranii cauitatem penetrauerat, aeger hemiplegia afficiebatur. Cl. DVFRÉNAY varios aegros reſtituit hernia laborantes, quae ſphacelo correpta fuerat. Pleuritidem ſaepius ſymptomaticam eſſe et ex ventriculi actione laeſa oriri Cl. p. 227. p. 250. p. 308.

TABARY obſeruatione eiusmodi caſus confirmat, in quo kermes minerale et purgantia egregios
p. 312. praeſtabant effectus. Cl. LAPORTE vlcus fiſtuloſum vidit in ventriculum penetrare, ex quo pota aqua effluebat. Sectione cadaueris facta cyſtidem detexit carcinomaticam ad vmbilicum poſitam, quae non in ventriculum ſolum, ſed et in colon aperturam habebat.

p. 321. Cl. RAZOVX febrem lacteam malignam breui tempore lethalem deſcribit, eaque occaſione de metaſtaſi lactis in vniuerſum quaedam monet.

p. 399. Cl. DE LA SALLE cariem dentium noſtra aetate longe frequentiorem eſſe, quam antiquis temporibus ex conſideratione plurimorum ſceletorum coemeterio quodam effoſſorum probat. Credimus cauſſam huius rei in abuſu potus calidi et ſacchari potiſſimum poſitam eſſe. Cl. BVTOR DE LA CREVSE ſcirrhum vteri deſcribit. In gemellis placentam ſemper ſepto aliquo diuiſam eſſe Cl. GVIL-
p. 440. HERMOND confirmat. Cl. ROI polypum vteri cum inuerſione vaginae coniunctum feliciter exſtirpauit. Correctionem applicationis forcipis a Cl. PIET ad euitandam dilacerationem perinaei propoſitam, Cl. GVILHERMOND vt inutilem reiicit. In grauida vulnus abdominis, ex quo inteſtina et omentum propendebant, feliciter a Cl. ROVDIER curabatur. In carie oſſium parietalium, in qua methodus BELLOSTII parum auxilii afferebat, applicatio remediorum pinguium tandem curationem
p. 457. abſoluit. Eleganti Commentario Cl. JOVRDAIN
p. 534. de vlceribus et carie palati exponit. Non ſolum butyro antimonii, ſed et ferro candente ad exfo-
p. 498. liationem accelerandam vtitur. Cl. PLAZANET fetum monſtroſum deſcribit, in quo ſuperior cranii pars deerat. Cl. vero MARECHAL DE ROVGERS

partum

partum, vtero fere plenarie prolapſo, tamen feliciter effectum deſcribit.

In volumine trigeſimo octauo prima obſeruatione Cl. HOIN morbum oculi nouum deſcibit, cuius tamen mentionem Cl. IANIN ex obſeruationibus a Cl. Auctore communicatis in ſuo de morbis oculorum libro iam fecit *). Eſt hoc ſeparatio vueae a choroidea, qua Cl. Auctor probari putat, vueam non choroideae continuam, ſed ei tantum contiguam eſſe. Cum vuea in loco obſcuro pupilla dilatata anguſtior fiat, Cl. Auctor aegros in eiusmodi loco morari iuſſit, eoque artificio concretionem vueae cum choroidea iterum praeſtitit. Cl. DAVIEL vueam in cataractae extractione ſaepius diſſecaſſe Cl. Auctor confirmat. Cl. BOVRDIER morbos hepatis in auſtrali inſula DE FRANCE communes deſcribit. Abſceſſus frequentius in hepate oriundos aperiri iubet canula triquetra immiſſa, eiusque operationis effectus vt plurimum feliciſſimos eſſe aſſerit. Fluxus hepaticus vulgo dictus nihil aliud eſt, quam abſceſſus in hepate ortus, qui inteſtina perforauit. Vidit quoque eiusmodi abſceſſus, ex quibus adhaeſione ad ſeptum transuerſum et inde ad pulmones facta, pus per pulmones excernebatur. In alio pus ad cauitatem thoracis penetrans aegrum necabat. Vol. XXXVIII. p. 29. p. 44.

Cl. MONGIN DE MONTROL de praeſtantia methodi Cl. POMME in affectionibus hyſtericis cum Cl. TAILLERE diſputat. Cl. AMOREVX contra nouam pulſuum doctrinam Cl. DE LA BROVSSE varias obſeruationes proponit et ſexum fetus, quo mater grauida eſt, ex grauidae pulſu in dextro vel p. 62.

 ſiniſtro

*) Mém. & Obſ. ſur l'oeil & ſes maladies p. 420—422. vid. Comm. Vol. XIX. p. 253.

ſiniſtro brachio fortiore non diſtingui poſſe aſſerit.
p. 77. Cl. BOVRIENNE veſicam vrinariam ſepto membranaceo in duas cauitates diſtinctam vidit. Ex
p. 124. tympanitide ortam gangraenam et vlcus inteſtini Cl. DE LA GARDE inprimis corticis Peruuiani vſu ſanauit. Ex abuſu purgantis draſtici hypercatharſis orta eſt, ex qua gangraena in variis corporis partibus producebatur, quae vero partes ſenſim
p. 139 a reliquo corpore ſecedebant. Cl. PRÉVAL vſu cicutae morbum cutaneum poſt variolas ortum, ſcabie ſimilem, ſanauit. Hydropem aſcitem ex contuſione ortum Cl. CLÉMENT paracenteſi inſtituta ſanauit, eaque occaſione monet, diaeta accurata et tenui poſt operationem ſeruata, quiete animi et corporis et vſu ptiſanae leniter adſtringentis, conſolidationem vaſorum diſruptorum in ſimili morbo ex ſimili cauſſa oborto, optime obtineri. Adoleſcens ex febre acuta conualeſcens ſe frigori imprudenter expoſuit, ex qua re vehementi priapiſmo et retentione vrinae affectus eſt, quae tamen ſymptomata cataplaſmatum inprimis emollientium vſu, muſculis erectoribus applicatorum, ſublata ſunt.

p. 153. Cl. MARTIN varias obſeruationes profert, in quibus, oſſibus denudatis, nulla exfoliatio facta et vulnus ipſum perfecte conſolidatum eſt.

p. 158. Cl. BVRON de difficultate exponit, qua ſarcocele ab hydrocele diſtinguitur. Saepius id, quod ſarcocelen eſſe putamus, nil aliud, quam hydrocele vaginalis eſt. In curatione hydroceles inciſionem longitudinalem reliquis methodis omnibus prae-
p. 221. fert. Cl. GVYTON morbum epidemicum deſcribit in Campania a. 1771. graſſantem. Peripneumonia ſpuria erat, cum febre putrida verminoſa et nonnunquam miliari complicata. Cauſſam potiſſimum Cl. Auctor in difficultate annonae et tempore pluvioſo

vioſo praegreſſo ponit. Veſicatoria lateri dolenti
applicata egregium praeſtabant vſum. Vſus quo-
que Noſter eſt venaeſectionibus, quas tamen Cl.
EMPEREVR in ſimili morbo, qui ſequenti com- p. 236.
mentario deſcribitur, noxias eſſe deprehendit. Cl.
PINOT obſeruationes circa vſum thermarum pro-
ponit, quae in Burgundia, in loco *Bourbon-Lancy*
dicto, reperiuntur. Plures paralytici ſub eorum
vſu mortui ſunt, quod vero Noſter inprimis calori
illarum tribuit, qui, ſi cauſſa mali in cerebro lateat,
nocet. Cl. PLANCHON febrem miliarem in Bur- p. 291.
bonia graſſantem deſcribit ſingulari libello, cuius
epitome hic traditur. Emetica parum proficie-
bant, earumque vſu ſanguis magis ad caput pelle-
batur. Pluribus aliis obſeruationibus confirmatum
effectum deleterium draſtici remedii *puluis* D'AIL-
HAVD *dicti,* nouae hic inſertae obſeruationes pro-
bant. In nonnullis aegris ipſa tunica villoſa inte-
ſtinorum deſtructa erat. Cl. HERVILLEZ in p. 334.
lobo hepatis ſiniſtro cyſtidem aqua pellucida reple-
tam et materiam lapideam reperit.

Cl. MARESCHAL DE ROVGERES varia p. 341.
remedia contra hydrophobiam communicat, quae
tamen omnia parum certa eſſe videntur. Cl. PARIS p. 345.
varias obſeruationes medicas Smirnae et Conſtan-
tinopoli factas, communicat. Diaeta animalis in
omnibus febribus ab incolis harum regionum vt
ſumme noxia reiicitur. Morbi inflammatorii pecto-
ris rariſſimi ſunt ibidem vel nunquam occurrunt.
Omnes morbi acuti a putredine oriuntur. Morbi
neruorum quoque frequentiores ſunt, quod Cl.
Auctor vitae ſedentariae orientalium populorum
tribuit. Venaeſectiones in his terris magis noxiae
ſunt, magisque debilitant, quam in Gallia. Cl.
BEAVSSIER DE LA BOVCHARDIERE li- p. 350.
thotomiam in aegro laterali vſus methodo inſtituit,

ſed

ſed calculo ad veſicam adhaerente reperta extra-
ctione eius neglecta, aegrum ſorti ſuae reliquit,
vulnusque cicatrice feliciter obductum eſt. Paullo
poſt celebris ille lithotomus Frater S. COSME
dictus, apparatu alto duos calculos extraxit quidem,
ſed aeger poſt operationem periit. In angina in-
p. 358. flammatoria Cl. VIDAL bronchotomia aegri vitam
ſaluauit. Omnibus inſtrumentis deſtitutis canulae
loco fruſtulum pennae tracheae immiſit. Ligaturae
arteriarum in laeſione earum praeſtantiam Cl.
p. 371. MARTIN vlterius defendit. Cl. DE VILLAINE
cicutae vim in ſcirrho mammarum expertus eſt.
Noxam *puluerum* D'AILHAVD Cl. AYRAVLT
confirmat. Morbum hyſtericum ſingularem, in
quo aegra mox vehementi fame afficiebatur, mox
p. 432. cibos reſpuebat, Cl. GAMARE deſcribit.
p. 441. Cl. PLANCHON febrem miliarem cryſtalli-
nam lacteam in puerpera enarrat, aphthis compli-
catam, quae tamen aegra orto purulento per vagi-
nam effluxu ſeruata eſt. Mira eſt hiſtoria a Cl.
p. 450. GVYTON communicata de hernia quadam inguinali,
in qua maritus aegrae ruſticus operationem hernio-
p. 458. thomiae inſtituit, aegramque ſeruauit. Cl. BOV-
RIENNE hydro-ſarcocelen ex cauſſa venerea or-
tam, inciſione aperuit et iniectione facta ſuppuratio-
nem excitauit, qua tumor diſparuit. Dente molari
p. 466. extracto ſinus maxillaris apertus et vehemens in-
p. 503. flammatio excitata eſt. Oſſa temporum cum fron-
tali connexa Cl. CHIZEAV obſeruauit.
p. 505. Cl. LIVRÉ calculum ex veſica vrinaria feminae
protractum deſcribit, cuius nucleus fruſtulum ligni
erat. Vomitoriorum in variis morbis vſum Cl.
p. 513. PIETSCH defendit. Remedium Cl. PIRON contra
p. 520. hydrophobiam ex quatuordecim plantis compoſi-
tum hic deſcribitur. Reliquae obſeruationes chi-
rurgicae ſunt, et nihil fere noui continent.

X.

L'art du Coutellier expert en inſtruments de Chirurgie. Seconde partie de l'art du Coutellier. Par M. JEAN JACQVES PERRET, Maitre Coutellier de Paris, rüe de la tiſſanderie. à Paris, 1772. de Imprimerie Royale. fol. mai. Sect. I. a pag. 241. ad pag. 374. tab. aen. a tab. 73. ad 121. Sect. II. a pag. 375. ad pag. 527. tab. aen. 123. ad 172.

i. e.

Ars fabri cultellarii inſtrumenta chirurgica parantis, quae alteram partem deſcriptionis artis fabri cultellarii ſiſtit. Auctore I. I. PERRET, fabro cultellario Pariſino. Sect. I. et II.

Ad deſcriptiones artium mechanicarum et opificiorum *), quae Regia academia Scientiarum Pariſina publicare conſtituit, etiam hoc opus pertinet, in quo ars fabri cultellarii, quatenus eius ope inſtrumenta chirurgica parantur, delineatur, et cuius mentionem ideo hic iniicimus, quoniam Auctor huius libri praecipua, imo fere omnia nunc vſitata inſtrumenta chirurgica et modum ea fabricandi deſcribere et iconibus explicare conſtituit. Delineata ſunt omnia in magnitudine naturali et pretium, quo Lutetiis Pariſiorum venduntur, ſingulis additum eſt. Poſſet hinc opus hoc ſplendidum armamentarii chirurgici loco inſeruire, ſi delectus et maior cura in colligendis iis Cl. Auctor adhibuiſſet, nec plura vel maxima attentione digna Anglica et Germanica deficerent.

In

*) *Deſcription des arts & des metiers.*

In initio vero huius operis Cl. PERRET ea enarrat, quae in praeparatione inſtrumentorum chirurgicorum in vniuerſum obſeruanda ſunt. Deinde deſcribit inſtrumenta, quibus in venaeſectione, ſectione cadauerum et vulnerum deligatione opus eſt; inſtrumenta porro in dentium chirurgia adhibenda, cauteria varia, inſtrumenta ad aneuryſmatis curam, ad globulorum e vulneribus extractionem, ad cataractam, fiſtulam lacrymalem, polypos, fiſtulam ani, hernias, acus varias tricuſpides, ſpecula: inſtrumenta ad cancri exſtirpationem; torcular ad arteriarum compreſſionem: inſtrumenta ad haemorrhagiam arteriae intercoſtalis ſiſtendam; ad luxationem, ſectionemque venae iugularis adhibendam. Haec excipiunt apparatus ad amputationem, trepanationem, lithotomiam et artem obſtetriciam.

Iam vt de iis dicamus, quae nobis in hac ampliſſima inſtrumentorum collectione noua viſa ſunt, notandum eſt inter inſtrumenta ad dentium extractionem parata, plura eiusmodi occurrere a Cl.
p. 288. CHARPENTIER, FRATRE COSME cet. excogitata. Adeſt quoque noua machina, quam Cl.
p. 304. FOVCON ad ſuppreſſionem haemorrhagiae vio-
p. 305. lentae, quae dentis molaris extractionem nonnunquam ſequitur, propoſuit, aliaque ad extractionem corporum peregrinorum in oeſophago haerentium.
p. 332. Porro delineatur *Bronchotomus* Cl. BOVCHOT, qui nouus eſſe videtur, quod et de nonnullis inſtru-
p. 365. mentis cataractae extractioni dicatis valet, v. c. de eo, quod Cl. FAVIER auctorem habet. Inter
p. 387. torcularia nouum eſt, ex Anglia allatum, quod ro-
p. 413. tae ope regitur; quale etiam trepanum ſimilis fere fabricae occurrit. Inter inſtrumenta, quae ad lithotomiam pertinent, ea praecipue attentionem

noſtram

noſtram vt noua excitarunt, quibus Cl. MOREAV, tot felicibus eiusmodi operationibus celebris, Cl. VACHER, cuius inſtrumentum lithotomum occultum FRATRIS COSMI correctum ſiſtit, Cl. FAVIER ad apparatum lateralem et FRATER COSMVS ad apparatum altum vtuntur. Delineantur quoque ductor canaliculatus lithotomus Cl. ANDOVILLET: catheter Cl. DE LA CHAVX ad feminarum veſicam: Cl. PEV catheter, quo in vrina feminarum in partu extrahenda vtitur, varii vnci Cl. POLLERES et PEV, vectis ROONHVYSII correctus, qui vti forceps LEVRETI perforatus eſt, inſtrumentum Cl. PETIT *tire-tête à trois branches* dictum, inſtrumentum Cl. PEAV ad laqueum in vtero ſub verſione introducendum excogitatum cet. p. 418. p. 445. p. 421. p. 452. p. 456. p. 457. p. 461. p. 475. p. 486.

In fine modus, quo inſtrumenta chirurgica a rubigine libera ſeruanda et depuranda ſunt, deſcribitur. Variae nonnunquam additae ſunt de vſu inſtrumentorum obſeruationes, quae a chirurgo nonnunquam profectae eſſe videntur, vt p. 363. Nomina nonnulla valde corrupta ſunt, v. c. vbi celeberrimus ille medicus ocularius WENZEL, ſecundum pronuntiationem gallicam VINSEL ſcribitur, vt alia taceamus.

XI.

Diſſertatio de aethere varie moto cauſa diuerſitatis luminum, Praeſide M. CHRISTIANO LVDWIG. Reſp. *Chriſtiano Erneſto Wünſch.* Lipſiae, 1773. 4. pl. 5. tab. aen. 1.

Satis iam conſtat, naturae indagatores inter ſe diſſentire, vtrum lumen e corporibus lucidis effluat, an per medium propagetur aethereum. Poſteriorem ſententiam amplectitur Cl. Auctor.

Ipſam

p. 2. Ipſam hanc luminis tractationem in duas partes diuidere licebit. Prima pars agit de exiſtentia aetheris, primariisque diuerſitatis luminum principiis, quorum duo a Cl. Auctore traduntur: 1) varia aetheris denſitas. 2) cauſae, quae illum mouent. Secunda pars eſt applicatio theoriae ſuperius ſtabilitae,in qua phaenomena,nimirum lucentia ad examen
p. 3. reuocantur. In ſectione de aetheris exiſtentia Noſter exponit hypotheſes NEWTONIS ac Ill. EV-
p. 7. LERI, argumentaque pro vtraque hypotheſi ſedulo perpendens colligit ex iis ſententiam EVLERI naturae magis conuenire, quam NEWTONI. Hinc inde, dicit Cl. Auctor, exiſtentiam fluidi ſubtiliſſimi ac elaſtici, in ſpatio coeleſti ſtagnantis, elucere, eoque mediante lumen a corporibus lucidis propagari Illudque fluidum cum EVLERO nominat aetherem.

In contemplandis varie lucentibus phaenomenis quaeſtio oritur, num diuerſitas luminum poſita ſit in ipſa lucis materia, an proficiſcatur a materiis, quae aetherem mouent, motuque hoc omne lumen efficiunt? Primum itaque Cl. Auctor oſtendere enititur, lumen pro ratione denſitatis aetheris quodammodo differre. Eo conſilio varium conſiderat ſplendorem, qui circa quoduis lucidum corpus, et maior quidem ad corporis ſuperficiem, quam in vicinia eius obſeruatur. Per hoc phaenomenon contendit Noſter, ſuum comprobari aſſertum.
p. 8. Concludit enim ex mutua attractione corporum, aetherem vt fluidum ſubtile ac elaſticum corporibus adhaerere, et fieri denſiorem illo, qui totum coeleſte ſpatium repleat, ita vt corpus quodcunque circumdetur *atmoſphaera* quadam *aetherea*, cuius denſitas cum creſcente a corpore diſtantia decreſcat: adeoque in phaenomeno ſupra memorato lumen varie apparere pro varia denſitate aetheris, qui atmoſphaeram formet.

Progre-

Progreditur Noſter praecipuas ad cauſſas ſiue materias, quae, cum aetherem fortius leuiusue agitent, procreant lumina, variis in phaenomenis conſpicua. Potiſſimum vero tres eiusmodi materiae reperiuntur, *ignis* nempe, *materia electrica* et *materia euaporatione ſoluta*, quae in ſequentibus diligentius pertractantur. Primum diſſeritur de *aethere vi ignis moto*. Ignis eſt materia ſubtilis in partibus corporum conſtitutiuis haerens, quae agendo corpora expandit, et ſenſum caloris in iisdem efficit. Corpus autem incipit candere, quando particulae aetheris partim poris incluſae, partim ſuperficiei adhaerentes, motu ignis vehementiori agitantur; et flamma exoritur, cum partes corporum conſtitutiuae actione ignis plane deſtruantur, magnaque igniculorum copia cum aere erumpat. His traditis redit Cl. Auctor ad aetheream atmoſphaeram, quatenus lumini excitando et conſeruando inſeruiat. Nullum vero lumen vi ignis exiſtere cenſet, ſi denſitas huius atmoſphaerae imminuatur. Quae imminutio vtroque modo fieri poſſit, ſiue exeant ipſius aetheris particulae, ſiue humidi immiſceantur vapores, qui, cum debilitent fluidorum elaſticitatem, etiam denſitatem mutent. Ad illuſtrandam hanc ſententiam varia commemorantur tentamina; ſic in ſpatio, quod euacuatur aere, flamma, inquit Noſter, extinguitur, quia 1) vapores ſubſidentes incidant in illam et 2) exeant aetheris aeri adhaerentes particulae. Tentamina reliqua omittamus, ne longiores ſimus. His adiungitur explicatio cauſae, cur inflammabilia quaedam in ſpatio vacuo incendantur. Si v. c. ſpiritus nitri fumans in vacuo admiſcetur oleo caryophyllorum, flammam oriri cenſet Cl. Auctor, quoniam aer igne motus, adhaerente cum aethere ex iſtis fluidis erumpat. Colligit porro ex his tentaminibus, flammam multis

p. 9. p. 12.

conſtare particulis aethereis, quae igne vehementius moueantur; aerem vero eatenus eſſe pabulum flammae, quatenus ſcateat talibus particulis. Saepenumero accidit, vt ignis facultate luminis efficiendi deſtitutus ſit, et quidem ob cauſas, quae partim in ſtructura corporum, partim in lento igniculorum motu ſunt quaerendae. Hinc ferrum, malleo contuſum, calet quidem, neque tamen igniculi e carceribus compreſſis tanta erumpere valent vi, quanta opus eſt ad lumen procreandum. Exinde intelligitur, lumen non eſſe characterem ignis eſſentialem. Qui igitur a lumine ad ignem concludendum eſſe putant, nonnunquam a veritate aberrare videntur. Nihilominus chemici quidam a lumine ad phlogiſton argumentari ſolent. Si hoc fieri poſſet, phlogiſton foret aether, neque vero
p. 14. ignis ſubtiliſſimus, vt illi credunt. Etenim lucis materia nullos continet igniculos, alias liquores in thermometris a quouis lumine expandantur, neceſſe eſt; quod vero experientiae repugnat.

Sequitur iam conſideratio *aetheris vi electrica moti*, vbi Cl. LVDWIG deſcribit phaenomena electricitatis generalia, i. e. attractionem, repulſionem et lumen. Quorum vltimum declarare videtur, materiam electricam eſſe ignem, vt PHILEMON, 'S GRAVESANDE, NOLLETVS aliique crediderunt.
p. 15. Hanc ſententiam MVSSCHENBROEKIVS dubiam reddidit, qui per experientiam cognoſcebat, vim electricam liquores in thermometris nullo modo expandere, nec vllum efficere calorem, ideoque proprietatibus ignis eſſentialibus carere. Interim tamen defenſores huius ſententiae aliud argumentum proferunt. Dicunt enim, ſcintillam electricam incendere ſpiritum vini rectificatiſſimum. Cl. Auctor vero obiicit, vim electricam poſſe motu ciere ignem in corporibus latentem, qui deinde

ſpiritum accendat, id quod etiam MVSSCHENBROEKIVS et WINKLERVS monuerunt. Ex quibus omnibus elucet, materiam electricam ab igne differre. His praemiſſis ipſum lumen electricum contemplari incipit Cl. Auctor. Primo igitur diſquirere enititur, an illud ab igne, per electricitatem moto, producatur? hoc vero non fieri oſtendit, quia ignis lumen electricum imminuit. Nam ſcintillae debilitantur, ſi ferrum candefactum applicatur corpori electrico, ex quo eliciuntur, et flamma diſſipat materiam electricam. Quorum experimentorum accurata deſcriptio in diſſertatione exhibetur. Cl. Auctor praeterea comparat lumen ignis cum lumine electrico, et docet, vtrumque eſſe diuerſum. Deinde vero progreditur ad veram huius luminis cauſam. Ex phaenomenis nimirum demonſtrat, lumen electricum inter duo corpora oriri, quando materia electrica in motum concitata ex vno in alterum tranſit, agitatque aethereas particulas, in atmoſphaeris illorum corporum contentas. Hoc prae caeteris illuſtratur experimento, a b. WINKLERO in alium quidem vſum inuento. Annulus aeneus affigitur virgae metallicae, campanam vitream transeunti, ita, vt annulus in media campana haereat; diameter autem annuli ad diametrum campanae vti 1 ad 3 circiter eſſe debet. Aer ſub campana ope antliae pneumaticae educitur; tum obſcuratur locus, vbi experimentum inſtituitur, et virgae extra campanam electricitas per interualla communicatur: quo facto radii lucentes ex annulo verſus parietes campanae exſiliunt, totamque campanam intrinſecus illuminat, excepto ſpatio intra annulum, quod plane obſcurum manet. Experimento hoc bene demonſtratur modus, quo lumen electricum gignatur. Materia ſcilicet electrica mouetur ex peripheria verſus centrum, ex annulo in

p. 18.

campanae parietes ſtagnat; et ſic efficitur lumen extra annulum. Intra annulum vero nullus eſt motus materiae electricae, ideoque nullum obſervatur lumen. Si autem in centro annuli ponitur corpus non-electricum et reliqua fiunt vt in experimento ante inſtituto: materia electrica ex annulo mouetur in acum, in eiusque apice, qui centrum annuli occupat, conſpicitur punctum lucidum, quod radios emittit, qui ſpatium intra annulum replent et colluſtrant. Ad experimentum facili negotio inſtituendum Cl. LVDWIG nouum excogitauit apparatum, talem quidem, vt tempeſtate electricitati fauente, effectus ſemper bene ſuccedat, ſimulque obſeruatoris oculum egregie delectet. Loco ſcilicet annuli, quo antea in experimento vtebatur, alium eiusdem magnitudinis annulum applicat; quocum ope cylindri vitrei coniuncta eſt acus aliquot pollices longa, in ſitu ad planum annuli perpendiculari. Apex huius acus exacte verſetur in centro annuli; in altera vero extremitate catena haereat, quae orbem antliae pneumaticae contingit. Mediante hac catena acus electricitate, ex annulo in apicem transeunte, priuatur.

p. 21. Praeter ignem ac electricitatem etiam ſpectari poteſt euaporatio ex corporibus putridis vt *cauſa, quae aetherem mouet*. Quod vt demonſtretur, varia indicantur corpora, v. c. lignum putridum et alia, quae noctu lumen continuum pallidumque ſpargunt, quod interdiu plane euaneſcit. Ex duratione huius luminis ac pallido ſplendore colligit Cl. Auctor, cauſam eius nec ignem, nec electricitatem eſſe, ſed materiam aliam ex particulis ſalinis oleoſisque ſubtiliſſime ſolutis conflatam, quae in euaporatione motu inteſtino cieatur, atque aetherem in poris et ſuperficie corporum iſtorum, e. g. ligni putridi, contentum, leniter agitet. Vnde lumen illud pallidum

et durans originem ducat. Neque vero omnis euaporatio lumen efficere valet, quoniam plurima corpora aquoſas continent particulas, quae, cum in vapores reſoluantur, ortum luminis impediunt. Quia autem materia, quae in euaporatione aetherem movet, maximam partem actione ignis reſoluitur: ignis erit cauſa huius luminis remota, non proxima, ideoque diſtinguatur, neceſſe eſt.

Pertractatis igitur omnibus, quae hanc theoriam diuerſitatis luminum conſtituunt: Cl. Auctor in reliqua diſſertationis parte ad applicationem tranſit. Primum vero conſiderat apparentias luminum iſtorum, de quibus in antecedentibus egit, vt detegat characteres, ſecundum quos lumen quodcunque obuium diiudicet: 1) *lumen clariſſimum, durans et in ſuperficie fluctuans ab igne oriri dicit;* 2) *lumen electricum eſſe maxime concentratum et per interualla temporis conſpicuum;* 3) *lumen albicans, durans, blandius, vndulans, et in tenebris modo conſpicuum euaporationi tribuendum eſſe.* Caeterum procedit Noſter eo ordine, vt 1) de corporibus coeleſtibus agat; 2) de meteoris; et 3) de luminibus aliis, quae ad priora referri nequeunt. p. 23.

Solem et *ſtellas fixas* vi ignis lucere cenſet. *Cometarum* vero lumen vel a ſole mutuatum eſſe, vel ab euaporatione proficiſci coniicit. *Lumen* tandem *zodiacale* ſimilem cum cometis habere cauſam putat. Meteora, quae Cl. Auctor examinauit, ſequentia ſunt: aurora borealis, ignes lambentes et fulgur ſine tonitru; reliqua autem, e. g. fulmen et alia omiſit, quoniam eorum lumina iam definita in ſcriptis reperiuntur phyſicis. Lumen *aurorae borealis* electricum eſſe, colligit ex ſimilitudine phaenomenorum, quae in ſpatio vacuo obſeruantur. Lumina, quae Phyſici *ignes lambentes* nominare ſolent, pro diuerſo ſtatu corporum, in quibus deprehen- p. 24. p. 29.

duntur, vel ab electricitate, vel euaporatione ortum ducere, demonſtrat. *Bolidem*, opinatur, habere corpus igneum; caudam vero ex natura euaporationis melius explicari poſſe credit, quam ex igne, vt nonnullis Phyſicis viſum eſt. Characteres denique *fulguris ſine tonitru* cum lumine electrico conuenire oſtendit. Iam reſtat, vt breuiter enarremus, quid Cl. Auctor de reliquis luminibus, ſcilicet herbarum quarundam, animalium certorum, phoſphori et pyrophori cenſet. De *plantis lucentibus* ſententiam GESNERI recenſet; deinde commemorat obſeruationem a filia Ill. LINNAEI inſtitutam, quae flores *Tropaeoli maioris* lucere vidit. Quid autem de hoc lumine iudicandum ſit, vlteriori obſeruationi relinquit. Ex regno animali, inprimis e claſſibus vermium atque inſectorum varia nominat animalcula, quae ſingulare lumen habent. Sed potiſſimum lumen *Lampyridis noctilucae* LINN. indagauit, quod euaporationi tribuit. Per experimenta, cum *phoſphoro* in ſpatio vacuo facta, demonſtrat, euaporationem cauſam luminis eſſe proximam, ignem vero remotam. *Pyrophorum* lucere vi particularum ignearum, quae in eo quam maxime concentratae ſint, facile intelligitur.

(margin notes: p. 32. beside "tum ducere"; p. 37. beside "Sed potiſſimum")

p. 40. Sub finem diſſertationis indicantur momenta praecipua theoriae luminis, quam Cl. Auctor ſecutus eſt, quae inprimis eo redit, vt, corpora, circumdari, atmoſphaera aetherea diuerſae denſitatis, defendatur, qua in re diuerſitas luminis poſita eſt.

XII.

XII.

Verſuch eines Farbenſyſtems, entworfen von IGNAZ SCHIFFERMÜLLER *aus der G. I. im K. K. thereſianiſchen Collegio. Wien, verlegts Auguſtin Bernardi, 1772. 11 Bogen, in groß 4. 2 Kupfertaf.*

i. e.

Tentamen ſyſtematis colorum, Auctore IGNATIO SCHIFFERMÜLLER.

Operam dat Cl. Auctor in hoc libro, vt colorum diuerſos gradus melius certiusque definiat, quam hactenus factum ſit, vt eo melius, in definiendis et deſcribendis corporibus naturalibus, praeſertim inſectis verſari poſſint phyſici, atque vt etiam in arte tinctoria regulae inde ſtabiliri queant.

In ordine et diuiſione colorum ſequitur CASTELLVM *) atque tres primarios colores aſſumit, luteum, coeruleum et rubrum, quibus medios interponit nouem, vt vnus in alterum quaſi tranſire videatur indeque efficiatur circulus. Sic colorem coeruleum ſequitur, marino viridis, qui compoſitus eſt ex tribus coerulei et vna lutei parte, hunc excipit viridis, poſt oliuaceus, e tribus lutei, et vna coerulei parte conſtans: hic in luteum tranſit, inter quem et rubrum ſunt aurantius et igneus color. Poſt rubrum purpureus ſequitur, qui iam paullulum habet coerulei admixtum, tum violaceo ruber, poſtea ipſe violaceus ſuccedit et denique igneo coeruleus tranſit in primum coeruleum colorem. Hic colorum nexus in tabula eſt egregie delineatus. Album p. 8.

 et

*) *Optique des couleurs.* A Cl. SCOPOLIO datam rationem colorum mixtionem definiendi multis incommodis laborare putat Auctor.

et nigrum colorem, non quidem primarios, attamen veros in phyſicis eſſe habendos iudicat Auctor.

p. 14. His praemiſſis, regulas tradit, ad quas componi poſſent colores: quae tamen artem pictoriam maxime ſpectant, cum in naturae exemplis ſaepe occurrant compoſitiones, quae huic rationi maxime repugnent.

p. 19. Iam obſcuriores colores conſiderantur, qui oriuntur, ſi tres primarii colores ſecum impari proportione miſcentur. Si enim aequalibus partibus earum mixtio fiat, color oritur, ad nigrum proxime accedens. Hos obſcuros dicit Cl. Auctor luteo brunum, rubro brunum, et coeruleo brunum. Quodſi albus et niger color ſecum ſint mixti, oritur cinereus, cuius etiam plures ſunt gradus.

p. 22. Etſi difficillimum eſt horum colorum diuerſos gradus, rectis nominibus breuibusque indicare; Auctor tamen ea, quae inuenit in vernacula et Latina et Gallica collegit, atque hoc modo inprimis coloris coerulei varietates, ab albo in nigrum vſque tradit denominatas, atque etiam exemplo ipſorum colorum illuſtratas. Submittit quoque quorundam nominum deſcriptiones, atque indicat, qua mixtione quisque color paratus ſit. Cum nunc contemplamur colorum horum ſchemata: in nonnullis verus color quodam modo temporis iniuria deletus videtur. Forſan colores conſtantes fuiſſent, ſi Auctor loco pigmenti, aqua gummoſa ſoluti, adhibuiſſet ceram a Cl. CALAV compoſitam. Diuerſa nomina, quae ab Auctore diligenter collecta eſſe laudandum eſt, omittere cogimur breuitatis ſtudio, ac Lectores ad ipſum librum remittere.

Poſtea exponit, quae res coloratae ad artem muros recentes et porcellanam, aut ſiccis, aut oleo mixtis coloribus pingendi ſint adhibendae, et qua ratione ſint parandae. Omnino omnibus, qui artem pictoriam

pictoriam exercere ſtudent, atque ideo etiam medicis et hiſtoriae naturalis cultoribus, quorum eſt, vt ipſi artem cognoſcant eamque iudicent, vtiliſſima proponit Auctor Cl. atque ſic egregiam demonſtrat ſuam in hiſtoria naturali, et veterum Auctorum lectione, et arte pictoria peritiam. Eſtque vehementer optandum, vt qua ratione coerulei coloris diverſitates hic contemplatus eſt, eadem etiam reliquorum diuerſos gradus definiat et illuſtret. Tum etiam, vt inſectorum Viennenſium icones et deſcriptiones, quae et hic promittuntur, aliquando edantur.

XIII.

Beſchreibung einer mit dem Calauſchen Wachſe ausgemahlten Farbenpyramide, wo die Miſchung jeder Farben aus Weiß und drey Grundfarben angeordnet, dargelegt und derſelben Berechnung und vielfacher Gebrauch gewieſen wird, durch I. H. LAMBERT. *Mit* I. *ausgemahlten Kupfert. Berlin, bey Haude und Spener.* 16 *Bog.* 4.

i. e.

Deſcriptio pyramidis cera a Cl. CALAV compoſita pictae, in qua mixtio colorum explicatur, ab I. H. LAMBERT.

Coniungere licebit propter argumenti ſimilitudinem cum priori libro hunc magis mathematice ſcriptum librum. In quo Cl. Auctor, diſcrimine, quod in vnoquoque obueniat colore, expoſito, primum oſtendit, quanta luminis ſit vis in colores: quae in eo conſiſtit, vt clariores ac magis nitentes eo reddantur. Deinde etiam primarios colores aſſumit coeruleum, luteum et intenſe ſangui-

neum (*Carminroth*) atque ex his mixtis omnes reliquos effici colores ſtatuit. Ex albo, quem tanquam lucem conſiderare poſſumus, in nigrum vſque diſtinguit Auctor triginta gradus, pauciores in reliquis. Iudicat breuiter de libris, qui de coloribus ſcripti ſint; atque Mayerianum triangulum vberius
p. 55. perluſtratur. His praemiſſis oſtendit, ſe ideo coeruleum Berolinenſe, luteum Gummi Guttae atque ſanguineum Carmini colorem elegiſſe, quod reliquis nitore et faciliore miſcela antecellant. Solutos hos colores cum cera a Cl. CALAV, pictore inuenta, ac Punicae illi Veterum *) omnino ſimili
p. 45. primum nitorem retinere affirmat. Vberius de dotibus huius cerae agit, modum vero, quo paretur, reticet.

p. 67. Mixtione diuerſorum colorum mathematice diſquiſita, ipſa pyramis deſcribitur. Quae ita facta eſt, vt in triangulis colores tres primarii ſecum ſint mixti: in primo quidem triangulo quisque primarius color ab altero octo gradibus diſtat, in ſecundo ſex, in tertio quatuor, in quarto tribus, in quinto duobus: ſicque ſint poſiti intermedii colores, vt ex omni parte in vicinos quaſi tranſeant. Nomina horum intermediorum colorum ex ratione mixti coloris danda ſunt, omninoque huius pyramidis magnus eſt vſus in tota arte pictoria: quin imo in definiendis corporum naturalium coloribus iisque imitandis. Optandum certe eſt, vt hic liber diligenter legatur, atque colores ad hanc rationem datam impoſterum definiantur.

*) PLINIVS hiſt. natur. lib. XXI. c. XIV.

XIV.

XIV.

IACOBI CHRISTIANI SCHAEFFER, S. S. Theologiae et Philoſophiae Doctoris, etc. elementa ornithologica, iconibus viuis coloribus expreſſis illuſtrata. Ratisbonae, Typis Weiſſianis. MDCCLXXIV. plagg. 11. in 4. mai. tab. aen. 70.

Praemittit Cl. Auctor indici et deſcriptioni ornithophylacii haec elementa, atque in iis ſequitur maxime BRISSONII ſyſtema, eius genera retinet, omiſſis *Muſcicapae* et *Coraciae* generibus. Dubitat, an linguarum in auibus obuia differentia generum conſtituat characterem, cum *Laniorum* et *Alaudarum* linguae inter ſe differant. Omnino igitur Cl. Auctor id agit, vt eodem fere modo, quo KLEINIVS *) fecerat ex iconibus adiectis, viuisque coloribus pictis, primo partium omnium det illuſtrationem deinde ordinum generumque characteres, ex pedibus roſtro aliisque partibus deſumtos, definiat: vt ita tirones ſine magiſtro et ſyſtema, et ipſas aues noſcant.

Sectione prima igitur tabulis atque iconibus partes auium generatim, ſpeciatimque roſtri, pennarum in alis caudaque, et pedum partes differentiaeque explicantur.

Sectione ſecunda auium claſſis iterum in claſſes et ordines diuiditur. Claſſis prima continet aues femoribus ſeminudis. His ſunt digiti vel nudi et fiſſi, et quidem duo, (ordo I.) tres (ordo II.), quatuor (ord. III.) vel membranis aucti, aut fiſſi, (ord. IV.) aut connexi tres (ord. V.) quatuorue, vel ſoluto poſtico (ord. VI.), vel nullo (ord. VII.) Claſſe ſecunda

*) in libro ſuo, *Stemmata auium* inſcripto.

cunda aues, quibus plumoſa ſunt femora, complectitur Auctor. Quarum ordines ex numero, ſtructura digitorum et roſtri determinantur. Sunt enim aues digitis fiſſis quatuor duobus anticis, totidem poſticis (*ſcanſoriis pedibus*) ord. I. vel digitis iisdem, tribus anticis vno poſtico (*ambulatoriis*) roſtro adunco, ord. II. – conico incuruo, ord. III. – attenuato, ord. IV. – elongato, ord. V. – conuexo ord. VI. – ſubulato, ord. VII. – cuneiformi, ord. VIII. – filiformi, ord. IX. ſarcuato ord. X. Vel etiam ſunt digitis connatis, quas pedibus *greſſoriis* dicit Ill. LINNAEVS. Has ordine XI Noſter comprehendit.

Tum Sectione tertia *tabulas generum characteriſticas* dat. Nomina ſunt, vti diximus, Briſſoniana. Characteres ex roſtri, mandibularum, alarum, narium, capitis, palearium, pedum, vnguium, corporis, caudae, gutturis aliarumque partium inſignibus differentiis variis varia ratione deſumſit, atque deſcripſit. Adiunxit ſimul patriam.

Sectione quarta offeruntur Lectoribus *genera auium in Germania, praecipue Bauaria et Palatinatu circa Ratisbonam habitantium, nidificantium et migrantium.* Horum generum igitur ad leges ſuas dat characteres, et quae ſpecies indigenae ad idem genus pertineant, interdum ſubiungit. Sunt vero hae aues depictae quas, vt ab omnibus cognoſcantur, nominibus Linnaeanis hic repetamus. Falco gentilis. Alauda aruenſis. Anas boſchas, Anſer. Ardea maior. Strix Otus. Caprimulgus Europaeus. Fringilla Carduelis. Certhia familiaris. Ardea Ciconia. (cur hanc ab Ardea maiori adeo disiunctam ſiſtat Cl. Auctor, vix intelligimus.) Loxia Coccothrauſtes. Columba domeſtica. Colymbus (quis ſit, an criſtatus, an auritus, nequimus iudicare; neutra enim deſcriptio conuenit: ſimilis eſt criſtato; at deeſt collare, deeſt color criſtae capitisque, quem in viuo videmus.) Coruus

Corax.

Corax. Cuculus canorus. Emberiza citrinella. Motacilla flaua. Fulica aterrima. Coracias garrula. Fulica chloropus. (Hanc etiam rectius cum priore coniungit LINNAEVS, quae ſolis pedibus ſimplicibus differt.) Meleagris Gallopauo. Phaſianus Gallus. Coruus glandarius. Hirundo ruſtica. Alcedo Iſpida. Tetrao Vrogallus. Lanius Collurio. Larus, an Atricilla? at pedes non rubri, ſed nigri. Loxia curuiroſtra. Numida Meleagris. Mergus (an Merganſer? nullam autem *criſtam* depingit) Mergus Caſtor. Coruus Caryocatactes. Scolopax Arquata. Otis Tarda. Parus maior. Fringilla domeſtica. Tetrao Perdix. Phaſiani colchici varietas. Coruus Pica. Picus viridis. Charadrias pluuialis. Loxia Pyrrhula. Rallus Crex. Scolopax Ruſticola. (at roſtrum baſi hic non rufum, ſed coeruleſcens.) Sitta Europaea. Sterna (minuta, an naeuia? deſcriptio priori fere conuenit: verum pedes roſtrumque non rubra.) Strix ſtridula. Sturnus vulgaris. Yunx torquilla. Tringa Ocrophus. Turdus muſicus. Tringa Vanellus. Vpupa Epops.

Ex his apparet, nullum ordinem ſyſtematicum hic obſeruatum eſſe. Ceterum figurae ſatis bonae, ſtudio arteque multa pictae ſunt; interdum tamen ſitus corporis rudis, vel nimis elongata, vel nimis contracta figura, tum denique colores nonnunquam dilutiores, aliaque indicant, imagines ſiſtere ſiccatas arte aues.

XV.

XV.

CORNELII PEREBOOM M. D. de paralyſi inprimis neruea diſſertatio. Hornae, apud Iacobum Keyzer. 1773. 8. pagg. 43. praeter dedicationem.

p. 1. Neruorum fabrica anatomice hic conſiderata, neruos in extremitatibus et praecipue in brachiis, qui fere ſoli et toti in cute tanquam tactus organo terminantur, nullum vel paruum ſaltem commercium cum muſculis habere; e contrario alios eſſe neruos, qui integri in muſculo impendantur, ſic, vt ab his obſtructis vel quocunque modo in officio impeditis immobilitatis, ab illis vero inſenſibilitatis cauſſae commode deduci poſſe videantur, Noſter cum Cl. HEISTERO arbitratur.

p. 7. Paralyſis eſt ſtatus cuiuscunque partis machinae humanae morboſus, in quo organica ſenſilitas vel mobilitas deficit. Laxitatem partium ſemper eſſe ſignum diagnoſticum paralyſeos Noſter dubitat, quandoque eſt eius cauſſa proxima ſcirrhus muſculorum ſeu ſarcoma. Diuidit hinc paralyſin in nerveam, muſcularem et nerueo muſcularem, item in perfectam et imperfectam. Sedes morbi eſt in vaſis ſanguiferis, neruulos tactui deſtinatos ambientibus; dein in ipſa tela celluloſa eosdem inueſtiente, quando humores acres hic effuſi coaceruantur. Metaſtaſis itaque paralyſeos eſt productrix.

p. 17. Quemadmodum paralyſis oritur ex oppletione varia; ſic eadem interdum ex inanitione deriuari poteſt. Ac tum quidem influxus cruoris arterioſi in muſculum impeditur. Hoc patet ex ſtupore et paralyſi muſculari ligatura arteriarum inducta.

Atque

Atque idem de venis verum eſſe affirmatur. Aliam cauſſarum claſſem conſtituit neruorum conſenſus. Huc pertinet paralyſis a terrore, vermibus, a paſſione hyſterica. Flaccida muſculorum inertia refertur quoque a BOERHAAVIO inter paralyſeos cauſſas et deriuatur ex ſcorbuto, humiditate cet.

Indicatur itaque in hoc morbo, vt materies ſtagnans, quo poſſibili modo eliminetur. Noſter hic laudat ſequentem modum: decoctum nempe ligni guaiaci interne, et externe hoc linimentum: ſalis tartari drachmae ſex, ſaponis Veneti vncia vna, diſſoluantur in aquae tepidae vnciis decem, dein admiſceatur olei therebinthinae vncia vna et addatur ſpiritus iuniperi vncia vna, olei caieput drachmae duae. p. 27.

Dein aliorum medicorum methodos medendi recenſet e. gr. euacuantia per aluum, ſanguinea, balnea, febres artificiales, irritantia, frictiones et concuſſiones electricas cet. p. 31.

Quod attinet ad electricitatis curam duo monet: ac primum quidem, vbi materia obſtructa neruos comprimens haeret in ipſorum vaſis ſanguineis, tum concuſſiones adminiſtrentur leniores, ne, vaſis ruptis et humoribus extrauaſatis, ecchymoſis oriatur, quae plus nocet, quam prodeſt; dein vero vbi materies neruorum inuolucro celluloſo ineſt, tum fortiores concuſſiones praeſto ſunt, vt non ſolum humor peccans abſorbeatur, ſed et excitatis maculis veſiculisque per cutim eliminetur. Eandem cautionem etiam in frictionibus Noſter commendat. p. 42.

XVI.

XVI.

Aduerſaria medico - practica Volum. III. Pars I—IV. Lipſiae, apud haeredes Weidmanni et Reich. 1772—1774. 8. mai. 2 Alph. fig. aen. IV.

p. 1. Prima pars huius operis continuati *), cuius duo priora volumina ſupra indicauimus ſequentia continet.

p. 3. 1) *Tractatio de vigore et debilitate corporis animalis in vniuerſum.* Primum expoſuit hic b. LVDWIG, qui iam varios libellos academicos debilitatis cauſſas complectentes ſcripſit, vigoris animalis rationem, quantum quidem ex phaenomenis fabricae ſolidorum et elaborationis fluidorum cognoſcitur, vt debilitatis origo et cauſſae poſtea in ordinem redigi et ad medendi methodum accommodari poſſint. Reſpicit hic b. LVDWIG potiſſimum ad ſuctionem et motum particularum mixti et ideo comparat corpus animale et vegetabile. Perſpiratio et ſuctio elaborationes fluidorum in vegetabilibus dirigunt, vi cordis et arteriarum fluida promouentur et elaboratio ſuccorum animalium iuuatur. Vtrinque vero humor procedit, qui recte et per vias ſuas elaboratur, in minimis lente abſorbetur, in ea ſuctione ſtamina prima organicae diſpoſitionis figit, ea ſubinde extendit et ſic in vegetabilibus per medullam, in animalibus per lympham continuatam generationem et conſeruationem efficit. Hanc vim ſucci lymphatici dicit Noſter viuam. Vigor et debilitas corporis

*) vid. comm. noſtr. Vol. XVII. p. 488. Vol. XIX. p. 103.

poris animalis autem non ſolum ab hac vi pendet, p. 28.
ſed alia quoque vis noua et acceſſoria requiritur, quae in fabrica encephali et neruorum, per totum corpus varie et mire diſtributorum, cernitur. In vita animali itaque recte diiudicanda ad lymphaticas vires, quas cum vita vegetabili comparauit Noſter, et neruoſas, quae excellentiam animalis prae vegetabili demonſtrant, ſimul eſt inquirendum.

2) *Tractatio de diaphyſibus oſſium cylindricorum* p. 45.
laeſis, exfoliatione ſeparatis, et callo ſubnato reſtitutis. Proponuntur hic duo exempla neglectae et inde prolongatae curationis in tibiae et femoris contuſionibus ab amicis cum b. LVDWIG communicata et figuris oſſium ſeparatorum et mutatorum illuſtrantur; Poſtea vero monita nonnulla et iudicia de incremento in laeſis et ſeparatis oſſium partibus reſtituendo et iuuando ſubiunguntur. Ac primum quidem diaphyſin tibiae, quae poſt clandeſtinam fracturam tandem ſoluta et educta erat, Noſter commemorat. Ampliato nempe ſinu et educta hac diaphyſi, fibulae inſiſtens et baculo adiuta obambulare poterat ruſtica virgo et penitus ſanata nunc recte valet. Inter multa exempla *) a Noſtro hic collecta ne vnicum quidem inuenitur, in quo os reſtitutum et ſanatum anatomice diſquiſitum proponitur, quale hic exhibetur.

Dein puella nouem annorum poſt contuſionem p. 56.
femori ſiniſtro illatam, tumorem magnum ibi contraxerat, qui non ſolum immobilitatem huius extremitatis,

*) v. comm. noſtr. Vol. XII. p. 460. it. Vol. XVI. p. 346. it. IO. BENIAM. BOEHMER in proluſione academica de callo oſſium. Lipſ. 1748. 4. plura eiusmodi exempla collegit.

tremitatis, ſed vehementem quoque dolorem inferebat. Facta inciſione, emanabant tres librae et quod excurrit puris boni cocti et vulnus fonticuli inſtar diu ſe gerebat. Poſtea vero ampliore inciſione inſtituta, os corruptum et ſiccum in multis fragmentis eximebatur et curabatur haec puella ita, vt ſine omni claudicatione poſſit incedere aegra. Mortua vero eſt ea alio morbo et femur hoc laeſum in cadauere ſequenti modo erat comparatum.

p. 60. Haec diaphyſis femoris per ſex annos ſine vlteriori incremento a parte viua ſeparata et in vlcere haerens attenuatum fragilem, colore pallido nigricante praeditum et adeo paruum cylindrum in addita figura refert, vt exſucca contractaque et ferme minor diaphyſi ſanae puellae nouem annorum videatur.

p. 62. His exemplis praemiſſis ad incrementum noui oſſis ſeſe conuertit Noſter, cuius formatio non ex perioſtio, quod deſtructum eſt, ſed ex oſſis ipſius ſubſtantia deriuanda eſt. Fit autem hoc non ita, vti in prima geneſi oſſium, ſed irregulari et inaequali fibrarum directione. Fibrae nimirum denſae albae, quae, callo tandem firmiore reddito, apparent, irregulariter tenduntur ideoque irregulare perioſtium formant.

p. 65. Quapropter quaeſtio illa: num nouae partes prioribus ablatis formari poſſint? facile diiudicari poteſt. Nullibi profecto regularis et organica pars reſtitui poteſt, ſed eius loco irregularis et calloſa maſſa formatur. Quam ob cauſſam nunc quoque Noſter breuiter recenſet, quaenam res eiusmodi partium iterum reſtituendarum incrementum iuvent vel turbent, atque hic differit de vtilitate ſiccae deligationis, affluxus lymphae cet. contra vero de abuſu balſamicorum cet.

3) *Melan-*

3) *Melancholico - maniacorum et epilepticorum quorundam in ptochotropheo Waldheimenſi demortuorum ſectiones tradit* Lic. IOANNES ERNESTVS GREDING. *Continuatio* *) IV. *et vltima.* In hac ſectione de iis agitur, quae in imo ventre eiusque viſceribus obſeruata ſunt. Figura, numero, magnitudine, proportione, ſitu et nexu a ſtatu naturali recedebant hic partes; e. gr. omenti pinguiſſimi ſitus et nexus inconſuetus, ventriculus contractus, ventriculus vere duplex, pancreas conſueto durius, inteſtinorum craſſorum ſitus praeternaturalis et contractiones expanſionesue; inuaginationes inteſtinorum et in tenuibus lumbrici. Circa finem ieiuni pollicem transuerſum ab annexo inteſtino oſſiculum peregrinum, ſeminis cannabis magnitudine, maxime irregulare, fere vbique anguloſum acutum hic concauum, illic conuexum extus meſenterio annexum erat. Glandulae induratae, ſcirrhi, corpuſcula alba, rotunda ſeminis milii ſ. cannabis magnitudine inteſtino extus inſidentes. Ren vtrinque duplex. Veſica vrinaria corpuſculis albis obſita, calloſa et craſſiſſima. Lienis nexus et magnitudo praeternaturalis, color et ſuperficies aſpera, figura, quae duplicem facile mentiebatur. Hepar cum diaphragmate, cum liene, ventriculo cet. concretum, veſicula fellea indurata et in ea lumbrici contenti, nec non calculi mirae figurae cet. p. 75.

4) *Oratio de officio erga moribundos, menſe iulio 1759 in ſolemni doctoris inauguratione recitata.* Maxima incumbunt medico officia in aegri et amicorum ſolatium exſequenda tum, cum aeger morte certat. In arduis rebus, vbi omnes ingemiſcunt, conſtan- p. 169.

*) v. aduerſ. hor. med. pract. Vol. II. p. 674. comm. noſtr. Vol. XIX. p. 120. 127. 130.

conſtantia medici cernatur, erigat ille animos depreſſos adhortationibus et artis ipſius auxiliis ad aegrum conſeruandum deficientibus, alia tamen habeat, quibus anxietates mortis temperet et compeſcat vltimaque vitae momenta a dolore et horrore libera reddat. Porro de vltima aegri voluntate ad legum normam confirmanda, medici forenſis officium deſideratur, qui interualla lucida bene obſeruet et iurisperitum dubium certiorem reddat. Denique non raro dubitant amici mortui aegri de morte et hac in re medici iudicium exigunt.

p. 189. 5) *De ſpecificis medicamentis obſeruationes nonnullae.* Curcuma in ictero ſuadetur, non multum valet raroque bona habetur. Cortex Peruuianus non eſt ſpecificum febrifugum, nec gangraenae, in qua euidentes antiputridos effectus edit, certo opponi poteſt, niſi diſpoſitio ad correctionem particularum, roburque ſolidorum adſint et chirurgus attentus impedimenta ſanationis, remediis externis et ſcarificationibus recte applicatis, remoueat. Camphora potentiſſimum reſoluens et neruinum in febribus malignis conducit, ſi robur ſolidorum tantum inueniatur, quantum ad virium incitationem requiritur. Opium interdum eſt noxium remedium ob languorem, quem relinquit. Sudorifera in febribus acutis nocent.

P. II. In altera parte hae ſunt tractationes

p. 196. 1) *Tractatio de cauſſis debilitatis ex vitae genere ad aetatum ordinem conſideratae.* Poſtquam non multum ante *) b. LVDWIG de vigore et debilitate corporum in vniuerſum expoſuit, hic in cauſſas debili-

*) vide ſupra, p. 674.

debilitatis accuratius inquirit. Matrimonium ſenis, licet plerumque exitioſum ſenibus recte iudicatur, tamen ſine noxa ita bene progredi vidit, vt ſex liberi vegeti et vltima filia, quamuis tenera, tamen ſana, in ſeptuageſimo anno ab hoc patre generarentur. Nihilominus autem arbitratur debilitatem pariter transferri poſſe in ipſo generationis actu a genitoribus ad prolem, ac morbos patrum ad genitos propagari, vti ſupra oſtendit Noſter*).

Imbecillitate iuuenili ex oſſium muſculorum et pulmonum fabrica indicata, ad vniuerſam humorum elaborationem, tandem ad nutritionem vltimam tendentem, quae corrumpitur, accedit Noſter et imbecillitatem variam eiusque cauſſas inde deriuat. In vernalibus et autumnalibus morbis epidemicis, ſi in iuuenes cadunt celeriter increſcentes, tuſſis moleſta obſeruatur, quae caute tractari debet. Hac occaſione de abuſu bechicorum diſſerit. p. 199.

Narratur hiſtoria morbi ſingularis. Iuuenis continuo tuſſiens et inde marceſcens ab hac tuſſi liberatus eſt per canis pinguedinem alias valde noxiam. Cauſſa enim irritans, nec non diu imis faucibus inhaerens, quae erat iuniperi bermudiani ramulus exiguus, remouebatur per vomitum vehementem et iteratum a pinguedine canis ſumta, tuſſis ceſſabat et aeger breui conualeſcebat. p. 209.

Ad alias cauſſas debilitatis Noſter progreditur et inter eas reperimus contentionem ſtudiorum, quam ob rem non raro malum hypochondriacum cum et ſine materie oritur. Dein nimium veneris exercitium in vtroque ſexu, item in feminis grauiditatem et abortus, lactisque nimiam excretionem, in viris ſeminis diſſipationem, breuiter ſecretiones et p. 214.

*) v. aduerſ. med. pract. Vol. II. p. 3. comm. noſtr. Vol. XIX. p. 103.

excretiones immoderatas, porro haemorrhagias cet. His itaque et aliis cauſſis vitae generis ad debilitatem diſponentibus ex aetatum ſerie conſiderandis, variae praeterea ſuperſunt cauſſae, quae in ſingulari hominum quorundam vita, inprimis opificiis et artibus exercendis ad debilitatem diſponunt. Huc pertinent omnes morbi artificum et opificum; Noſter vero hic quorundam modo facit mentionem e. gr. vapor humidus et calidus officinarum artes manuarias exercentium, inprimis cum corpora eorum ſeminuda ſaepe ſudore perfuſa langueſcunt: Metalli foſſores in ſubterraneis cryptis ad citam ſenectutem diſponuntur.

p. 257. 2) *De fiſſura diaphyſeos oſſium cylindricorum.* Egit quidem hac de re b. GEORGIVS CHRISTIANVS REICHEL *) maluit tamen b. LVDWIG imagini huic, quae rariſſimum morbum exponit, ſingularem tractationem adiungere, inprimis cum diſſentiret b. LVDWIG a b. REICHEL. Plana oſſa potiſſimum finduntur, cylindrica vero inprimis in diaphyſibus vario modo franguntur. Rariores tamen horum oſſium fiſſuras obſeruatas eſſe hic teſtatur Cl. LVDWIG. FELIX WYRZIVS **) fiſſuris diaphyſeos oſſium cylindricorum nomen Germanicum *ein Kleckbruch* impoſuit. Harum diagnoſis in recenti ſtatu eſt difficilis ideoque in ſignis diagnoſticis, quae nota ſunt, ſumma remanet obſcuritas. Quae ad curam internam et externam attinent, hic mittimus, nec non quae habet Noſter de amputatione, quam

*) v. diſſ. inaug. de oſſium cylindraceorum fiſſura Reſp. *Io. Chriſtiano Hoffmann.* Lipſ. 1764. c. f.

**) v. EIVSDEM practica *der Wundarzney*, quae Baſileae 1617 in 4to prodiit. pag. 270.

quam hic ſuadent. Femur autem hoc, cuius figura duplex addita eſt, fiſſum, eſt ſiniſtri lateris, inque loco, vbi impetus externus fiſſuras efficiebat, foramen in conſpectum venit. Haec et alia egregie in iconibus additis apparent. p. 270.

3) *Obſeruatio de amputatione mammae cancroſae in grauida* a D. IOANNE DANIELE REICHEL. Veteres et recentiores licet omnes arbitrati ſunt, nihil eſſe omnino moliendum tempore grauiditatis, tamen Noſter aliorum medicorum conſiliis adiutus ſuaſit huius mammae amputationem, quae non ſolum feliciter, ſed et ſine vlla grauiditatis turbatione vlloque alio periculoſo ſymptomate, tam a parte matris, quam a parte fetus eſt peracta; eaque profecto ab hoc malo prorſus liberata fuiſſet aegra atque eius vita ſeruata, niſi carcinomatica cacochymia per totum corpus clanculum oberrauiſſet. p. 276.

Mamma haec exſtirpata eſt in tertio circiter menſe grauiditatis feliciter et bene cicatrix ſeſe formauit inter grauiditatem, in qua prorſus nihil habuit amplius grauida, de quo conquereretur, niſi de inquietudine fetus in vltimis menſibus, quae, cum ex vſu cicutae eam pendere obſeruauiſſet, Auctor ſepoſito hoc remedio, extemplo relinquebat aegram. Parturiebat itaque facile iuſto tempore et ſanum perfectumque fetum absque vllo vitii materni indicio edebat. Poſtea vero aegrotabat et in loco amputato aeque ac in aliis corporis locis e. gr. ſcapulis et dorſo carcinomatica cacochymia apparebat et aegra lente moriebatur. Vixit ita adhuc a die operationis per viginti menſes. Infans dentitionis difficultate periit. Rariſſima haec eſt obſeruatio, cui ſimilis a nullo Auctore memoriae prodita eſt. p. 289.

p. 302. Curam praeterea habuit Noſter quarundam feminarum cancro mammae affectarum, quarum mammae non ſolum felici cum ſucceſſu ſunt exſtirpatae, ſed a miasmate cancroſo etiam plene liberatae.

p. 305. 4) *Commentatio de reſorptione venoſa in vniverſum et ſigillatim aquarum in vario hydrope.* Hac de re quidem nuper b. LVDWIG, dum ſquillae effectus expendebat *), quaedam disputauit, hic autem collatis iis animaduerſionibus, quae in aduerſariis his **) paſſim de ſanguinis et humorum circulatione et elaboratione notauit, reſorptionis modum in vniuerſum et ſigillatim aquarum in vario hydrope effuſarum, ſtagnantium et iterum in circulum ducendarum examinat et obſeruationibus illuſtrat.

p. 307. Ad hanc rem declarandam in morbis praecipue reſpicit Noſter ad ſuctionem venarum et in iis, quae cruorem, et in aliis, quae ſubtiliores humores reuehunt, cum doctrina de morboſorum humorum reſorptione ex hac doctrina phyſiologica demum recte intelligatur. Sanguis vero in venam vi arteriae non impellitur, ſed ex loco connexionis ſugitur. Hic Noſter primum de continuata vi cordis et arteriae dicit, eamque cum valuularum venoſarum vtilitate in hac re ceteriſque reiicit, et hunc mechaniſmum ſuctorium explicat.

p. 321. Tum inflammationis mutationibus accurate recenſitis, ad reſorptionem aquarum ita progreditur, vt eam ex cellulis, quae prima eſt, diiudicet, poſtea vero eam, quae ex magnis cauitatibus, in quas aqua

*) v. aduerſ. med. pract. Vol. II. Part. IV. p. 695. comm. noſtr. Vol. XIX. p. 132.

**) v. Vol. XVII. p. 488 ſeqq.

aqua eſt effuſa, iuuari debet, attendat b. LVDWIG. Prior certe melius, quam altera medicamentis ſuſtineri poteſt.

Seroſus et tenuis ſanguis a venis non tam facile et prompte ſugitur, ac pituitoſus. Denſum enim oedema melius discutitur, quam molle. Ex qua re patet, robur aliquod venarum requiri, quod in pituitoſis non adeo infringitur, quam in iis, qui tenuitate humorum laborant. Idem obſeruatur in oedemate poſt morbos diuturnos vel grauiores relicto. Haec oedematis, quod et in anaſarcam tranſit, differentia medelam dirigere debet. Atque hic Noſter varias obſeruationes commemorat, quae ſalium vſum et abuſum, nec non laxantium, reſolventium, roborantium ceterorumque remediorum commoda et incommoda determinant. p. 325.

Hic dat b. LVDWIG delineationem breuem rerum elaborandarum quoad reſorptionem aquarum, cum bonus ille animum quidem erectum, in corpore tamen languente iam ſentiret, quod contentione ſtudiorum amplius infirmari nolebat. Agendum itaque adhuc eſſet, primo de tractibus ſingularibus cellularum, in quibus ſerum extrauaſatum ſeorſim et limitibus circumſcriptum colligitur, veluti in hydrocele, faſciculis vaſorum ſpermaticorum, in tumoribus oedematoſis faciei et faucium, in ſimilibus tumoribus palpebrarum, orbitae et bulbi oculi interni. De ſero inter muſculos et peritonaeo effuſo, de hydrope ſaccato et hydatidico, in cauo abdominis ex glandulis meſeraicis et ouariis tumidis, de aſcite abdominali, hydrope pectoris et encephali. p. 346.

5) *Oratio de immoderata phantaſia vires corporis et animi laedente, menſe auguſto 1767. in ſolemni doctoris inauguratione recitata.* In hac re perueſti- p. 348.

 ganda

ſtiganda ad prima rerum principia non regreditur; nec eam ex intima animi et corporis natura ac mutuo vtriusque nexu deriuat b. LVDWIG, ob ſummam ignorantiam huius rei; ſed in phaenomenorum obſeruatione acquieſcit. Oſtendit itaque hic Cl. Auctor, quomodo illi, qui ingenii vires nimis intendunt, animumque immoderata phantaſia torqueant, et corpori labem inferant, et inde animi vires fatigent.

p. 369. 6) *Obſeruatio de morte fetus ex vehementiſſimis grauidae conuulſionibus cum plena ſenſuum abolitione ſalua matre, Auctore* IOANNE DANIELE REICHEL, Phil. et Med. Doct. Femina iuuenis et ſana, ſumma tamen ſenſibilitate et irritabilitate praedita, abortu praegreſſo, non diu poſt iterum grauida fiebat. Quae etiam ad vltimum vsque grauiditatis menſem non adeo multis incommodis turbabatur. In eo ipſo autem menſe terrore vehementer perculſa haec grauida de cephalaea grauiore, quam hactenus, coepit conqueri, cuius et continuatio conuulſiones vehementiſſimas et abolitionem ſenſuum efficiebat cum vomitu perpetuo. Hae convulſiones, quas ab initio Noſter non idiopathicas et noxias cenſuit, ſed ab vtero deriuauit, tandem quoque fetum in vtero trucidauerant. Nam nulli aderant ad partum dolores, nulla orificii ampliatio; ſenſus embryonis a matre eodem ipſo die mane clare perceptus erat, nulla ceſſatio conuulſionum et abolitionis ſenſuum poſt partum artificioſum ſequebatur, ſed per tres dies poſt partum ſtupida manebat *). Debuit itaque cauſſa harum conuulſionum eſſe idiopathica eamque Noſter ſero in encephalo morboſe collecto tribuit. Id quod probat ex largis-

*) Similem caſum refert Cl. WILLIAM SMELLIE, v. comm. noſtr. Vol. XV. p. 341.

largiſſimo ſeri effluxu, qui ſinapismis applicatis diu continuauit cum aegrae leuamine ſummo. Quapropter quoque nec venaeſectio, nec antiſpasmodica, anodynaque neque opium ipſum, quidquam hic valuerunt.

Quaedam hic breuiter addit de diuerſitate convulſionum, quae ab aliis *) probantur, ab aliis **) improbantur. Videntur vero Noſtro laudari poſſe et vituperari. Quemadmodum enim conuulſiones multos morbos e. gr. exanthematicos, infantum dentitionem cet. iuuant, ſic quoque praegnantibus, parturientibus et puerperis vtiles interdum cum Cl. SMELLIE cenſet: attamen debent eae non adeo eſſe vehementes, nec iis ſopitis, durare mentis alienationem, neque ab alia cauſſa, quam ab vterina pendere ***). p. 382.

Tertia pars haec offert Pars III.

1) *Tentamen medico-practicum de febrium natura et curatione praelectionibus academicis accommodatum.* p. 387.

Eſt

*) v. comm. noſtr. Vol. XV. p. 341.

**) Cl. PLENCK. comm. noſtr. Vol. XVII. p. 289.

***) Erat haec aegra viribus vix refecta, cum incideret in motus febriles, irregulares quidem; attamen tam fortes, vt de febre acuta timeretur. Ad hos motus refraenandos et dirigendos ſuadebatur, praeter medicamenta, et venaeſectio larga, qua haec febris in regularem et tertianam exquiſitam tranſibat. Paroxysmus vnus et alter durabant per viginti propemodum horas. Febre hac facile curata, iterum experiebatur haec femina grauiditatem: licet timor ob nuperum partus difficilem exitum magnus et moeror ob mortem matris et conſanguineae cuiusdam grauis accedebant, tamen non ſolum iuſtum, ſed et proſperum partum edidit: quo citiſſime et faciliime abſoluto, mater et infans optima gaudebant ſanitate inque ea continuabant.

Eſt haec b. LVDWIG vltima elaboratio, quae ſpeciminis loco hic traditur, ac ſi ſummum Numen vitam ipſi largitum fuiſſet, omnem therapiam ſpecialem ita perſequi ſecum conſtituerat. Ad hanc doctrinam de febribus ſuccincte pertractandam primum quidem vniuerſam conſiderationem ex principiis pathologicis et therapeuticis accurate repetit, poſtea praecipuas febrium ſpecies enarrat et monitis practicis illuſtrat.

p. 388. In pathologico therapeutica conſideratione geneſis, cauſſae, ſymptomata, ſigna, paroxysmi, differentiae et methodus medendi vniuerſalis febrium traduntur. Circulatio ſanguinis et humorum aucta dicitur febris, quae a motu progreſſiuo et inteſtino per vaſa maiora et minora varie intenſo dirigitur. Motus nimirum inteſtinus in mixtione fluidorum incipit et progreſſiuum excitat; progreſſiuus magis euoluit inteſtinum. Febres ſunt vel bonae et regulares, vel incompletae et irregulares et tum ſaepe deſtructoriae. Febris ex cruditate, coctione et criſi diiudicanda. Finis eius eſt vel ſanitas, vel metaſtaſis, vel mors.

p. 391. Febrium indoles et vis in circulo ſanguinis cernitur; effectus ex elaboratione, mutatione, et ſecretione humorum patent; cauſſae ex diſpoſitione corporum et diaetae erroribus cognoſcuntur. Materia morbi ſiue dyscraſia eſt cauſſa morbi in fluidis haerens, aut viſcida, lenta, premens: aut acris, actiua, irritans. Febris ſymptomata primario in horrore et calore cernuntur, quorum viciſſitudines tandem paroxysmi declarabunt, alia acceſſoria obſeruantur, ex vtrisque vero petuntur ſigna.

p. 400. Succeſſiuae, alternantes et coniunctae motus inteſtini et progreſſiui in ſanguine et humoribus viciſſitudines, remiſſiones et exacerbationes paroxysmos febriles ſiſtunt, qui principium, progreſ-

ſum

ſum et ſtatum finemque motuum febrilium definiunt. Diuiduntur hi in ſimplices ſeu compoſitos, multiplices potius, in regulares item vel irregulares et interceptos.

Addita tabula febrium, ad curationem primum generalem, dein ſpecialem b. LVDWIG progreditur. Etſi enim vniuerſalis medendi methodus conſtitui nequit, norma tamen therapiae generalis et hic ſequenda et in indicationibus variis declaranda eſt. In omnium febrium initiis e. gr. ad primas vias et ſanguinis circulantis copiam et vim reſpiciendum eſt: in nimia incitatione motuum febrilium, ſpaſmos afficiente analeptica neruina, anodyna, opiata ſunt adhibenda cet. p. 403.

Monita practica de variis febrium ſpeciebus tradit hic Noſter. Vt nimius ſalium vſus in vniverſum relaxat, ſic etiam in quartanis nocet, licet tenacitatem humorum ſoluere videatur. Mauult eapropter tempore apyrexias infuſa concentrata amararum plantarum ſ. gummi ſaponacea cet. hic laudare. Opium et arſenicum in quartanis reiicit. Exanthematicas, quarum inſignis eſt varietas, febres, potius metaſtaticas poſſe dici Noſter putat. p. 409.

Morbilli referuntur inter exanthemata neceſſaria: Roſeolas (*die Rötheln*) a morbillis parum differre et forte mitiores eſſe Noſter arbitratur. p. 499.

Variolis ſemel laborantes Noſtro liberi videntur ab hoc morbo. Spuriae enim a veris non ſemper diligenter ſatis diſtinguuntur. Variolae in lingua et faucibus, conſpiciuntur; num in internis corporis cauitatibus, dubium eſt. p. 451.

Etſi in omnium hominum aetate proſpero ſuccedente effectu tentata fuit inſitio, optime tamen inter annum quintum et decimum ſuſcipi videtur. Optima inplantationis ratio eſt, ſi in brachio a latere externo deltoidei muſculi leuis inciſio in cute p. 465.

fiat,

fiat, quae parum ſanguinis fundat, nec ad contextum celluloſum penetrat, cui fila, pure varioloſo bono, et, ſi fieri poteſt, recenti imbuta, applicantur et emplaſtro teguntur; ſeu cuticula veſicatorio ſeparatur et fila cuti nudae applicantur. Reliqui modi minus idonei videntur.

p. 481. Continentes febres ſunt eae, quae a principio vsque ad finem aequali ſymptomatum impetu ſaeviunt, nec remiſſionem vllam multo minus apyrexiam habet. Huc pertinent ephemera, ſynochus putrida, cauſus cet:

p. 503. Febres neruoſae cernuntur in vi neruoſa, motus ſolidorum praecipue dirigente, ſuppreſſa. Quapropter harum febrium malignitas non ſemper ex indole materiae morbi, ſed ex virium mouentium imbecillitate, quam neruoſam Noſter dicit, pendet. Eſt vero haec ipſa debilitas inprimis attendenda a medico, ne ipſa febris exitioſa fiat, aut, quod crebrius fieri ſolet, in lentam abeat. Ex qua re Noſter quoque arbitratur, omnia reliqua ſymptomata harum febrium, ab HVXHAMO aliisque recenſita recte explicari poſſe, minimeque neruoſam eſſe veram et nouam febris ſpeciem, ſed potius, vt ſymptoma, in aliis accidens, conſiderari debere.

p. 505. Sunt vero et irregulares motus febriles, vt lochialis, lactea, arthritica, venerea, ſcabioſa febris cet. Has febres dicit Noſter ſymptomaticas et primario ad morbum ipſum dirigendam eſſe attentionem cenſet; vtrum ſcilicet haec febris morbum iuuet, an illi noceat?

p. 507. 2) *Commentatio de paraplegia ex fractura vertebrarum colli* *). Collegit hic Noſter varia conſectaria

*) Praeluſio academica Lipſiae menſe maio 1767 in 4to propoſita a b. LVDWIG.

ria ad medicinam clinicam, chirurgicam et forenſem ſpectantia. Vir robuſtus ex alto ita elapſus eſt, vt nil, niſi ceruicem laederet, qua in eminentem aliquam muri partem impegerat et validam contuſionem muſculorum, ex collo ad caput tendentium, effecerat, et poſt aliquot dies moriretur.

Cadauer maculas putridas emphyſematicas in ceruice, dorſo, pectore cet. oſtendebat. Fracturae in vertebris quatuor mediis colli, in icone delineatis melius cognoſci poſſunt. Cauſſa mortis ſine dubio fuerat compreſſio medullae ſpinalis. Celeris putredo et emphyſema eueniebat in hoc aegro idcirco, quoniam nulla apta oſcillatio in vaſis minimis reſorptionem et ideo veram diſcuſſionem permittebat: quicquid igitur vi medicamenti applicati mouebatur, non motum reſolutorium, ſed putredinoſum inducebat, in quo aer elaſticus ſoluitur et tumores aereos ſiue verum emphyſema producit. Quapropter hanc putredinem vt ſymptoma explicat et fracturam vertebrarum cenſet cauſſam principem mortis hocque exemplo forenſes medicos monet. p. 514.

3) *Melancolico maniacorum et epilepticorum quorumdam in ptochotropheo Waldheimenſi diſſectorum ſupplementum tradit* b. Lic. JOANNES ERNESTVS GREDING. Pergit hic Cl. Auctor, vti in ſuperioribus *) fecit, ita tamen, vt eos potiſſimum ſectione luſtrandos ſeligeret, qui olim narcoticarum quarundam plantarum; partim vero etiam ſequente tempore cortice fibrarum radicis hellebori albi, cuius ſucceſſus varios in melancholico epilepticorum curatione p. 524.

*) v. Aduerſ. med. pract. Vol. I. p. 640. Vol. II. p. 93. et 312. comm. noſtr. Vol. XVII. p. 488. it. Vol. XIX. p. 103.

ratione obſeruauit b. Noſter, vſi erant, quibus tandem alii pauci acceſſerunt. Continuatis itaque diſſectorum numeris duas claſſes hic ſiſtit b. GREDING, quarum prima melancolico-maniacos fatuosque, altera vero epileptico maniacos ſpectat. Nos vero hac ex prima parte hiſtorica haec notamus.

p. 529. Tumor, ad os zygomaticum ſitus, illud cum aliis oſſibus deſtruxerat, cariemque induxerat, quae plane nullum foetorem, ab oſſibus carioſis alias inſepara-
p. 542. bilem, ſparſit. Tumorum quatuor dolores acutiſſimi, inſanum mentis ſatis compotem reddiderunt
p. 564. ad tempus. Pulueri florum cardamine *) ſat larga doſi ſumto adſcribit Noſter aliquam vim paroxysmos epilepticos leniendi et imminuendi. Id quod et nos obſeruauimus.

p. 567. 4) *Obſeruatio de diarrhoea cruenta recens natorum.* Auctore D. IOANNE DANIELE REICHEL. Variis aliis locis a Noſtro nominatis, e quibus ſanguis in recens natis emanat **), exemplum de diarrhoea cruenta recens natae diligenter perſequitur idque aliis obſeruationibus a ſe factis confirmat; indeque nec adeo periculoſum, nec ſemper letalem hunc morbum iudicat, vti plerumque ſunt alii arbitrati, etiamſi diarrhoeam cruentam a haemorrhoidalium vaſorum morboſis affectionibus curate diſtinguit, aſſerens ſanguinem multo altius ex inteſtinorum vaſis crebro deuenire in diarrhoea cruenta, vti et in ſuo caſu obſeruauit. Puellula haec ſana ac vegeta in lucem edebatur a matre aeque bene valente. Non diu poſt ſanguis apparebat cum excrementis et

*) Medical tranſact. Vol. I. p. 442. comm. noſtr. Vol. XVII. p. 210.

**) v. comm. noſtr. Vol. II. p. 336. it. Vol. XIX. p. 275. v. commerc. litterar. Norimb. 1735. p. 51.

mentis grumoſus per aliquot dies, ſine vlla moleſtia, vti ex quiete infantis patebat. Interea formabatur quoque abſceſſus in mamma eiusdem, quem incidere oportebat chirurgum. Mirum autem profecto eſt, hanc paruulam miſeram et denegato ei iuſto nutrimento ob lactis defectum in nutricis mammis hos morbos ſuperaſſe.

In quarta parte haec inueniuntur. Pars IV.

1) *De carie venerea oſſis femoris ſponte fracti icone illuſtrata, praemiſſis quatuor capitum venereorum carioſorum deſcriptionibus.* Curante D. JOANNE DANIELE REICHEL. Iconem et eius deſcriptionem debemus b. IOANNI FRIDERICO KNOLLE, qui ea adiecit ſuae diſſertationi inaugurali *). Femur illud, quod icon hic repraeſentat, eſt ex collectione oſſium morboſorum b. LVDWIG, cuius deſcriptioni, cum totam diſſertationem his aduerſariis inſerere per ſpatii anguſtiam non liceret, additae ſunt hic quatuor capitum lue venerea exeſorum deſcriptiones. p. 579.

Hoc os femoris eſt ex iuuene vigeſimo circiter aetatis anno, quam aetatem definiunt epiphyſes cum oſſis diaphyſi nondum firmiſſime coalitae. Tardare luem veneream hanc rem monuit iam PLATNERVS **). Primaria cariei ſedes fuit in ſuperiore extremitate, a reliquo oſſe, vehementia cariei, infra trochanteres ſeparata, ſeceſſit, et a qua in poſteriori oſſis ſuperficie, ad quatuor digitos tranſuerſos protenſa caries haud parum ſaeuiit: tum p. 583.

*) de carie venerea oſſium. Lipſ. 1763. 4. c. f.
**) v. diſſ. de oſſium epiphyſibus. Reſp. *Io. Mich. Schwarz.* Lipſ. 1736. 4.

tum etiam fuit in ea ſuperficiei anterioris parte, quae duorum digitorum transuerſorum ſpatium a condylis diſtat. Ac cum reliqua pars quoque oſſis, condylis exceptis, cariei ſtamina oſtendat, b. KNOLLE illud os ideo cariei venereae perfectae exemplum exiſtimat. Diſtribuit enim cariem partim in vniuerſalem et particularem, partim in perfectam atque imperfectam.

p. 586. Ibi, vbi os haud leui carie fuit tentatum, noua lamina ex fibris oſſeis ſat firmis conſtans ſuccreſcebat, quae lamina in icone bene expreſſa conſpicitur.

p. 588. Fracturae tandem cariem veneream ſubſequutae exemplum exhibet hoc os femoris, vti ex addita figura elucet, vtpote cuius extremitas ſuperior vndiquaque profundiori carie quaſi perterebrata fuit, ita, vt ſine violenta cauſſa externa, os paulo infra trochanteres, cum adhuc viueret homo, frangeretur.

p. 589. 2) *Melancholico-maniacorum et epilepticorum quorumdam in ptochotropheo Waldheimenſi diſſectorum ſupplementum tradit* Lic. IOANNES ERNESTVS GREDING. Continuatio *). Pars II. Anatomica. Quibusdam de habitu cadauerum externo praemiſſis, ſectio prima agit de calua, meningibus et encephalo. Caluae volumen erat varium, dimenſionibus additis. Magna erat craſſities caluarum, in iis quibusdam locis pelluciditas. Hydrops caluae obſeruatus eſt. Vera oſſicula apparuerunt in pia matre, inque ea calloſitas et cartilagineſcentia. In encephalo abſceſſus ſui generis cum callo. Glandula pinealis parua breuisque erat, eiusque lapilli deſcribuntur.

Externa

*) v. ſupra, p. 689.

Externa cerebelli ſuperficies erat prorſus granuloſa, inque eo oſſiculum ſpinoſum. Encephali omnino conſiſtentiam triplicis generis tuto ſtatuere poſſe putat Noſter in ſuis ſectionibus, firmam ſcilicet duramque; iuſto molliorem,et denique mixti generis, hinc nempe duram, illinc molliſſimam. Quam plurimi conſiſtentiam mixti generis obtinuerunt. p. 655.

Sectio ſecunda agit de cauitate pectoris, praecipue ratione pulmonum et cordis. Praeternaturalem pulmonis dextri mediaſtino appreſſionem ab aere elaſtico, morboſe huc ingreſſo, vnice ortam eſſe ex diaphragmatis conſtitutione b. GREDING arbitratur. Huius enim fornix ſiniſtrorſum octo vnciis, dextrorſum autem vix vna vel altera ſeri vncia onuſtus inueniebatur. Siniſtrorſum ille erat prorſus naturalis, dextrorſum vero ſuper gibbam hepatis partem concauitatis loco in conuexitatem detruſus magno elaſtico tumore protuberabat, qui leui inciſione facta, prorſus diſparebat. p. 665.

Pulmonum adhaeſione notata, ſuperficies pulmonum interdum colore cinereo-nigreſcente,vtrinque maculis albis, rubris et nigricantibus variegata et purulenta materie nullius odoris illita et obducta erat. Obſeruauit praeterea pulmonum figuram praeternaturalem, flacciditatem, indurationem, repletionem et exulcerationem Cl. Auctor. Ventriculi cordis vacui reperti ſunt, nec non polyporum in ventriculis et auriculis repertorum ſit hic mentio. p. 670.

Sectio tertia tractat ea, quae in imo ventre eiusque viſceribus ſunt obſeruata. Hic occurrit hydrops abdominis, ventriculi magnitudo diuerſa et ſitus peruerſus, pancreas conſueto durius et ſemel praegrande, naturalis tamen conſiſtentiae, inteſtinorum habitus varius et ſitus peruerſus. Maniaci p. 682.

niaci ileum tres circiter pedes ab eius inſertione in coecum, appendicem ſeu proceſſum exhibuit, qui hic ob ſingularem ſuam figuram plane deſcribitur. Praeterea inteſtinorum inuaginationes, ſtricturas cum granulis funiculisque ſteatomatibus, margines nigros eorum et lumbricos cet. Noſter inuenit. Variis de renibus, veſica vrinaria et vtero miſſis, crines longos in ouario repertos notamus, de quorum radicibus varie disputat Cl. Auctor.

p. 708. Lienem aliquoties praeternaturaliter adnatum reperit Noſter; pariter et hepar, cuius conſiſtentia valde mollis erat. Veſicula fellea cum duodeno adeo coaluerat, vt decoriare illam oporteret. Bilis erat varia diuerſusque inde et eius color conſiſtentiaque cet.

Et hic ſubſiſtamus atque doleamus, Cl. GREDINGIVM, morte profecto praematura, quam valdopere lugemus, impeditum, non poſſe continuare in colligendis obſeruationibus his vtiliſſimis, vti b. Vir in fine huius tractationis eſt pollicitus.

p. 731. 3) *Obſeruatio de deſcenſu teſticuli in puero cum hernia incarcerata letali coniuncto.* Auctore D. IOANNE DANIELE REICHEL. Tanta inter deſcenſum teſticulorum, quorum ſitus non raro admodum varians eſt, et herniam intercedit ſimilitudo, vt ipſe deſcenſus teſticuli pro hernia ſit habitus. Deſcenſus enim illorum via per annulum abdominalem ad ſcrotum fit, qui interdum valde raro tertio nempe, quinto, quin imo decimo quarto aetatis anno eſt obſeruatus. Exemplum, quod Noſter hic huius rei illuſtrandae ergo enarrat, eſt puer quatuor fere annorum, robuſtus et ſanus. Hic improuiſo conuulſiuo impetu, cum ſtaret, inuaſus, de ingentibus doloribus in inguine dextro, vbi et tumor

tumor oui columbini magnitudine ſentiri poterat, abdomine non tenſo, ſcroto tamen vacuo et retracto, querebatur. Defectus itaque teſticulorum et abſentia tum ſignorum, quae herniam prodebant, ad deſcenſum teſticulorum eumque iuuandum Noſtri attentionem et curam dirigebant. Interim autem vomitus accedebant, qui licet nullum faeculentae materiei prodebant ſignum, tamen de hernia incarcerata ſuſpicionem mouebant. Verum debilitate continuo aucta, quae et venaeſectionem et operationem vetabat, vix quinquageſima et ſecunda hora a morbi initio finita aeger moriebatur.

Abdomine aperto, inteſtina maculis ſphaceloſis p. 735. inſigniter turgebant. Ieiunum et ea ilei pars, quae ieiuno proprior eſt ad herniam vsque, amplitudinem naturalem ſuperabant. Inde vero ab hernia, ea, quae coeco nectitur ilei pars, et totum colon ſummopere anguſtata erant. Ilei vero pars, vbi a regione hypogaſtrica ſupra os pubis ſub margine ſuperiore peluis verſus renem dextrum voluitur, in annulo abdominali eiusdem lateris vna cum teſticulo conſtricta, incarcerata et ſphaceloſa erat, ita, vt contactus teſticuli et herniae clare appareret. Teſticulus ſiniſter vero in deſcenſu inter annulum inguinalem et ſcroti cauum pendulus et ſanus cernebatur.

Haec hernia a Noſtro congenita appellatur, et p. 737. ea eſt, ſi inteſtinum peritonaei proceſſum ad teſtem descendentem, nondum perfecte clauſum intrauerit. In hac via deſcribenda tam in ſexu potiori, quam ſequiori mentionem huc fecit Noſter Cll. virorum HALLERI, POTTII, CAMPERI, HVNTERI, SCHARPII et CHESELDEN *), qui

 hac

*) v. comm. noſtr. Vol. V. p. 87. ſeq. ib. Vol. IX. p. 54. it. ib. Vol. XI. p. 283 ſeqq. it. ib. Vol. XII. p. 267. et Vol. XVI. p. 581. it. ib. Vol. XVII. p. 141.

hac de re curate ſcripſerunt et laudat praeterea Cl. LOBSTEINII *), et Cl. OEHME **) diſſertationes, in quibus hac de re accurate dictum et ex Auctoribns collectum eſt.

p. 739. Cl. CAMPERI cauſſae ***), cur hae herniae fere ſemper dextrorſum appareant, addit Noſter, cum ea non ſemper Eidem videatur ſola, teſticulorum diuerſam magnitudinem, ratione inprimis habita reliquarum partium, in dextro abdominis latere ſitarum.

p. 740. 4) *Obſeruationes de humanis calculis. Prima attinet infantem, qui calculos ſponte per vrethram emiſit, et inde mictum cruentum patiebatur. Secunda agit de felleis et renalibus calculis in vtroque rene in viro ſimul repertis. Tertia calculorum pulmonalium in duobus fratribus exempla continet.* Auctore EODEM. Sine multa medicina et ſine ſuſpicione mali haereditarii calculi in hoc puello ſponte egreſſi ſunt, nec mortem inde paſſus eſt, ſed ob dentitionem difficilem. Quamquam enim calculos Noſter refert inter morbos haereditarios ****), tamen calculos in hoc infante ex nimia quiete, ſupinoque nimis ſitu, quem Noſter valde improbat in infantibus, victu vel crudo accedente, ortos eſſe arbitratur.

p. 747. Iam ſequitur caſus et cadaueris ſectio, vnde patet, felleos calculos, quorum, viuo aegro, nullum indicium eſt datum et renales ſimul adfuiſſe in hoc corpore, ac quidem in vtroque rene, cum alias plerumque

*) diſſ. de hernia congenita. Reſp. *Io. Nonnemann.* Argentor. 1771. 4.

**) v. diſſ. inaug. de morbis recens natorum chirurgicis. Lipſ. 1773. 4. p. 40. §. 12.

***) v. comm. noſtr. Vol. XII. p. 269.

****) v. comm. noſtr. Vol. XX. p. 425.

plerumque ſiniſter ren calculorum ſedes habeatur, raroque vterque obſeruetur.

In cyſtide fellea erant centum et quatuor calculi, qui pondere erant centum quinquaginta et quinque granorum. Vterque ren valde profecto magnus erat, pure vrinaque ſanguinea et calculo octoginta granorum pondere repletus erat ſiniſter, dexter eadem materia et duobus calculis, ponderantibus centum circiter grana, quorum alter arcta articulatione *) cum multis non admodum paruis calculis ſubſtantiae renis firmiter adhaerebat et acuto ſuo fine vreterem intime penetrabat. p. 749.

Venit nunc Noſter ad calculos pulmonales in duobus fratribus viuis ſine vlla haereditaria diſpoſitione per tuſſim cum ſputo eiectos. Hi a tenera eorum infantia raro quidem paſſi ſunt morbos, facileque vel infantiles ſuperarunt, pectoris tamen incommoda prouectior aetate vterque ſenſit. Vnius inprimis aſthma pergraue, quod multis remediis internis et externis cedere nolebat, deriuabatur a nimio vini et herbae nicotianae per fumum abuſu coniuncto; alterius vero fratris imbecille pectus tribuebatur male curatae febri acutae. Hic mortuus eſt phthiſi pulmonali flore aetatis, ille ſumme aſthmaticus et tuſſi laborans adhuc viuit. p. 751.

Vtriusque calculoſae concretiones erant durae et firmae, calcareo ſiliceae indolis, variae figurae atque magnitudinis. Color illis erat albus et ſplendens. Superficies inaequalis. Magnitudo vnius ſuperabat piſum maximum, qui et aegrum adhuc viuentem, cum obambularet, ita vexabat, vt de ſuffocatione timeret. Ceteri calculi, quorum plerorumque pondus vnius grani forte erat ſine

*) Similem articulationem calculorum v. comm. noſtr. Vol. hoc p. 427.

vllo doloris in pectore ſenſu tam ante, quam poſtea, tuſſiendo facile extra omnem periodum cum ſputo exſpuebantur, nec vllam vtriusque morbi efficiebant mutationem. Vtriusque porro calculi ſuperficie, colore cet. magnopere inter ſe conueniebant.

XVII.

Traité de l'epilepſie faiſant le tome troiſieme du traité de nerfs & de leurs maladies. Par Mr. TISSOT M. D. à Paris chez P. F. Didot le ieune avec privilege du Roi. 12. pagg. 419.

i. e.

Tractatus de epilepſia ſiſtens tomum tertium tractationis de neruis eorumque morbis. Auctore Cl. TISSOT.

Tomum tertium operis hic tradit Cl. Auctor et pollicetur duos priores tomos in poſterum cum erudito orbe ſe communicaturum eſſe. In quo epilepſiam tam ſympathicam, quam idiopathicam, et veram et fictam non ſolum deſcribit exemplisque diverſimodis illuſtrat, ſed etiam in cauſſas abditas et euidentes inquirit, quae potiſſimum cernuntur in conſenſu vel externo vel interno per neruos ſentientes et mouentes ſtimuloque membris ſingulis inſititio; vtriusque ſymptomata et ſigna colligit, methodum medendi proponit et ſpecifica ſic dicta antiepileptica expendit Noſter tam vtilia, quam inutilia, quibus et noxia addit. Praeterea et hoc opus in Germanicam linguam *) eſt translatum, cuius

*) *Herrn* TISSOTS *Abhandlung von der fallenden Sucht. Leipz.* 1771. 8. mai.

cuius praefatio continet quaedam remedia anti-epileptica.

Ac primum quidem inter deſcribendum morbum ſacrum notat Noſter vultum eorum iraſcentem, quem ſaepe in iis obſeruauit exemplis, quae hic commemorat. Imaginatio et terror epilepſiam creant. Reiicit vero Cl. Auctor huius mali propagationem a matre ad infantem, cum placenta neruis ſit deſtituta *). A terrore Noſter ſubinde bene formatum infantem in rhachitidem et tandem epilepſiam incidere vidit. p. 1.

Inter diuerſas huius morbi cauſſas, quas Noſter aſſidue hic collegit et variis huius ſui libri locis perquirit, vrgemus hic potiſſimum idiopathicam et ſympathicam. Poteſt itaque et debet huius mali ſedes in capite pariter, ac in reliquis cauitatibus corporis quaeri. Nam poteſt cauſſa in ventriculo haerere, inque vtero; poteſt ea deriuari a copia et inopia ſanguinis, item ab acrimoniis variis humorum pendere, varia morboſa neruorum quoad motum et ſenſum ratione habita. Quapropter Noſter affirmat, vbiuis in corpore ſedem huius mali eſſe poſſe, nec ipſum vterum excipit. p. 44.

Acres humores, in neruos conuerſos, poſſe epilepſiam efficere probat hic Noſter nonnullis exemplis. Narrat hunc in finem exemplum de diarrhoea imprudenter ſuppreſſa, de ſaliuatione admiſſo fri- p. 138.

 gido

*) Nota et nobis eſt femina inſigni neruorum ſenſibilitate praedita, quae habituali epilepſia a ſolo terrore vexata et per ſingulam grauiditatem bis ſtato tempore tentata praeter vltimam, qua ſemel apparuit paroxyſmus, tres filios et totidem filias peperit, nunquam ne ſuſpicionem quidem huius mali prodentes, nedum ipſum malum.

gido regimine, immature impedita, de vrinae ſuppreſſione, quae omnia ſecuta eſt epilepſia.

p. 143. Conuulſionibus in variorum exanthematum eruptione ab acrimonia, in neruos delata, a Noſtro deriuatis, pergit exempla epilepticorum narrare per acres humores in neruos conuerſos: ſcabiem retropulſam e. gr. proponamus, cum Noſter aliquoties ſcabiem iterum euocauerit in epilepſia inde orta, quam quoque redire vidit, ſimulac ſcabies euanuerat.

p. 205 Quod attinet ad prognoſin huius mali, plurimas epilepſias incurabiles Noſter iudicat ac potiſſimum haereditariam. Quapropter infantes, quibuſcum naſcitur hoc malum, ſi decimum intra annum non curatur, rariſſime ab eo liberantur. Omnino ſuadet Noſter, vt inueteratio huius mali, quantum fieri poteſt, ociſſime impediatur. Hoc autem in ſympathica epilepſia melius ac certius poteſt praeſtari a medico, quam in idiopathica.

p. 223. Cauſſarum ſcrutinium inprimis dirigit methodum medendi, quam hic Cl. Auctor variam tradit. Veſicatoriorum e. gr. vtilitatem probat Noſter in epilepſia exemplo quodam cum ex terrore in epilepſiam inciderit infans, quae ſanata eſt aduſtione femoris fortuita. Quod ſi itaque deriuari poteſt cauſſa epilepſiae, haec remedia prodeſſe poſſunt, vti fieri ſolet in retropulſa ſcabie et herpete, etiamſi Noſter has cauſſas inter pertinaciſſimas refert. Cauſſam huius mali ſanguineam tollunt interdum hirudines, iis cum venis haemorrhoidalibus communicatis et per quatuordecim dies repetitis.

p. 300. Inter potentiſſima antiepileptica remedia refert Noſter radicem valerianae ſylueſtris. Iudicatur vero ab Auctore haec radix ſpecificum

remedium antiepilepticum eo reſpectu, quo cortex Peruuianus antifebrile et mercurius ſyphiliticum laudatur. Vſi enim ſunt hac radice multi medici veteres et recentiores in epilepſia exoptato cum ſucceſſu, quos plurimos quosque hic commemorauit. Noſter inprimis laudat extractum valerianae ſylueſtris.

Quod reliqua attinet ſpecifica, plurima vitupe- p. 314. rantur. Paeoniae radix, viſcum, moſchus, opium, folia aurantiorum, cortex Peruuianus, mars, camphora, caſtoreum, aſſa foetida, ruta, mercurius, antimonium. Magnam copiam aliarum plantarum neruinarum earumque aquarum deſtillatarum et conſeruarum, quae et inter antiepileptica remedia inveniuntur, vt aqua florum naphae, meliſſae cet. reiicit et ſuadet ad ſummum iis vti pro vehiculo, quo vel efficaciora aptius et commodius poſſint ab aegris ſumi.

Valeriana, folia aurantiorum, moſchus et cam- p. 353. phora ſunt optima remediorum antiepilepticorum et inter haec, vti iam diximus, praefert Noſter reliquis valerianam ſylueſtrem. Foliis aurantiorum tribuit Noſter vim antiſpaſmodicam, caſtoreum vero non magni facit.

Tranſit Cl. TISSOT ad ſpecifica antiepile- p. 359. ptica periculoſa partim ob violentiam agendi, partim ob venenatam indolem. Atque inter haec invenimus helleborum album, antimonialia, mercurialia, ens veneris, quo et Cl. GREDINGIVS fruſtra vſus eſt in epilepſia *), nonnulla Stoerckiana remedia, vt hyoſcyamum **) cet.

Acida

*) v. aduerſar. medic. pract. Vol. I. p. 530 ſeqq. comm. noſtr. Vol. XVII. p. 508.
**) v. ibid. Vol. I. p. 88. comm. noſtr. ib. p. 491.

p. 369. Acida mineralia cum Ill. HALLERO in ſumma neruorum mobilitate, ad eos obtundendos concedit Cl. TISSOT, porro et ad febrem cum epilepſia coniunctam compeſcendam.

p. 412. Epilepſia ſemper pendet a neruis ſentientibus, quorum actio ceſſat et a mouentibus, quorum actio aucta deprehenditur. Conuellitur enim epilepticus, nec ſentit. Epilepſia variat tam duratione, quam phaenomenis, quae ab irritatione maiori minorique muſculorum pendent. Praeſagiunt acceſſum ſeu paroxyſmum diuerſa ſymptomata e. gr. capitis quaedam turbatio *), aliarum remotarum partium irritatio et tum ſuadet fortem ligaturam.

p. 418. Praeter ea, de quibus iam diximus, balneum frigidum, lac, cauteria, inter vtilia ſpecifica antiepileptica hic refert remedia. Sceleſti, qui ſaepe fingunt hunc morbum, ludunt cum eo, et miſeri, qui hoc vere afficiuntur, eum quam maxime reformidant. Id quod Noſtro peculiaris videtur eſſe contradictio. Interim optat, vt hic morbus non amplius adeo deteſtabilis iudicetur, vti hactenus eſt factum, quoniam hic pudor maximopere auget morbum.

*) Nos in commemorato exemplo obſeruauimus irritationem valde pungentem, vti aegra referebat, in dextro brachio, quam irritationem ſemper ſequebatur ſerius ocyuſue paroxyſmus. Et hoc brachium quoque erat debilius ſiniſtro, ſi ſana erat aegra, quae hoc clare notabat in oneribus portandis et variis rebus muliebribus tractandis.

XVIII.

XVIII.

CAELII AVRELIANI Siccenſis, Afri acutorum morborum libri tres, et chronicorum morborum libri quinque. Edidit, recenſuit, praefatus eſt ALBERTVS V. HALLER. Indicem emendauit ac multum auxit *P. R. Vicat M. D.* Soc. Reg. Goetting. Sodal. Tomus I et II. Lauſannae apud Iul. Henricum Pott et Soc. 1774. 8. Alphab. 2. pl. 6 ½.

Satis conſtat, opinamur, ſtudio Ill. HALLERI, qui dudum aliis ſcriptis permultis et longe praeſtantiſſimis aeternitatem nominis ſibi peperit, Principes Medicos, quos olim STEPHANVS edidit, typis repeti eſſe coeptos.

Cum autem horum omnium ob ſpatii anguſtiam mentio a nobis fieri nequeat, vltimum, qui nunc prodiit, CAELIVM AVRELIANVM indicemus, cuius quamquam genus dicendi ſoloeciſmorum barbariſmorumque turba horret, et lectori paulo delicatiori praeſertim ſi a lectione CELSI elegantiſſimi ad illum auctorem cognoſcendum acceſſerit, facile taedium mouere poteſt: tamen ob rerum praeſtantiam, quae ibi traduntur, ob morborum nonnullorum accuratam et diligentem deſcriptionem, ob praeceptorum remediorumque vtilitatem, atque loca ſententiasque aliorum antiquitatis medicorum ſubinde laudatas, quorum libri ad noſtram vſque aetatem non peruenerunt, CAELII noſtri lectionem non modo Medicis veris, qui quidem vltra certas quasdam medendi formulas et compendiorum vulgarium pompam ſapere audent, ſed et Grammaticis vtiliſſimam eſſe cenſemus, ſi qui veteres Medicos recte cognoſcere,

aut

aut loca obſcuriora, et corrupta illuſtrare emendareque probabiliter velint. Nam, vt exemplo vtamur, CAELIVS ſaepe eosdem Auctores ſequitur, ex quibus CELSVM nonnulla hauſiſſe admodum eſt veroſimile. Verum ſi quis CAELIVM cum fructu, aut ſine damno legere cupit, duplici dote inprimis ornatus eſſe debet: primum vt ingenium bonis litteris ſubactum, iuſta linguae cognitione, et ſenſu boni pulchrique in hoc genere imbutum confirmatumque afferat, ne legendis barbariſmis, vti fit, ipſe barbarus, ineptus obſcurusque in cogitando, loquendo et ſcribendo fiat. Deinde niſi quis idonea linguae Graecae ſcientia ſit imbutus, et ſatis verſatus in legendis Graecorum medicorum ſcriptis; is non recte atque cum fructu legere Noſtrum propterea poterit, quod vbique fere Graeciſmi occurrunt, vbique vocabula ipſa Graeca, et ſubinde loca Graeca ad verbum Latine ſunt reddita, adeo vt a conſuetudine Latine loquentium abhorreant. Caeterum, vti iam monuimus, dignos CAELII libros omnes eſſe arbitramur, qui diligenter cognoſcantur. Praeclare igitur operaeque pretium feciſſe putamus Cel. HALLERVM, inprimis in tanta penuria, quae noſtro tempore eſt, medicorum, qui ad veteres ſuae profeſſionis Auctores illuſtrandos edendoſque animum adiicere audent, quod hunc librum paulo rariorem recudendum curauerit, cuius omnino editiones pauciores extant. Nam, vti ipſe Cel. HALLER in praefatione narrat, Chronicorum morborum libri primum ſunt editi per I. SICHARDVM Baſil. 1529. in Fol. a I. CORNARIO doctiſſimo Medico adiutum. Poſtea iidem apud *Aldum* cum aliis medicorum veterum libris prodierunt 1547. in eadem foliorum forma. Acutorum morborum vero libri tres primum typis ſunt excuſi Pariſiis 1530. in 8. Vtrumque opus poſtea repeti-

repetitum eſt ab HENR. STEPHANO in Collect. Med. Princ. 1567. in Fol. Eodem anno et 1569. CAELII libri omnes in forma octaua, quam dicunt, cura I. DALECHAMPII Lugduni prodierunt. Poſtea iterum illos recenſuit I. CONR. AMMANVS, et notulas adiecit THEOD. AB ALMELOVEEN, cum Lexico Caeliano, Amſtelodami 1709. Quae editio repetita eſt ibidem 1722. 1755. et Venetiis 1757. in 4. Illa Ammaniana igitur editio per Cel. HALLERVM hic eſt recuſa; verum hac nouitatis ſpecie ornata, vt lexicon, ſeu potius index aliquot locis et verbis augeretur; tum Almelouenianis notulis paucae illae lectiones et coniecturae, ſed bonae, quae paſſim in libris REINESII Medici doctiſſimi extant, nude ac ſimpliciter adderentur: denique, quod primo loco erat dicendum, Ill. HALLERI Praefatio praeponeretur; quae cum praecipua huius Editionis ſit dos atque laus, paucis eſt explicanda. Duo inprimis hic ſunt tractata, de libri Auctore, et methodo medendi, quam ſequendam eſſe praecipit CAELIVS.

Ex ſententia Cel. HALLERI verus librorum AVRELIANI auctor habendus eſt SORANVS. (Quod ne male a rerum harum minus peritis intelligatur, explicatione aliqua opus eſſe videtur. Primum ne quis nomine SORANI, cum plures huius nominis fuerint olim, ſe decipi patiatur, tenendum eſt, hic non quaeſtionem eſſe de SORANO *Cilice*, cui nonnulli homines docti perperam illam *Iſagogen Medicam*, quae ipſa in *Aldi* Medicis antiquis edita extat, tribuunt; nec de SORANO *Epheſino*, quem vulgo *Vitae Hippocraticae* auctorem eſſe, et ſcripſiſſe dicunt de *Morbis Mulierum*, cuius libri fragmentum TVRNEBVM edidiſſe conſtat; nec de VAL. SORANO, Poeta Latino; ſed de SORANO *Epheſino* eo, qui ſeculo ſecundo vixit, et

primum

primum Alexandriae, poſtea Romae medicinam feciſſe fertur: quamquam Cel. HALLERO traditio illa de loco, vbi artem medicam profeſſus ſit, minus veroſimilis eſſe videtur; ſed cauſam addere Ei non placuit, cur illa opinio ſit repudianda. Deinde SORANVS librorum AVRELIANI auctor, haud dubie hoc ſenſu dicitur, quod AVRELIANVS ſua compilauerit ex Graeco SORANO, eaque transtulerit in Latinum; id quod dudum a viris harum rerum peritis eſt demonſtratum. Caeterum non debet exiſtimari CAELIVM omnia temere ex ſolo SORANO illo hauſiſſe. Nam vt alii compilatores, apud veteres, CELSVS,*) MACROBIVS, ISIDORVS, IOANNES SARISBERIENSIS etc. ex variis Auctoribus hauſerunt, et compilata ad certa capita redegerunt: ita Noſtrum aliorum quoque veſtigia ſequi, et ſua ipſius experimenta atque ſententias addere ſatis ex libro ipſo clarum fieri videtur.). SORANVS igitur ille vixit TRAIANI temporibus, vir magnae exiſtimationis. Id quod vel ex eo intelligitur, quod GALENVS, qui alioqui acerrimus Methodicorum Medicorum aduerſarius et inſectator fuit, nunquam non SORANVM, quamvis Methodicorum auctorem principem et clinica laude florentem, honorifice commemorat, et eius medicamenta commendat. De CAELIO autem noſtro nihil quicquam reperitur apud veteres, quod ad vitam eius pertinet: ex inſcriptione ſola libri patet, eum fuiſſe Afrum, Sicca Veneria, Numidiae oppido, oriundum. Caeterum ex libro ipſo apparet, fuiſſe hominem acrem acerbumque veterum refutatorem, vt ne magni HIPPOCRATIS quidem famae pepercerit, alioſque Methodicos, in his THEMISONEM atque ASCLEPIADEM, vbique et acriter perſtrinxiſſe.

Methodus

*) V. ESCHENBACHII Schediaſma de CELSO non Medico practico Lipſ. 1772. 4.

Methodus ipſa CAELII huc redit, vt omnes morbos vel ad *Strictum* vel *Laxum*, vel ad *genus* referat, quod ex Stricto et Laxo ſit compoſitum: non tam cauſas remotas, quas dicunt, in morbis tractandis eſſe ſpectandas, quam proximas: ſingula, quae Cel. HALLER ſubtiliter exponit, cum hic in compendium redigi non poſſint, praetermittere cogimur: ſed digna ſunt quae legantur. Praeſertim cum Cel. HALLERVS CAELII methodum vbique fere GALENI rationi praeferendam eſſe cenſeat.

XIX.

Supplementa in IO. Z. PLATNERI Inſtitutiones Chirurgiae, auctore ERNESTO PLATNERO I. Z. F. Pars I. Lipſiae impenſis I. G. Dyckii 1773. 8. 1 Alph. 9 pl. Tab. aen. 6.

In praefatione huic primae parti Supplementorum praefixa Cl. Auctor medicae hiſtoriae diſcendae atque docendae praecepta quaedam tradit. Recte ſcilicet monet in hiſtoria litteraria medicinae, qualis ea vulgo traditur, non hiſtoriam ingenii et experientiae medicorum reperiri, ſed librorum tantum titulos et de vitis medicorum ea enarrari, quae pauci nonnunquam momenti ſint, nec ad explicandam veram eorum ſententiam, aliquid conferant. Veterum in primis placita abſurde explicari conqueritur, idque probat parenchymatis exemplo, qua ratione illud a plerisque ſcriptoribus explicatur, cum tamen veterum de eo notio HALLERI opinioni, de telae celluloſae in formatione corporis humani praeſtantia, anſam forte dederit. Seiungere deinde Cl. Auctor a medicina iubet varias diſciplinas, quae magis ad phyſicam pertinentes,

vulgo tamen ad medicinam referuntur, vt botanicam, chemiam cet. Neque hiſtoria medicinae vniuerſae vnius tantum ſtudio conſcribenda eſt, cum diuerſae eius partes diuerſos ingenii et imaginationis dotes exigant. Hoc tamen de anatome minus, quam de ceteris medicae hiſtoriae partibus valet, quae in placitorum, controuerſiarum cet. varietate verſantur. Cum enim in vniuerſum, quod ſedulo Noſter vrget, in hiſtoria medica idearum notionumque potius viciſſitudines, quam hominum vitae enarrari debeant, doctrinae ſumma praeſtantia ingeniumque ſcientiae, de qua ſcribit, accommodatum, in eo eſſe debet, qui eiusmodi hiſtoriam tradit. Neque hiſtoria litteraria ad hiſtoriae ciuilis exemplum ita effingi debet, vt ordine chronologico viciſſitudines enarrentur, ſed idearum humanarum mutationes et ingeniorum exempla ſpectanda potius ſunt. Scilicet in eo elaborandum eſt, vt medici eius opera cogitatione ſubtiliores, experientia locupletiores et ad conſilium capiendum prudentiores fiant.

Iam quod ad ipſum Cl. huius Supplementorum Auctoris conſilium attinet, ad quod illum inſitus erga haec doctrinae medicae partem amor et ſumma erga Patrem optimum pietas inuitauit, illud maxima laude dignum eſſe omnes profecto conſentient. I. Z. PLATNERI chirurgia enim licet etiamnunc, viginti quinque a prima eius publicatione annis praeterlapſis, inter ſcripta huius generis principatum fere teneat, neminem tamen fugit ab illo tempore chirurgiam plurimis in locis fuiſſe immutatam et locupletatam. Cl. vero Auctor in his ſupplementis, quae non annotationes textui ſubiectas, ſed commentarios et libellos ſingulares ſiſtunt, in recentioribus quibusdam curationibus enarrandis

minime

minime ſe continuit, quod HOVTTVYNIVS in ſuis annotationibus Belgicae verſioni Chirurgiae Platnerianae additis fecit, ſed tum Pathologiam recentiorem explicauit, tum obſeruationes praecipuas commemorauit, quibus pathologia et curatio chirurgicorum morborum recentior illuſtraretur, multa etiam adiecit ad veterum medendi rationem pertinentia. Tribus vero faſciculis totum opus abſoluturum ſe eſſe ſperat. Eorum primus ſex ſupplementa continet, quorum primum de inflammatione et ſuppuratione agit, ſecundum ad vulnera, tertium ad aneuryſma ſpurium, quartum ad gangraenam, quintum tandem et ſextum ad amputationem pertinet. In ſecundo faſciculo, qui proxime prodibit, cancri, vulnerum capitis, trepanationis et variae oculariae chirurgiae, nec non lithotomiae hiſtoria: in tertio vero herniarum, ani fiſtulae et ceterorum praecipuorum morborum pathologia et curatio illuſtrabitur.

Vt vero ad ſingula ſupplementa accedamus, quo Lectores noſtri, quid potiſſimum Cl. Auctor ſummo ſtudio et doctrina praeſtiterit, iudicare queant, praecipua, quae ibidem tractantur, indicaſſe tantum ſufficiet, cum nemo certe eorum, qui Paternae chirurgiae praeſtantiam noſcunt, ſunt vero eorum plurimi, Filii ſupplementis facile carere poſſit.

Diſputatur itaque in primo ſupplemento, quod p. 1.
de inflammatione et ſuppuratione inſcribitur, de ſede inflammationis eiusque cauſis, de inflammatione venoſa, et de cruſta, ſic dicta inflammatoria atque origine puris: vt itaque totum hoc ſupplementum ad pathologiam potiſſimum inflammationis et ſuppurationis pertineat. HALLERI de p. 6.
ſede inflammationis in tela celluloſa ſententiam ita Cl. Auctor accipiendam eſſe putat, vt ſanguis

ineunte inflammatione in minimis arteriis quieſcat, ea vero ſubſiſtente ſtatim in cellulas diffundatur.
p. 7. Veteres iam inflammationem in tela celluloſa collocaſſe, ex GALENO, ORIBASIO cet. probat, vt alios ſuperiorum ſeculorum ſcriptores taceamus. Hac occaſione Cl. Auctor quoque monet, veteres ſub *parenchymate vaſis interiecto* telam celluloſam intellexiſſe. Cl. BORDEV deinde ſententia de inflammationis origine et ſede examinatur. Inflammationem non ab obſtructione oriri,
p. 16. ſed ſtimulo concitari fuſius probat. Oſcillationem vaſorum minimorum, quae a cordis vi libera propriis viribus ſanguinem moueant, et quam plurimi Stahliani et GORTERVS inprimis ac WHYTTIVS aſſumunt, a ſano et tranquillo animali Cl. PLATNERVS abeſſe contendit. Accidit vero ea praeter naturam et ad inflammationem efficiendam
p. 20. ideo multum conferre poteſt. Tumor partis inflammatae a ſanguinis potiſſimum inteſtino motu ſeu fermentatione aliqua, qua aër expanditur, et
p. 27. laxitate partium oritur. Venoſam inflammationem omnino oriri poſſe, et obſtructiones ac inflammationes arteriarum, quas ſibi plerique videantur oculis cernere, in venis vel ſaepiſſime reſidere, Cl. PLATNERVS probat.

p. 29. De cruſta inflammatoria fuſius Cl. Auctor diſputat, eamque non a calore, ſed a cruditate potius ſanguinis fieri, cum et in chronicis ſaepius morbis
p. 35. obſeruetur, aſſerit. Pus porro non in ipſo tumore confici, ſed in ſanguine contineri et inflammationis ſtimulo ad locum affectum allici, contendit. Symptomata quoque, quae vulgo reſorptioni puris adſcribuntur, potius a pure in ſanguine retento oriuntur. Eius materiam cruſtam inflammatoriam eſſe putat, quae pro circumfluente pure haberi poteſt. Sine inflammatione quoque

pus

pus oriri poſſe, contra GRASHUYSIUM alios-que monet.

In ſecundo ſupplemento, quod ad vulnera pertinet, primum de recentiorum, inprimis Cl. FABRE ſententia exponit, qui organicam reſtaurationem partium non contingere contendunt. Thrombo arteriam diſciſſam claudi aneuryſmatis potiſſimum exemplo Noſter probat. In eo vero efficiendo retractioni carnium et vaſorum et intumeſcentiae telae celluloſae circumpoſitae, multum tribuit. Ipſum ſanguinem in aneuryſmate effuſum ad arteriae vulnus modica manuum compreſſione adducere iubet, quo ille in vulnus repulſus atque in eius hiatu, quod parum fluidus eſt, haerens egreſſum ſanguinis in vaſe contenti cohibeat. Recte miratur Noſter lycoperdon a Patre inter remedia contra ſanguinis profuſionem commendata non reperiri. Agarico nullam facultatem ineſſe putat, qua cetera fungorum genera deſtituantur, neque ei conſtringendi vim ineſſe, ſed illum ſpongioſa tantum ſua fabrica ad haemorrhagias ſiſtendas valere, contendit. p. 53. p. 73.

In tertio ſupplemento plura ad pathologiam aneuryſmatis ſpurii Cl. PLATNERUS collegit, ex FOUBERTI inprimis et HUNTERI obſeruationibus. PETITI acum et LAMBERTI ſuturam recte reiicit. Deinde varias machinas, quas recentiores ad comprimendum aneuryſma excogitarunt, deſcribit: vt inſtrumenti a SENFIO olim propoſiti emendationem, nec non inſtrumenta Cl. VALLANT, FOUBERT, ACRELL et ARNAUD, quod vltimum reliquis praefert. Varios deinde modos deſcribit, quibus ligatura arteriae in aneuryſmatis curatione fit. Neruum in vinctura comprehendi poſſe monet. Agarici vſum ligaturae in hoc morbo p. 83. p. 92.

 praefert,

praefert, cum eo adhibito, arteria, vt Noſter putat, non plane comprimatur.

p. 100. Gangraena non inflammationis effectus eſt, neque inflammatio praecedens pro vnica et praecipua cauſſa eius haberi poteſt. Vt plurimum ex interna cauſſa naſcitur propter neruorum et cerebri ſtuporem, ſtuporem fibrarum contuſarum et humorum malignitatem nimiamque partium ignearum commotionem. Hinc curatio quoque vel maxime a remediis internis petenda eſt, cum antiſeptica externa parum valeant. Gangraena ſicca non ſemper chronica eſt, ſed etiam inflammationibus et putridis febribus ſuperuenit. Nonnunquam gangraena critica et ſalutaris eſt, qualis ad nates ſaepius et dorſi carnes in acutis morbis oritur, neque cum eo genere commiſcenda eſt, quod fit a diuturno decubitu. Medicamenta et ſcalpelli inciſiones in hoc genere aliena eſſe videntur. In vniuerſum monet, ſcarifationes in gangraena vtilitate non deſtitui, eas tamen non nimis profundas eſſe debere.

p. 115. De corticis deinde Peruuiani vſu in gangraena Noſter exponit. In ſicca quoque gangraena adhiberi poteſt, cum in ea haud raro vaſorum laxitas adſit, eaque ſaepe a humorum malignitate oriatur. Non itaque a humiditate et ſiccitate gangraenae, ſed a laxitate vel anguſtia et fortitudine vaſorum certa de recto vſu corticis lex eſt petenda. Alia amara vegetabilia cortici in hoc morbo ſubſtitui poſſe Noſter dubitat. Ab externo corticis Peruuiani in gangraena vſu parum ſperat.

p. 123. Ampliſſima eſt tractatio, quae ad amputationem pertinet. In ea primum monet poſt Parentis aetatem chirurgiam in praecidendis membris mitiorem factam eſſe, licet nondum vel BIL-

GVERI

GVERI Cl. argumentis euictum ſit, hanc operationem plane de chirurgia proſcribendam eſſe. Vulnus poſt amputationem periculoſiſſimum et grauiſſimo vulneri colliſo interdum periculoſius eſſe, Cl. Auctor putat. Periculi cauſſam in ſanguinis potiſſimum copia ponit, quae poſt amputationem ad truncum congeritur, cuiusque pars in vaſa vicina repulſa calorem et febrem, vel in ipſo trunco ſtagnans abſceſſus, gangraenam cet. producit. Accedit compreſſio membri per faſcias, quae liberum ſanguinis circulum, quo ademto bona curatio ſperari nequit, et ſuppurationem magis adhuc impedit. In colliſo contra membro vaſa magis libera ſunt et maior auxiliorum locus eſt. Vel ſaniſſimos deinde magno periculo expoſitos eſſe, ſi iis colliſum membrum recidatur, experientia docet. Interim tamen BILGVERI ſententiam de inutilitate amputationis non de omnibus valere, variis argumentis confirmat et praecipuas cauſſas et ſymptomata, quae amputationem exigunt, fuſius explicat. Fatendum tamen eſt in omni hac controuerſia vniverſales regulas vix dari poſſe, ſed in ſingulis caſibus peculiari diſquiſitione et diiudicatione opus eſſe. Vim globulorum membrum ipſum non at- p. 166. tingentium, quae ab aeris exploſi potentia pendet, contra Cl. LE VACHER defendit.

Quod ad locum ad inciſionem in amputatione p. 172. deligendum attinet, monet os, propter rimarum vel fragmentorum metum, ſupra locum perfractum non neceſſario recidi debere. Recentiorum opinioni accedit, qui crus ad malleolos ſine incommodo amputari poſſe putant. In ferrae ap- p. 181. plicatione fulcrum a Cl. BERTRANDI propoſitum commendat. De reliquo melius eſſe arbitratur inter duo vincula carnes incidere. Licet

 itera-

iteratae ſectioni a Cl. LOUIS commendatae faveat, vix tamen ea oſſis eminentiam et protruſionem impediri poſſe ſperat. Alia monita lectu di-
p. 197. gniſſima omittimus. Agit deinde de modo, quo veteres arterias compreſſerint, et cum faſcia tortilis plura incommoda habeat atque inprimis retractionem carnis poſt amputationem impediat, eorum opinioni accedit, qui digiti preſſum interdum
p. 198. ſufficere credunt. Torcular, cuius inuentio vulgo PETITO vel MORELLO tribuitur, antea iam a SCVLTETO depictum eſſe probat: arteriae quoque ligatura non ad PAREI inuenta pertinet, cum eam veteres iam commendauerint. Reſti-
p. 210. tuiſſe tamen PAREVM illam negari non poteſt. *Forceps* elatere inſtructus (*valet à patin*), quo in arteriarum deligatione nonnulli vtuntur, iam a GUILLEMEAU delineatus eſt. Omittimus, quae Auctor Cl. de variis ligaturae modis et cautionibus in ea ob-
p. 216. ſeruandis habet. Minus recte facit Cl. POUTEAU, qui carnem et cutem ſtatim poſt operationem non detrahendas et circa truncum continendas eſſe putat. Suturae cruciatae hiſtoriam Noſter deinde enarrat, et de faſciis trunco applicandis, ſitu eius, ratione, qua oſſis eminentia euitari poſſit etc. fuſius exponit.
p. 225. Tranſit porro ad eam amputationis methodum, in qua carnis ſegmentum relinquitur (*à lambeau*), cuius inuentionem non ad CELSVM et GALENVM, vt nonnulli faciunt, referri poſſe oſtendit, omnemque huius operationis hiſtoriam fuſius explicat. In vniuerſum tamen huic operationi parum fauet eamque vt crudelem reiicit.

p. 240. Sexto, quod de exſcindendis articulis inſcribitur, ſupplemento, primum de humeri exciſione diſputat, quam non H. FR. LE DRAN, ſed FR. SALV. MORANDI, Pater primum tentauit. Varias

opera-

operationis methodos enarrat, BROMFIELDIIque methodum in epitome ſupplementis addita deſcribit. Sequitur hiſtoria eorum, quae a variis circa femoris in articulo exſtirpationem propoſita fuerunt, neque omnem ſpem abiicit, chirurgiam hanc felici euentu tentari quandoque poſſe. RAVATONI methodus huius exciſionis nullo modo admitti poteſt. Crus quoque et brachium nonnulli vt BRASDOR et MOUBLET, de articulo exſcindi iuſſerunt, quorum tamen opinioni Noſter non fauet et veterum loca, a MOUBLETO addita, ab eo non intellecta fuiſſe probat. Contra hoc in manu commode fieri poteſt, ſi modo cutis ratio habeatur. Digitorum vero phalangas non ex articulo excidit, ſed veterum morem ſecutus, mallei potius ictu ſeparat, cum contuſionis et fragmentorum metus inanis ſit.

p. 252.
p. 262.
p. 271.

In tabulis aeneis adiectis variae machinae a recentioribus excogitatae, v. c. inſtrumentum Cl. ARNAVD ad aneuryſmatis curationem, delineantur, nec non DAHLII et BROMFIELDII methodus amputationis in articulo humeri cum ſcapula iconibus explicantur. Ex quibus aliisque, quae ſupra adduximus, ſatis patere arbitramur, Cl. Auctorem multa non ſolum ex veterum recentiorumque ſcriptis apte ac diligenter collegiſſe, ſed in hac re quoque ita verſatum eſſe, vt ſtudium non modo eius, ſed et ingenii ac iudicii vis, quae in eo maxima deprehenditur, ſatis exinde demonſtretur. Optamus ſerio, vt volumina reliqua publicare pergat, quo abſolutis his ſupplementis paternum librum cum ſuo coniungere et quae nunc diſperſa ac diſcreta ſunt, in vnum ac cohaerens opus colligere poſſit. Hac enim ratione chirurgi inprimis in facienda ſua arte hoc libro eo melius vti poſſe exiſtimamus, qui

 niſi

niſi praecepta chirurgicae artis, recentiorum inuentis locupletata et emendata vno et ſyſtematico ordine collecta legant, vix ex eius lectione tantum capere poterunt fructum, quantus alias ex illa in eos redundaret.

XX.

Synopſis noſologiae methodicae in vſum ſtudioſorum. Editio altera, in quarta parte emendata et adiectis morborum ſpeciebus aucta. a GVILIELMO CVLLEN M. D. et in Acad. Edinb. Prof. Lugd. Bat. apud Petrum van der Eyk. 1772. 8. mai. pag. 346.

Prima huius libri editione, quae Edinburgi a. 1769 prodiit a nobis tunc omiſſa, alteram quae longe auctior eſt nunc indicemus. Continet vero haec ſynopſis primo SAVVAGESII methodum morborum, ex cuius opere genera tantum Cl. CVLLEN excerpſit, omiſſis ſpeciebus et ſynonymis. Hanc ſequuntur LINNAEI et VOGELII genera
p. 177. morborum, tandemque noua morborum diſpoſitio methodica, quae ipſum Cl. CVLLEN auctorem habet. Cum ea Cl. MACBRIDE quoque in plurimis vſus ſit, cuius methodum alio loco recenſuimus *) ampliorem enarrationem vix neceſſariam eſſe putamus. Vnicum monuiſſe ſufficiat Cl. CVLLEN ſynonyma recentiorum et ſpecies generum adieciſſe, in quibus ſaepe Cl. SAVVAGESII opere vſus eſt, cuius vero ſpecies in meliorem ordinem redegit. Plura tamen omiſit, alia vero noua vel emendata adiecit. In morbis localibus, inprimis vero

*) v. comm. noſtr. Vol. hoc p. 430.

vero in ſpeciebus eorum perfunctorie magis, diligentius in morbis vniuerſalibus deſcribendis verſatus eſt.

In Lugdunenſi hac editione, quae ad nos peruenit, pauca quoque addita ſunt, a Cl. Auctore ipſo ſuppeditata, quae in Edinburgenſi archetypo deſiderantur. Hemitritaeas omnes forte ad remit- p. 187.
tentes pertinere ſuſpicatur. Cum morbus Hungaricus ſaepe etiam ex genere continuarum fuerit, eum etiam ſub hoc genere repetit. Typhus plurium ſpecierum Cl. CVLLEN eſſe videtur, quarum vna petechialis eſt. Monet quoque inter typhum et ſynochum limites vix accurate poni poſſe. *Cynanche thymica* SAVVAGESII raro inflammatoria eſt. Iſchuriae ſpecies nec non aſthmatis et dyſpnoeae, cum cauſſae inſigniter differant, diligentius inprimis a Cl. Auctore enarrantur.

XXI.

WILLIAM ALEXANDERS *der Arzneykunſt Doctors, Mediciniſche Verſuche und Erfahrungen. Aus dem Engliſchen überſetzt. Leipzig, bey Caſp. Fritſch.* 1773. 8. 1 Alph. 1 pl.

i. e.

GVILIELMI ALEXANDRI M. D. Tentamina et Experimenta medica. Ex anglico ſermone in Germanicam linguam translata.

Germanicam verſionem ideo indicamus, quoniam prior libellorum in ea contentorum licet Anglico ſermone conſcriptus non ad noſtros manus peruenerit, ſumma tamen attentione dignus ſit. In vniuerſum quoque practicae cautelae, quas ex experimentis in vtroque libello enarratis Cl. Auctor

Auctor proponit, cum receptis vulgo opinionibus in pluribus contrariae ſint, omnino merentur, vt vlterioribus experimentis veritas priorum experimentorum et quatenus ea ad corpus humanum viuum applicari queant, demonſtretur.

Duo vero opuſcula Cl. ALEXANDRI germanica verſio continet. Primum eorum illud eſt, quod ſub titulo *Experimental Eſſays* Edinburgi 1768 prodiit, et in quo Cl. Auctor de externo vſu antiſepticorum, et tincturae cantharidum, nec non de camphorae, caſtorei, diureticorum, diaphoreticorum cet. vi, experimenta ſua enarrauit. Alterum quod de cauſſis putridorum morborum agit Londini a. 1771. publicauit *).

p. 1. Primus commentarius de externo vſu antiſepticorum remediorum in morbis putridis agit. Putat Cl. Auctor ſanationem putridorum morborum omnino multum promoueri poſſe, ſi externe quoque remedia antiſeptica adhibeantur. Probat hoc experimentis, quae oſtendunt, remedia haec cutem penetrare, et ſanguini omnino admiſceri. Cum vero ex Cl. PRINGLE tentaminibus omnino pateat, antiſeptica carni putridae applicata, putredinem efficaciter impedire, debilitasque et irritabilitas ventriculi, quae in morbis putridis ſumma eſt, ſaepe internum vſum antiſepticorum impediat, omnino corticis Peruuiani et nitri vſum in balneis in eiusmodi morbis commendat. Nitrum in ſanguinem per balneum receptum cum vrina iterum e corpore exit: vrina quoque poſt vſum balnei e decocto corticis

*) An experimental enquiry concerning the cauſes, which haue generally been ſaid to produce putrid diſeaſes. By *W. Alexander* M. D. London printed for Becket and the Hondt 1771. 8. p. 254.

corticis Peruuiani euacuata antiſepticam vim oſtendit. Balnea ex decocto corticis parata febres intermittentes tollere experimentis confirmat. Calor balnei non nocebit. Calorem aëris putredinis cauſam eſſe, vel in morbis putridis inſignem calorem adeſſe, refellit. In vniuerſum calor animalis non a calore atmoſphaerae ſemper pendet, neque vllus fere caloris gradus putredinem, corpori viuo applicatus, in eo producere poteſt, ſi modo illud non in aëre incluſo, ſed in libero verſetur. Aër inprimis exſpiratione e pulmonibus prodiens putredinem inſigniter promouet. Contra Cl. Auctor commendat, vt vapores antiſeptici in morbis putridis inhalatione ad pulmonem aegri applicentur. p. 30. p. 39.

In ſecundo commentario de doſibus et virtute variorum remediorum Cl. Auctor diſſerit. *Caſtoreum* calorem non augere vel maxima doſi aſſumptum, atque paruam vel nullam vim antiſpasmodicam exſerere: *crocum* quoque inertem fere eſſe, pulſuum numerum non maiorem reddere, nec in ſanguinem tranſire, experimentis in proprio corpore inſtitutis Cl. Auctor cognouit. Nitri vim refrigerantem experimentis ſuis confirmat. Cum illud ventriculum vehementer irritet, venenatam quaſi vim, ſi magna doſi adhibeatur, oſtendit, quod Cl. Auctor exemplo ſymptomatum in femina ex vſu manipuli huius ſalis, ortorum probat. Solutio eius recens praeparata maiorem vim refrigerantem oſtendit, longe minorem vero ea, quae iam per aliquod tempus ſeruata eſt. In inflammatione vrethrae venerea parum a nitri vſu expectat, cum acres nitri particulae cum vrina excretae, dolorem a laeſa vrethra prouenientem, neceſſario augere debeant. p. 59. p. 73. p. 80.

Camphorae vires narcoticas Cl. Auctor in ſe ipſo expertus eſt, cum largam eius doſin aſſumeret, vti experimenti huius hiſtoria alio loco iam enarrata p. 96.

probat

probat *). Calefacientem ei vim, vt opio, tribuit. Ad viginti grana aſſumi poteſt.

p. 112. Tertio commentario Cl. Auctor de diureticis et diaphoreticis remediis exponit. Tabulam Noſter exhibet, in qua vis diuretica, quam varia potus et remediorum genera in experimentis ſuis oſtenderunt, exhibetur. Diuretica a diaphoreticis non ſeparanda ſunt, cum eadem remedia ſub diuerſo regimine adhibita, mox vrinam, mox vero ſudorem moueant.

p. 121. Quod vero ad experimenta attinet, quae Cl. Auctor cum diaphoreticis remediis inſtituit, nemo negare poterit, ea ita comparata eſſe, vt doctrinam de ſudoris origine et diaphoreticorum vera natura maxime illuſtrent. Probant enim, calore maxime aucto, nullum ſudorem prodire, ſed moderatum eius gradum ad eam rem requiri. Hinc aqua frigida nonnunquam, ſi calor vehementer auctus ſit, optimum diaphoreticum eſt. Sudor fere ſemper debilitat: hinc actio eius cum actione venaeſectionis a Noſtro comparatur. Remedia diaphoretica ſicca paruam vel nullam vim ſudorem mouendi poſſident, licet calefaciant. Fomentorum tepidorum pedibus adhibitorum vſum in ſudore proliciendo variis experimentis Noſter probat.

p. 168. Addita ſunt quaedam de tincturae cantharidum externe adhibitae virtute experimenta, quae probant, in paralyſi frictiones cum ea in parte laeſa factas, egregii plane vſus eſſe. Eam quoque in pleuritide Noſter non ſine fructu adhibuit. Vſus vero eſt tinctura mere ſpirituoſa. Veſicantem quoque vim tinctura haec exhibet, ſi doſis cantharidum in ea aucta

*) vid. *Phil. Tranſact.* Vol. LVII. P. 1. p. 65. Comm. noſtr. Vol. XVI. p. 258.

auĉta ſit, vt itaque eius ope in aegris, qui emplaſtrorum vſum abhorrent, veſicae prolici queant.

Iam ad alterum libellum tranſimus, in quo Cl. ALEXANDER de cauſſis exponit, quibus vulgo morbi putridi adſcribuntur. Enarrat primum varias opiniones Auĉtorum de cauſſis putredinis in corpore animali. Deinde de caloris vi ſeptica diſputat et oſtendit putredinem ex ſolo calore non oriri, niſi aliae cauſſae accedant. Ad eas pertinet inprimis humiditas, ſine qua nulla vera putredo oriri poteſt. Animalium cadauera exhalationibus ſuis in regionibus temperatis vix putridos excitabunt morbos. Sudor et materia perſpirabilis pulmonum ſeptica ſunt. Excrementa vero et vrinam non putredinem promouere, ſed potius imminuere et inter antiſeptica referenda eſſe, experimentis ſuis Noſter cognouit. Idem de vegetabilibus putreſcentibus eorumque exhalationibus valet. Exhalationes animales corpus quidem debilitare et ad morbos contagioſos diſponere poſſunt, minime tamen cauſſis putredinis annumerari debent. Exhalationes aquarum ſtagnantium putridae, in quibus animales et vegetabiles partes putreſcentes reperiuntur, et quibus omnes fere Auĉtores vim putridos excitandi morbos adſcribunt, ex Noſtri Auĉtoris opinione id non praeſtant. Interim tamen concedit humiditatem, atmoſphaerae, per hanc exhalationem produĉtam perſpirationem minuere et corpus ad eiusmodi morbos diſponere poſſe. p. 185.

Putredinem non ab inſeĉtis oriri fuſius probat. Deinde contra Cl. MACBRIDE diſputat, qui abſentiam et exitum aëris fixi in corporibus contenti ſolutionis et putredinis cauſſam eſſe, illumque aërem cohaeſionem corporum efficere putauit. Concedit quidem Cl. Auĉtor in putredine aërem fixum exire, hoc tamen, non vt cauſſam, ſed vt effeĉtum, p. 246.

ſeu

ſeu comitem putredinis conſiderat. Cibi corrupti, inprimis in aſſuetis, non ſemper putridos excitare ſolent morbos. Caro ſale condita, quam vulgo inter ſcorbuti cauſſas referunt, antiſepticam magis vim poſſidet. Terrae motus, quos etiam putridos morbos efficere putant, non exhalationibus eo tempore e terra prodeuntibus, ſed metu et terrore inde excitato nocent. Singularem atmoſphaerae corruptionem peſtis cauſſam eſſe negat, quae ſemper contagio propagatur.

p. 351. Tandem de cauſſis Cl. Auctor exponit, quae efficiant, vt corpora animalium natura ſua ad putredinem tam procliuia, tamen a putredine libera maneant. Inter has primum motus eſt, quo in omni natura putrida fermentatio, quae ſemper quietem requirit, praecauetur. Plurimum quoque alimenta ex vegetabili regno petita conferunt. Motus tamen nimium auctus putredinem producit. In corpore animali putredo oritur: 1) In parte aliqua, ſi circulus humorum in ea ligatura vel alio modo tollitur; 2) ſi valida inflammatio praeceſſerit, qua etiam vel vaſa plane obſtruuntur, vel humores in telam celluloſam effuſi ſtagnant et ita in vtroque caſu quiete corrumpuntur; 3) morbi putridi vniuerſales a contagio, vel a perſpiratione ſuppreſſa, vel motu humorum, aut nimis aucto, aut nimis imminuto et debilitate hac ratione producta oriuntur. Frigus putredinem excitat, motu humorum cohibito, qua re humores ſecernentes ad putredinem diſponuntur.

XXII.

Practical eſſays upon intermitting fevers, dropſies, diſeaſes of the liver the epilepſy the colc, dyſenteric fluxes and the operation of calomel. By DANIEL LYSONS M. D. Bath. Printed by S. Hazard in Cheap-Street and ſold by I. Wilkie in St. Paul's church-yard London; and by W. Frederick Bath. 1772. 8. mai. pagg. 213. praeter dedicationem, praefationem, contenta et formulas medicamentorum.

Summa huius libri, qui et Germanice *) prodiit, eo redit, vt Cl. LYSONS in cauſſas febrium intermittentium inquirat, et in methodum medendi, inprimisque radicem ſerpentariae Virginianae et corticem, calomelque hic laudet; dein hydropis cauſſas et medelam proponat, in eoque disquirat effectus calomelis, fontis mineralis Bathonienſis, purgantium, paracentheſeos, ſcarificationis, ſetaceorum et fonticulorum; item hepatis morbos vt conſideret eiusque infarctus et obſtructiones, inque iis vtilitatem fontis Bathonienſis perpendat et vlcera in iis contempletur; poſtea naturam et cauſſam epilepſiae vt euoluat, inque ea ligaturas membrorum laudet et trepanationem calomelque; porro vt agat de colica, dyſenteria et de calomele eiusque praeparatione, effectu in genere et in ſpecie, vtrum ſolummodo ad fluida, an quoque ſolida penetret. Finit hunc librum formularum quarundam collectio.

In

*) *Leipzig, bey Caſpar Fritſch.* 1774. 8.

p. 1. In vniuerſum febres, quae et in ſingulas corporis humani partes cadunt, deriuat Noſter ab impuro aere, cuius a diuerſitate pendent febrium differentiae. Inter exempla et ea inuenimus, quae Cl. LIND *) habet. Cortex Peruuianus et radix ſerpentariae Virginianae coniunctim in puluere ſ. electuario optimum praebet contra intermittentes remedium, quod et recidiuas earum arcere dicitur. Cl. FVLLER idem remedium laudat in epilepſia. Proportio Cl. LYSONS erat haec: corticis Peruuiani ℥j rad. ſerp. Virgin. ℥ß. M. F. Pulu. Doſis erat per bihorium ʒij ſ. dr. j. Vſus, primis viis purgatis, tempore intermiſſionis.

p. 32. Cl. LYSONS exhibet in pertinacibus quartanis, paroxysmo finito, purgans cum calomele et poſt eius effectum puluerem antifebrilem **) non multum ante dictum, atque ita febres eum ſanaſſe exemplis probat.

p. 104. Effectus purgantium fortiorum felices et infelices in hydropicis hic narrantur et exemplis confirmantur. Reſpiciendum enim eſt omnino ad ſedem hydropis. Sudores vidit Noſter aliquoties ſalutares in hydropicis. Suadet porro et calomel in hydrope et narrat bonos effectus ſine ſaliuatione, inter quos et diureſin notamus.

p. 138. Paracenteſin, ſcarificationes, ſetacea, fonticulos et veſicatoria in hydrope non arbitratur Noſter eſſe remedia praecipua, ſed modo iuuantia. Obſtructiones hepatis aliasque in abdomine, a quibus hydrops non raro proficiſcitur, diſcutit calomel. Praeterea et laudatur aqua Bathonienſis ***) in

*) v. comm. noſtr. dec. IIdae Suppl. III. p. 403.
**) v. ſupra p. 724.
***) v. comm. noſtr. decad. I. Suppl. I. p. 32. ſeqq. it. Vol. VIII. p. 226 ſeqq.

in morbis hepatis ſine inflammatione, quae pari modo in hepate oriri et in ſuppurationem abire poſſe narratur hic et exemplo aliisque *) comprobatur.

In epilepſia ligatura in externa parte, quam primum occupat, cum Cl. TISSOT **) laudatur. Exemplum commemorat epilepſiae, quae incipiebat in pede, indeque per reliquum corpus caput petebat. Pedem itaque faſcia tortili duplici ligabat circa genu pariter, vt in amputatione, et ille conuellebatur fortiter. Tum cum ſiniſter pes eandem ſenſationem habebat, et ille a Noſtro ligabatur. Conuulſiones autem manebant in pedibus et ligatura hac aliquoties praeterea continuata, ſimulac quid ſentiebat aegra, quae ſolo hoc remedio ab hoc malo liberata eſt. p. 153.

Hydatides in cerebro a Cl. MONRO aliisque repertae epilepſiam non raro cauſant. Taurus per trepanationem ita ab epilepſia liberabatur, vt hydatis trepanatione capitis inſtituta, euacuaretur. Signum a WEPFERO indicatum, quod hydatidem prodebat, erat pulſatio mallei in cauum locum. Hic media pars frontis primum disquiritur, quae hoc in caſu ſaepe mollis et interdum admodum tenuis eſt, dein attenditur, ad quodnam latus caput animalis vertitur tum, cum paroxysmus appareat, et inde optime ſedes hydatidis poteſt definiri. Hic morbus epilepticus ab hydatide cerebri armentis in Heluetia valde communis dicitur et a Noſtro ideo hic commemoratur, quod putat inde vtilitatem redundare poſſe ad homines, qui eandem ob cauſſam ſaepe epilepſiam patiuntur. p. 160.

 Calomele

*) v. comm. noſtr. Vol. XV. p. 36.
**) v. ib. Vol. hoc p. 702.

p. 177. Calomele vſus eſt Noſter cum ſucceſſu felici in colica et dyſenteria. In colica coniunxit cum cardiaco remedio, in dyſenteria cum opio. Porro notat Noſter mercurium dulcem in dyſenteria, vbi exulcerationes ſ. alias laeſiones inteſtinorum per draſtica cet. inducta, adſunt, nihil poſſe prodeſſe.

p. 195. Dum de praeparatione mercurii dulcis et vſu effectuque vario Noſter diſputat, e. gr. ſi non per ſaliuationem agit, per diureſin effectus ſuos prodit, affirmat Noſter cum recentioribus, illum quidem in fluida corporis non agere, minime tamen omnino et ſine dubio largitur, illum per ſtimulum in ſolida effectus ſuos edere. Reſoluere vero calomel ſanguinem experientia ſtabilit Cl. LYSONS.

XXIII.

Diſſertatio inauguralis medica de arenulis in lotio adparentibus, vt infallibili ſalutaris morborum euentus ſigno prognoſtico. Auctore IOSEPHO WENCESLAO TICHY. Prag. 1774. 8. c. fig. pagg. 106. praeter dedicationem, elenchum et iconum explicationem.

p. 30. Neminem ante b. MORGAGNIVM arenulas in lotio ſemiotice conſideraſſe, ſi excipias diagnoſin calculi affirmat Noſter, Cl. KLINKOSCHIO autem monente, ille hic has arenulas perueſtigat et morbos, in quibus certitudinem bonae prognoſeos dant, denominat. Praemiſſa varia harum arenularum indole, Cl. KLINKOSCHII obſeruationes commemorantur, qui docuit, *naturam harum arenularum eſſe ſalinam easque ipſum ſalem vrinae natiuum,*

natiuum, maiori vbertate euolutum cryſtalliſatumque, morbos vero e tribu putridorum omnesque alios morbos, quos febris putrida comitatur et albas pellucidas ſolum infallibiliter bona praeſagire: reliquas vero arenulas cuiuſcunque indolis ſint in vrina aegrotantium natas incertas eſſe ad prognoſticandum euentum.

Occaſionem hanc vrinam arenoſam contemplandi dabat epidemia febris putridae 1771. et 1772. graſſata, quae a nimia humiditate, annonaeque caritate inter pauperes potiſſimum oriebatur. Varia habebat quidem hic morbus ſymptomata, verum tamen ex iis, in quorum vrinis arenulae albae, ſplendentes, pertenues videbantur, nullus periit. p. 49.

Variis de ſale vrinae eſſentiali ex Auctoribus hic collectis, hae arenulae lotae aqua frigidiſſima et exſiccatae habebant ſaporem leuiſſime aut vix ſalſum, nec acidum, nec alcalicum. Figura earum oblonga in icone eſt addita. Igne fundebantur et in globulum vitreum confluebant, qui in aere denuo liqueſcebat. Spirabant vrinoſum volatile, nec patiebantur mutationem, tum ab acido, cum ab alcali. In aere ſicciſſimae perſiſtunt iam per duos annos. Solutio earum aquoſa, ferro immiſſo, turbabatur in lacteam opacitatem cet. p. 67.

Natura ſua ab eſſentiali ſale vrinae hae arenulae non differunt, et a reliquis vrinae concrementis e. gr. calculoſis facile poſſunt diſtingui per ea, quae paulo ante commemorauimus, experimenta. Hoc ſal habet principium acidum et alcalinum, et educitur euoluiturque continuo vi machinae animalis e corporis humoribus. Hic diſputat Noſter de euolutionis diuerſitate in ſa- p. 70.

nitate et morbis, item in coctione, in criſi, inque termino morbi et de vſu fructuque huius ſigni certi virium inſurgentium diagnoſtici et ſalutaris prognoſtici. Icones denique Noſter adiecit ſex, quibus partim has arenulas repraeſentat, partim alias e. gr. ſabuloſas et calculoſas.

XXIV.
Noua phyſico-medica.

Veſontionenſis ſcientiarum academia ad annum 1777. quaerit: *Quae cauſſae ſint et ſigna morbi, qui vineas in* Franche Comte *incipit aggredi, quae remedia eum arceant vel iuuent (Quelles ſont les cauſſes & les charactéres d'une maladie, qui commence à attaquer pluſiers vignobles de* Franche Comte, *les moyens de la prevenir ou de la guerir).*

Eadem academia ad annum eundem praeterea proponit: *(Si l'eſt poſſible d'établir des moulins à vent ou des moulins à bateaux dans les environs des Beſançon & quelle ſeroit la meilleure forme à leur donner, pris égard à l'impetuoſité des vents & à la lenteur de la riuiére). Si fieri poteſt, vt exſtruantur molae ad ventum vel ad naues in regione Veſontienſi et qua forma optima poſſint inſtrui, ſi reſpicias ad venti impetum et fluuii lentorem.*

Quid attendere oportet eos, qui his de rebus agere velint cum academia, ſupra *) indicauimus.

Academia ſcientiarum et artium *Vdinenſis* ad annum 1775 praemio, quod eſt moneta aurea duodecim numorum, praefigit quaeſtionem:

Quo-

*) vid. comm. noſtr. Vol. XVII. p. 716.

Quomodo ſolum pluuiae beneficae magis capax reddatur atque impediatur, quo minus earum abundantia noceat. (*Quels ſont les moyens de rendre les terres plus propres de recevoir les bienfaits des pluies & d' empecher, que celles ci ne nuiſſent lors qu' elles ſont trop abondantes*) Commentarii exſpectat Secretarius ante iulium dicti ſupra anni.

Collegium medicorum *Lugdunenſe* Gallicum ad annum 1776. differt quaeſtionem de herpetis ſpeciebus, cauſſis, differentiis etc. *). Duplex erit praemium **) et commentarii mittantur gratis ante primum ianuarii 1776. ad Mr. PESTALOZZI collegii decanum ad forum St. Petri.

Facultas medica *Pariſina* propoſuit nuper quaeſtionem de peſte, peculiari eius charactere, remediisque contra eam ***). Huius praemium reportauit Cl. NAVIER et Cl. à CHATONS SVR-MARNE accepit *l' acceſſit.*

Eadem ad annum 1766. quaerit: *eſtne in variolis declaratis remedium, quo infeſtum illarum virus infringatur?* (*La petite vérole étant declarée, exiſte-t-il un moyen d' enerver l' activité de ſon virus*). Leges, ſecundum quas elaborationes ſcribantur et communicentur, traditae ſunt loco iam laudato.

Cl. IOANNES FRIDERICVS GMELINVS Tubingae medicinae Profeſſor in Academia *Göttingenſi* Profeſſor philoſophiae ordinarius ac medicinae extraordinarius electus eſt.

Illuc etiam IODOCVS EBERHARD, Poliater Memmingenſis, Profeſſor medicinae extraordinarius

*) v. comm. noſtr. Vol. XIX. p. 159.
**) v. ib.
***) v. ib. Vol. XVIII. p. 720.

rius vocatus eſt, munus tamen hoc in ſe ſuſcipere recuſauit.

Excellentiſſimus IOANNES PHILIPPVS IVLIVS RVDOLPH medicinae profeſſor publicus Ordinarius in academia *Erlangenſi* dictus eſt.

Cl. CAROLVS IOSEPHVS OEHME, Medicinae doctor ſocietatis oeconomicae Lipſienſis *) membrum extraordinarium eſt electus: nec non ſocietatis naturae curioſorum Berolinenſis ſocius.

Cl. IOHANNES EHRENFRIED POHL **) academiae naturae curioſorum ſocius eſt nuncupatus.

Cl. IVSTVS GVILIELMVS GÜNZ Philoſophiae ac medicinae doctor ptochotrophei Waldheimenſis poſt mortem Cl. GREDING medicus eſt declaratus.

Londini die 12. nouembris 1774 celebris mathematicus PATRIK MURDOCH hanc vitam cum morte commutauit.

Ibidem die 25 nouembris eiusdem anni Cl. HENRICVS BAKER F. R. S. inter phyſicos potiſſimum clarus obiit.

Celebris Chirurgus CLAVDIVS POUTEAU hoc anno 1775. incipiente *Lugduni* moriebatur.

Cl. GEORGIVS LVDOVICVS ALEFELD medicinae et phyſices profeſſor publicus extraordinarius natus 1732, Gieſſae die 20 decembris 1774. phthiſi correptus deceſſit.

Die

*) v. comm. noſtr. Vol. XII. p. 159.
**) v. comm. noſtr. Vol. XIX. p. 551.

Die 28. nouembris 1774. e viuis diſceſſit in academia, quae *Lundini Gothorum* floret Cl. GVSTAVVS HARMENS medicinae Doctor, medicinae et philoſophiae experimentalis Profeſſor, per quadraginta et duos annos: qui et totidem ſcripſit diſſertationes, et Senior huius academiae erat, ſeptuageſimo ſexto aetatis anno. Vltimus ex HERMANNI BOERHAAVII diſcipulis in Suecia. Praeter diſſertationes ſcripſit et praelectiones de fertilitate terrae fundamentisque agriculturae.

Experientiſſimus IOANNES ERNESTVS GREDING ptochotrophei Waldheimenſis medicus et variis ſcriptis clarus *) die 27 februarii 1775. quinquageſimo et nono aetatis anno deſiit viuere.

Memoria IOANNIS BAPTISTAE MORGAGNI, Foroliuienſis in Patauino Gymnaſio primarii Anatomes Profeſſoris et Praeſidis, nec non inclytae Nationis Germanicae DD. Artiſtarum Protectoris.

Vt corpus humanum ob formae praeſtantiam, partiumque plane mirabilem ſtructuram et vſum corporibus aliis iisque maximis excellere exiſtimatur, atque homo adeo dudum appellari coepit *μικροκοσμος*: ita inſpectio cognitióque illius corporis procul abeſt, vt Philoſopho ſit indigna, vt honorificentiſſima potius ei iudicetur, atque haec Philoſophiae pars, quae in illo *μικροκοσμω* contemplando verſatur, caeteris excellere dominarique

videatur.

*) v. Aduerſaria med. pract. Vol. I. II. III. comm. noſtr. Vol. XVII. p. 488. Vol. XIX. p. 103. Vol. XX. p. 681.

videatur. Etenim ſi recte ſummae turpitudinis negligentiaeque putatur ſupinae, ſua negligere et ignorare bona, atque in ſuis aedibus quaſi hoſpitem eſſe; certe corporis humani vim et naturam ignorare; non minoris habendum eſt turpitudinis eſſe, praeſertim cum illius idonea notitia haut mediocrem habeat vtilitatem. Quomodo enim fieri poteſt, vt tuto rectam valetudinem conſerues ac tuearis, aut amiſſam labefactatamque reficias et reſtaures, niſi ſingularum partium internarum ſedem, ſitum, naturam, vſum munuſque teneas, ſedemque morbi, ſi quis ortus fuerit, noris? Quapropter ſummopere laudari debet ſtudium Anatomicorum, qui penitus hanc hominis affabre factam machinam perſcrutari, indagareque ſuſtinent; praeſertim cum res illa per ſe ſatis honeſta, praeſtans, et vtilis, non ſine multo labore, taedio ſaepiſſime, et interdum non ſine valetudinis vitaeque diſcrimine ſuſcipiatur. In hoc genere quamquam omni fere tempore et apud omnes cultas nationes extiterunt viri induſtrii, qui elaborandum ſibi diligentius ducerent: inprimis tamen Itali nonnulli praecipuam quandam laudem gloriamque hic ſunt conſecuti. Quis enim eſt, quem fugiant nomina EVSTACHII, LANCISII, VESALII, FALLOPII, SPIGELII, BLANCI, ALBERTINI, VALSALVAE, aliorumque?

Sed in his ob diligentiae laudem, inuentorumque multitudinem et praeſtantiam aliasque virtutes, opinamur, fere principatum obtinet IO. BAPT. MORGAGNVS, qui nuper die 5. Dec. 1771. diem obiit ſupremum. Igitur hic de Viri vita, ſcriptis atque inuentis nonnulla commemorare breuiter non alienum a noſtro inſtituto eſſe videtur.

Eſt vrbs Forum Liuii, dicta barbare Forli, in ea parte Status eccleſiaſtici ſita, quam Romaniolam dicunt, non modo vetuſtatis gloria inſignis, ſed et virorum doctiſſimorum, vt GALLI Poetae, BLONDI Hiſtorici, GVIDONIS BONATTI, RAINERI ARSENDI, aliorumque multorum, quos MORGAGNVS ipſe recenſet in Epiſtola eruditiſſima ad Senatum Foroliuienſem, fama et virtute, qui illa patria ſunt vſi, admodum apud Italos celebris. In hac noſter IOANNES BAPTISTA, die 25. febr. anno ſeculi proximi octogeſimo altero, ex gente haut obſcura Morgagnia originem duxit; quippe cuius abauus AVGVSTVS MORGAGNVS iam a LEONE huius nominis decimo Pont. Max. ciuitatis Foroliuienſis beneficio eſt ornatus, auctore et interceſſore CHPH. NVMAIO vniuerſae Franciſcanae Familiae Miniſtro generali, viro doctiſſimo ac prudentiſſimo.

Quoniam autem in IOANNE puero matura vis praeſtantiaque ingenii, amorque litterarum haut vulgaris animaduertebatur; cura ſuorum factum eſt, vt in prima ſtatim pueritia eius animus Latinarum Graecarumque litterarum iuſta cognitione imbueretur. Atque hominis ſtudium in illis colendis et percipiendis non vanum ac contemnendum fuiſſe, non modo patet ex amore illarum litterarum, quem ſemper poſtea prae ſe tulit, (fieri enim nequit, vt quis illarum contemtor exiſtat, qui recte eas perceperit,) ſed etiam ex Obſeruationibus illis in CORN. CELSVM et SER. SAMONICVM doctiſſimis, ex Epiſtolis elegantiſſime ſcriptis atque ex dicendi genere, quo eſt vſus. Vbique enim in ſcriptis eius deprehendis miram perſpicuitatem, delectum verborum rerumque locis ſingulis aptum, atque ſubtilitatem haut mediocrem, vt omnia accurate collocaret enunciaretque.

His

His virtutibus ornatus Noſter, nec neglectis diſciplinis philoſophicis et mathematicis, quibus recte tractandis ingenium inprimis ad ſubtilitatem ordinemque cogitandi ſcribendique formatur, mirum non eſt, quod poſtea quicquid aggreſſus eſt, recte ac cum ſumma laude tractauerit perfeceritque. Itaque et poſtea his ſubſidiis inſtructus, publice, non ſine magno plauſu et fructu tironum, libros Hippocraticos interpretari eſt aggreſſus. Atque eum diligentem CICERONIS QVINCTILIANIque lectorem fuiſſe, vel ſola illa oratio indicio eſt, quae inſcribitur *Noua Inſtitutionum medicarum idea*, vbi perfectum atque ſummum egregie efformauit Medicum, quemadmodum illi Duumuiri ſummum nobis reliquerunt Oratorem. Idem CELSI aſſiduus lector fuit, quem cum aliquando continuo, ruſticationis otio, legiſſet, inter legendum amplius ducentos locos, qui in Editione, qua tum vtebatur, erant corrupti, coniecturae felicitate, quam aſſidua continuaque lectio pepererat, ita reſtituit, vt poſtea, quam meliori libro potitus eſt, quicquid diuinauerat, egregie cum correctioribus libris conſentire deprehenderet.

Poſteaquam igitur in patria litteris iis, ſine quarum idonea ſcientia nemo vnquam in caeteris diſciplinis et artibus probabiles fecit progreſſus, aliquamdiu omnem operam ſedulo nauauit, ſeſe in Academiam contulit Bononienſem adhuc fere puer, vt hic Botanicen, Anatomicen, vniuerſamque cognoſceret Medicinam. Atque praeter IACOBVM DE SANDRIS, qui Philoſophiam docebat, inprimis fideli diſciplina vſus eſt ANT. MARIAE VALSALVAE, qui anatomica, et HIPPOLYTI FRANCISCI ALBERTINI, qui caeteras artis medicae tradebat partes. His duobus, quos poſteriori loco nominauimus, inprimis VALSALVAE, ſe plurima debere

debere vbique Noſter fatetur; vti eſt magni et liberalis animi non reticere et diſſimulare, quid et quantum aliis debeat.

Hic virtute et doctrina ſatis perſpecta et explorata Noſter non modo ſummos in Medicina conſecutus eſt honores, ſed etiam cum Parmam arceſſitus eſſet VALSALVA, in Praeceptoris locum ſuffectus eſt diſcipulus, prouincia Phyſico medica et Anatomica demandata; cui muneri ita ſatisfecit ſua diligentia, vigilantia, doctrina, humanitate aliiſque liberalitatis laudibus, vt carus eſſet omnibus et infimis, et ſuperioribus. In his commemorantur inprimis MANFREDI fratres, ct celeleberrimus BECCARIVS, qui Noſtrum amarent, colerent, ornarent. Non ita diu poſt anno aetatis vigeſimo primo, et huius ſeculi quarto princeps Academiae *degl' Inquieti*, vti Itali vocant, *Inſtitutique Bononienſis* electus eſt. Hac vrbe igitur cum et corporibus mortuorum diligentiſſime inſpiciendis, et obſeruationibus anatomicis recitandis, quae inſertae quoque ſunt Commentariis Academiae Bononienſis, nomen illuſtraſſet ſuum, laudemque hominis docti, diligentiſque, et viri boni conſecutus eſſet: factum eſt, vt anno huius ſeculi vndecimo iuuenis honeſtiſſimis conditionibus a Senatu Venetorum in Academiam Patauinam inuitaretur, vt locum Profeſſionis anatomicae, quem olim VESALIVS, COLVMBVS, FALLOPIVS, FABRICIVS, CASSERIVS, SPIGELIVS, et VESLINGIVS obtinuerant, adiret. Hunc eundem locum Noſter vſque ad vitae huius finem, per ſexaginta annos ſumma cum laude et fructu tenuit. Praeclare enim ac ſapienter inſtitutum eſt Patauii, aliiſque quibusdam locis, vt munus Anatomices non per ſingulos deinceps ambulet vagum et incertum, ſed vt qui ſemel illo dignus iudicatus ſit, adminiſtraret ſemper.

Hinc

Hinc fit, vt aliquis huic prouinciae, quam amat, et cui adeo par eſt, omnem operam, induſtriamque et *poſſit* et *velit* dedicare. Quod inprimis de Anatomices profeſſione longe fructuoſiſſimum eſt habendum. Etenim niſi quis ſingulari rei ſtudio flagret, et ob diuturnam exercitationem in corporibus inſpiciendis et tractandis, atque in minutiſſimis illis ſexcentis contemplandis omni ratione ac conditione, ſit verſatus: vix quicquam obſeruationum, quae nouitatis gratia et praeſtantia ſint commendandae, exſpectari poteſt.

Verum enim vero non putandum eſt, MORGAGNVM Anatomicum ſemper illo, quamuis haut ſpernendo, ſtipendio a Patronis Academiae eſſe nutritum, quod ei ab initio conceſſum erat. Namque viri virtute et pretio cognito, decem deinceps ſenatus conſulta honorificentiſſima et liberaliſſima facta eſſe conſtat, quibus vel aliquid noui honoris ei accederet, vel ſtipendii ratio augeretur. Pro quingenis enim aureis, qui quotannis ei conceſſi erant a principio, mox octingeni ſunt tributi; et tandem quod plane rariſſimum liberalitatis exemplum exiſtimandum eſt, ad bis mille aureos honorarium eſt auctum.

Verum accedamus propius nunc ad MORGAGNI virtutes, ob quas caeteris omnibus, Philoſophiam et Medicinam vere amantibus, merito carus eſſe debet ſemper. Igitur primum de *Inuentis* et meritis videamus, quibus in hiſtoria corporis humani vel res plane nouas inuenit, vel perperam adhuc creditas refutauit, vel obſcuras illuſtrauit luculenter. Hoc in genere quo tutius incedamus, nec ſtudio viri forte ad comminiſcendi libidinem abripi nos ſinamus, veſtigia Cel. HALLERI ad Methodum Boerhaauianam impreſſa plerumque perſequemur.

Noſter quidem in muſculorum doctrina permulta ab obſcuritate et errore hominum, quo tecta et preſſa iacebant, liberauit, emendauitque probabiliter: inprimis in muſculis genitalium partium anique indagandis illuſtrandiſque inſignis viri extitit opera et diligentia. Nec minus erudite et ſubtiliter, quae MORGAGNI laus non eſt minima, in muſculorum glandularumque per fauces poſitarum hiſtoria permulta correxit: azygon vuulae eodem, quo DUGLASSIVS, tempore inuenit; ipſe ſtaphylopharyngaei originem eſſe a palato primus cognouit; caeterum cephalopharyngaei, ab aliis iactati, veſtigia negat ſibi viſa eſſe vlla; nec a vero abhorret eius contentio propterea, quod nec HALLERO noſtro, viro doctiſſimo et diligentiſſimo, iſte muſculus apparuit. Naturam cerebri, eiuſque particulas varias, neruorum originem primam, ſinus, glandulam pituitariam, aliaſque partes obſeruationibus haut ſpernendis illuſtrauit eximie. Experimenta anatomica, quae de medulla ſpinali, neruiſque diſſectis inſtituit, lectu digniſſima ſunt inprimis ei, qui cupiat cognoſcere, quae diſſecto aliquo neruo mutationes in corpore ſoleant euenire. In natura cordis multa explicuit egregie, vt foramen ouale, eius valuulam, chordulas, et valuulas arterioſas, globulos Arantii, cordis ſinus, aures, ſeptum eiuſque poros: in quo genere fere eandem viam, quam LANCISIVS olim monſtrauerat, eſt perſecutus. Idem de nerui mollis itineribus ad veſtibulum, et cochleam multa ſubtiliter diſſeruit. Glandulas varias, vt thyreoideae appendicem, ventriculos obliuione tam diuturna quaſi ſepultos, itemque muſculos eorumque affectiones exquiſitiores rarioreſque bene explicuit, illuſtrauitque iconibus idoneis. Idem de valuula coli, de ſinubus et valuulis inteſtini recti accuratius, quam alii, obſer-

vauit,

vauit, obſeruataque expoſuit. Permulta cognitu digniſſima diſputauit de hepatis foſſis, ligamentis, ſitu, partibus, de veſica fellis, eiuſque calculis. Ductus contra hepaticocyſticos, quos quidam deprehendiſſe ſibi videntur, tanquam rem vanam et commentitiam refutauit. Penis ligamentum, neglectum a recentioribus, glandulas coronae penis, maiores ſinus vrethrae virilis muſculos aut primus indagauit, aut exquiſitius deſcripſit. De vteri columnis, hymene, mucoſis ſinubus, glandulis ſebaceis, menſium fonte, ſitu tubarum, et iugis ceruicis rem perſcrutatus eſt diligentius; fetuum monſtroſorum aliquot exempla recenſuit; de meatibus ſanguinem ad embryonem vehentibus egit copioſiſſime. Demonſtrauit vreterum diametrum inaequalem eſſe, nec tamen id pertinere ad vim comprimentem iliacorum vaſorum. Caeterum capſularum cauitatem plane in dubium vocare ſuſtinuit. Idem aut inuenit aut accuratius deſcripſit magnam glandularum minorum vim, quae in epiglottide, larynge, lingua, cole, fiſtula vrinaria, vaginae muliebris ore, articulis, mammis et cute diſtributae ſunt. Vt MALPIGHII, cuius opera inprimis in glandularum doctrina extitit eximia, ſententiam de glanduloſa viſcerum fabrica et natura defenderet, argumentiſque nouis confirmaret ſtabiliretque, multa egregie diſputauit. Obſeruationes, quas Noſter de ductiolis ſaliualibus, arteria aorta, et eius principio ſinubuſque, item de foramine caeco, quod vocant, tradidit, neminem poenitebit vnquam diligentius cognouiſſe. Plurima, quibus vis et natura oculorum conſtat, vel inuenit adhuc incognita, vel aliis iam inuenta ab errore quodam et obſcuritate liberauit. Veluti palpebram tertiam, carunculae lacrymalis glandulas, vias lacrymarum ad nares, exiguitatem camerae poſterioris, refutationem

tionem ductuum conſpicuorum ignominatae glandulae, vires muſculorum oculi probe et ſubtiliter propoſuit; atque cataractae veram adhuc ignoratam ſedem inter primos demonſtrauit, allatis VALSALVAE experimentis, quae ad MORGAGNI ſententiam ſtabiliendam mirifice valent. Caeterum annulum illum moderatorem nerui optici, quem VALSALVA eius Praeceptor ſibi deprehendiſſe viſus eſt, merito vt rem fictam repudiauit. De aurium ſtructura multa nouis illuſtrauit obſeruationibus: inprimis lectu ſunt digna, quae diſſerit de nerui mollis itineribus, vti ſupra indicauimus, de veſtibulo, membrana tympani, eius epidermide, de foramine iſto, quod nonnulli in hac membrana finxerunt, de tuba, neruulis minoribus ex hiatu aquae ductus exeuntibus. De narium natura non modo poros membranae pituitariae, ſinus, neruos olfactorios, muſculoſque, qui naſum regunt, bene deſcripſit et explicuit; ſed tertium quoque os ſpongioſum prioribus viri induſtria addidit. Praeterea glandulas ſebaceas per totum fere corpus deſcripſit; de cute Nigritarum experimenta cognitu iucundiſſima exhibuit: atque omnino eruditione, ſubtilitate, et numero praeſtantiaque obſeruationum facile inter Anatomicos obtinet principatum; nullam enim corporis particulam intactam reliquit; atque veriſſime dici poteſt, MORGAGNI ſtudio et virtute nouam doctrinae anatomicae affulſiſſe lucem. Quae hominis fuerint merita erga Anatomicen practicam videbimus poſtea.

Reſtat igitur, vt nunc paucis deinceps videamus de ſcriptis viri, quibus ille rerum praeſtantiſſimarum reconditus eſt theſaurus:

1) In Commentariis Academiae Bononienſis nonnulla anatomica MORGAGNI inſerta repe-

riuntur. Inprimis digna exiſtimatur, quae legatur Epiſtola illius de vuula, eiuſque muſculis.

2) *Aduerſaria anatomica* priora coepit deinceps edere Bononiae, inde ab anno 1706. 4. ſed poſteriora Patauii, vſque ad annum 1719. Quo anno ibidem vniuerſa duobus voluminibus prodierunt. His in libris fere nullam Anatomes partem intactam reliquit vir praeſtantiſſimus, et icones nitidas elegantesque inſeruit, quibus cel. HALLERVS ſecundum locum tribuit poſt Albinianas. Hoc idem opus repetitum eſt Lugd. Bat. in eadem forma chartae, anno 1723.

3) In Oratione, de *Noua Inſtitutionum medicarum idea*, longe praeſtantiſſima, et digniſſima, quae ab omnibus Medicinae ſtudioſis diligenter cognoſcatur, quam habuit Noſter, cum Patauino in Gymnaſio profeſſionem Anatomices adibat, egregie Medicum perfectum ſuiſque numeris abſolutum exhibuit, ad normam CICERONIS et QVINCTILIANI, qui ſummum efformare tentarunt Oratorem. Prima illius editio facta eſt Patauii 1712. 4. anno poſt, quam eſt habita: eadem repetita eſt Lugd. Bat. 1740. in eadem forma; atque Lipſiae apud Langenhemium 1775. in 8.

4) In Editione Lanciſiana EVSTACHII exſtat MORGAGNI Epiſtola, vbi aliquot loca difficiliora egregie, explanantur.

5) *Epiſtolas in* CELSVM, *et* Q. SER. SAMONICVM, ad BAPT. VVLPIVM nouam CELSI editionem tum molientem, edidit Patauii 1721. 4. quae poſtea recuſae ſunt Hagae Comit. 1724. 4. His addidit quinque alias in Celſum, et nouam in Serenum, non minus ingenioſas et elegantes; quae primum inueniuntur in Celſi et Sereni Editione Patauina 1750. Verum poſtea cum prioribus inſertae ſunt Miſcellaneis Opuſculis; de quibus poſtea.

Quantum

Quantum hominis fuerit ingenium, bonis litteris excultum, licet vel hinc ſatis intelligere. Nam refertae animaduertuntur epiſtolae illae obſeruationibus exquiſitis minimeque vulgaribus de Editionibus et interpretibus, de locis haut paucis corruptis aut obſcuris, quos vel diuinandi felicitate, vel codicum auctoritate, vel IAC. FACCIOLATI viri doctiſſimi obſeruationibus caſtigat et illuſtrat. Hic inprimis duo, quae monet, ſunt probe tenenda: primum de locis CELSI et HIPPOCRATIS, quae ſibi hodie repugnant, docet, ex CELSO potius HIPPOCRATIS libros emendandos eſſe, quam CELSI interpretationem reprehendendam mutandamue. Deinde, quod tenere velimus eos, qui antiqua, vel ob linguarum veterum inſcitiam, vel ob aliam quandam ſtultitiam, ſpernunt, nec quicquam niſi nouam ſapientiam ſcilicet ſomniant et ſeſquipedalibus verbis iactant, criminantes, veteres iſtos fuiſſe verueces et fungos inutiles, qui ſint miſellis relinquendi Scholarum Magiſtris, tironumque doloribus, MORGAGNVS noſter oſtendit, a CELSO plura monita eſſe ſatis perſpicue (nam non vltima CELSI virtus eſt perſpicuitas, ſine qua elegantia eſſe nequit) quae tanquam noua inuenta nuperae aetatis homines rerum imperiti celebrent.

6) Duae MORGAGNI *Epiſtolae anatomicae*, quae prodierunt Lugd. Bat. 1728. 4. praeter alia lectu digniſſima, continent inprimis praecepta praeclara de hepatis foſſis, ligamentis, ſitu, partibus, veſica fellea et calculis. Occaſionem ſcribendi illas praebuit controuerſia de hepate reſuſcitata a BLANCO, quam antea LANCISIVS amicus communis ſapienter ſopierat atque compoſuerat. Verum, mortuo LANCISIO, BLANCVS, acrioris ingenii homo in *Hiſtoriae hepaticae* noua,

editione denuo aggredi conatus eſt MORGAGNVM, qui hic non modo docte, ſed etiam ſatis humaniter ſuam defendit ſententiam. Verum bonum BLANCVM multo acerbius perſtringunt Editores Epiſtolarum Belgici in prooemio, vbi quoque hiſtoria huius controuerſiae exponitur.

7) In IO. POLENI Commentario ad Vitruvium, qui Patauii a. 1739. 4. prodiit, inſertae ſunt Noſtri *obſeruationes* haut ſpernendae de nominibus morborum, qui paſſim apud VITRVVIVM commemorantur.

8) Anno 1740. edidit voluminibus duobus in 4. VALSALVAE *opera*, cum ſumma cura et diligentia. Hic non modo vitam Praeceptoris luculenter ſcripſit, cum fructuoſiſſima praefatione, ſed et Diſſertationes anatomicas XVIII. nouas addidit. In quibus multa hiſtorica tractat, veluti de Bononienſibus viris eruditis, inprimis Medicis, de vita H. MERCVRIALIS etc. ſed etiam exponit de quibuſdam corporis humani partibus et vſu, inprimis de organo auditus, corde, renibus ſuccenturiatis, colo, fabrica viſcerum, morborum ſede, oculo, neruis.

9) Vltimum opus, ſed quod ſolum MORGAGNI nomen ab obliuionis iniuria vindicare poſſet, ſunt illi *libri quinque de ſedibus et cauſis morborum per Anatomen indagatis*, qui diſſectiones et animaduerſiones complectuntur innumeras, medicis, chirurgis, anatomicis profuturas plurimum. Prodierunt primum Patauii a 1760. 4. et paulo poſt a. 1762. eadem induti forma recuſi ſunt Neapole. Cum enim ad morborum naturam, vim et remedia non ſufficiat quaedam ſigna externa obſeruaſſe, et remedia quaedam, quae vſus non condemnauerit, probaſſe; ſed potius rei magnitudo et grauitas poſtulet viam certiorem tutioremque, qua ad morbi alicuius notitiam peruenias, maloque ſatis cognito

recte

recte ſuccurras: ſemper Medici doctiores exiſtimarunt, diligentiori corporum inſpectione per Anatomen eſſe opus, vt inde de vi et ſedibus morborum ſtabiliretur diſciplina, quae libera eſſet ab ambiguitate, errandique periculo. Igitur vt huic rei conſuleretur, anno Superioris ſeculi vndeoctogeſimo THEOPH. BONETVS coepit obſeruationes anatomicas de ſedibus et cauſis morborum edere, quas inſcripſit *Sepulchretum.* Quod opus ineunte hoc ſeculo auctius repetitum prodiit ſtudio IO. IAC. MANGETI. Verum merito hic liber reprehenditur non vna de cauſſa. Primum enim neglectae ſunt obſeruationes, quae iam tum exſtabant, permultae, eaeque praeſtantiſſimae: tum multae per incuriam ſunt aliquoties fruſtra repetitae, eaeque non ſemper optimae; deinde deſiderantur indices neceſſarii, quibus rudi et indigeſtae moli aliquid auxilii afferri potuiſſet: denique Scholiorum limbus, quo opus vbique fimbriatum eſt, ob nimiam amplitudinem eſt moleſtus, ob repetitionem earundem rerum taedioſus, et ob res futiles, dubias, falſas, itidem repetitas, prorſus ferri non poteſt ſine ſumma indignatione. Itaque Noſter in his libris, in quibus conficiendis, digerendis, expoliendiſque quinquaginta amplius annos conſumſit, obſeruationes veterum et recentiorum in iſto Sepulchreto praetermiſſas et poſtea paſſim a viris eruditis factas, ſtudioſe collegit, ad ſuum quamque caput redegit, falſas reiecit, indicibusque idoneis inſtruxit, atque ſuis VALSALVAE que Praeceptoris obſeruationibus praeſtantiſſimis locupletavit. Atque ita extitit illud plane diuinum opus, quo probabilis Medicus carere nullo modo poteſt *).

Aaa 3 10) Anno

*) v. comm. noſtr. Vol. XI. p. 677.

10) Anno 1763. omnia MORGAGNI opera recuſa ſunt Venetiis in Fol. in V. volumina diſtributa *). Hic in parte ea, quae comprehendit *opuſcula miſcellanea*, acceſſerunt Epiſtolae XIV. hiſtoricae, nondum antea editae, quae *Aemilianae* propterea dicuntur, quod non modo pleraeque olim ſcriptae ſunt in Aemilia, ſed et quod omnes geographiam et antiquitates illius prouinciae illuſtrant.

In tanta igitur virtutum meritorumque fama mirum non eſt, ſi nobiliſſimae litterarum in Europa Societates de MORGAGNI ſodalitate quaſi certarunt. Nam praeter Bononienſem Academiam, vti ſupra ſignificauimus, cuius Princeps eſt factus, annos duo et viginti natus, quinque aliae eum inter ſuos cooptarunt Sodales. Sic enim, ao. 1708. Caeſarea Naturae curioſorum Academia recepit primum inter ſodales, ſed ao. 1732. nouo honoris titulo decorauit, nomineque *Adiuncti Praeſidis* appellauit. Cooptavit inter ſuos ao. 1723. Regia Societas Londinenſis, et Pariſienſis ao. 1731. nec multo poſt ao. 1735. Imperialis Petropolitana, atque Regia Berolinenſis ao. 1754.

Praeterea illuſtriſſimi Medici laudi ſibi duxerunt ſuos libros nomine MORGAGNI inſcribere; atque ſui ciues Monimentum ſtatuerunt inſcriptione honorifica, ſed veriſſima ornatum. Vndique homines Eruditi MORGAGNI viſendi conueniendique gratia confluxerunt, quos humaniter et benigne excepit omnes, nec ſuperbe repudiauit, adituque arcuit: Proceres eum magni aeſtimarunt; Principes ipſi illuſtriſſimi eum adierunt conſulueruntque, in his IOSEPHVS II. Romanorum Imperator ſingulari liberalitate eum honorauit. Tres Pontifices R. BENEDICTVS, atque vterque CLE-

MENS

*) Conf. Comm. noſtr. Vol. XII. P. III. p. 436 440.

MENS non minus ob doctrinae exquiſitae laudem, quam virtutis religioniſque ſtudium coluerunt, litteris honorarunt, laudarunt, commendarunt. Mores enim animi, ingeniique dotes non modo apparent luculentiſſime impreſſi libris, et epiſtolis cum ad patronos et amicos, tum ad aduerſarios et laudum ſuarum obtrectatores datis, ſed etiam ex imagine eius picta, quam intueri non potes, opinamur, quin ſtatim hominem admirari, ſuſpicere, amare et colere incipias, etiamſi non aliunde virtus eius nota tibi eſſet. Aduerſarios, quamuis acres, leniter tractabat, et magis argumentis veritatis ſtudio ductus ſuam ſententiam defendere conabatur, quam conviciis, ex animi impotentia profectis, conuincere et redarguere. Tirones et amicos omni fide docebat, nec vnquam inuidiae cuiuſdam cauſſa, quae humilioribus illiberalioribuſque tantum ingeniis conuenit, quicquam celabat; ſed ingenue, quicquid ipſorum ſcire intereſſe exiſtimabat, impertiebat. Cum amicis veram et minime infucatam colebat amicitiam; gratiſſimus ſemper exiſtebat erga Patronos; cum Collegis coniunctiſſime ſine vlla inuidentiae criminationiſque peſte conſtanter viuebat; ſalutis publicae amans, et ſingulorum hominum ſtudioſus erat.

Quibus rebus omnibus effectum eſt, vt ſummorum virorum beneuolentiam ſibi pareret, omnium amorem conciliaret, munificentiam Sereniſſimae Reipublicae erga ſe excitaret, et apud omnem poſteritatem nominis immortalitatem certo conſequeretur.

Cum MORGAGNVS in ea profeſſione, quae valetudini admodum inſidiatur, niſi ſumma adhibeatur diligentia, tamen ad nonageſimum fere aetatis peruenerit annum: facile animum cogitatio ſubire poteſt, qua ratione diuina prouidentia hominis

vitam ita produxerit. Praeterquam quod vero a natura corpus robuſtum nactus erat, etiam ſedulo cauit, ne quid cibo, potu, omninoque victus ratione committeret, quod firmam labefactare poſſet valetudinem. Igitur quoque diligenter abſtinuit a corporibus mortuorum, et ſingulis partibus putridis, inprimis a quo tempore inſpectio corporis eiuſmodi pernicioſi aliquando ei grauiſſime nocuerat, corpora, quae vel phthiſi pulmonali, vel variolorum lue perierant, ſedulo tanquam peſtilentialia fugit, praeſertim cum ipſe nunquam variolis infectus fuiſſet. Haec ipſa eſt cauſſa habenda, cur in libris illius fruſtra quaeſieris obſeruationes de vtroque iſto malo. Cum ſubinde laboraret arthritide vaga, quae dicitur; vel ob hanc vel ob alias cauſſas quaſdam nunquam paſſus eſt, ſibi venam aliquam ſecari.

Index ſcriptorum a. b. MORGAGNIO editorum.

Aduerſaria anatomica omnia. Patav. 719. 4. c. f.
Epiſtolae anatomicae duae. L. B. 728. 4. c. f.
In A. C. CELSVM et Q. SER. SAMONICVM epiſtolae. Hag. Comit. 724. 4. mai.
VESALII opera cura IO. B. MORGAGNI Tom. I. et II. Venet. 740. 4. c. f.
Noua inſtitutionum medicarum idea L. B. 740. 4.
De ſedibus et cauſis morborum per anatomen indagatis libri V. Tom. III. Venet. 762. fol.
Opuſcula miſcellanea in tres partes diuiſa. Venet. 763. fol.
Opera omnia. Vol. I—V. Venetiis 763. fol.

Continua-

XXV.

Continuatio indicis ſcriptorum phyſico medicorum, quae anno 1772. prodierunt.

De fenomeni della circulazione oſſeruata nel giro univerſale de' vaſi de fenomeni della circulazione languente; de moti del ſangue independenti dall' azione del cuore & del pulſar delle arterie. Diſſertazione quarto dell' Abbate SPALANZANI. In Modena 8.

IO. FRANC. SPAVENTI diſſ. de frequentioribus cordis maiorumque vaſorum morbis internis Vienn. 8.

IACOBI SPONII diſſ. de vtilitate numiſmatum in phyſiognomia Lips. 8. (*Ex Gallico ſermone in latinum vertit* T. BRANDMVELLER.)

M. BALTHASAR SPRENGERS *vollſtändige Anfangsgründe des Feldbaues oder Einleitung in die geſammte Landwirthſchaft nebſt den vorläufigen Kenntnißen aus der Mathematic und der allgemeinen und beſondern Naturlehre. Stuttgard 8. 2 Theile.*

Eiusd. *nützlicher und getreuer Unterricht für den Land und Bauersmann auf die Jahre 1770–71–72. oder allgemeiner Landwirthſchaft Kalender, nach den beſten Erfahrungen unſrer Zeiten zuſammen getragen* ib. 4.

IO. CHRIST. E. SPRINGERS Profeſſor *der Cameralwiſſenſchaft zu Erfurt oeconomiſche und cameraliſche Tabellen mit Anmerkungen und einen Vorbericht. Fr. und Leipz, 8.*

IOS. FRANC. STAEHLING diſſ. methodum generalem aquas medicatas examinandi ſiſtens. Poſonii 8.

FRANC. ANT. FERTIN. STEBLER progr. ſiſtens hiſtoriam trium ſeculorum medicae Ingolſtadienſis facultatis. Ingolſtad. 4.

GEORGE WILHELM STEIN *practiſche Anleitung zur Geburthshülfe in widernatürlichen und ſchweren Fällen zum Gebrauch der Vorleſungen. Caſſel 8. m. K.*

Eiusd *kurze Beſchreibung eines neuen Geburthsſtuhls und Bettes ſammt der Anweiſung zum vortheilhaften Gebrauch deſſelben mit Kupfern. Nebſt einer Anzeige ſeiner Vorleſung über die Entbindungskunſt.* ib. 4.

ANTON STOERKS *Abhandlung von der Einpfropfung der Kinderblattern. Wien 8.*

CAROLI STRACK obſeruationes medicinales de colica pictonum maximeque ob arthritidem. Franc. et Lips. 8.

IO. FRID. STROMEYER diſſ. de plantarum ſolanacearum ordine. Götting. 4.

Esſais ou reflexions intéreſſantes relatives à la chimie, la médecine, l' economie, le commerce avec une diſſertation ſur la quaeſtion: ſi les cauſes des maladies de l' ame et des nerfs ont toujours leur ſiege dans le cerveau? Par Mr. OTTON GUIL. STRUVE. a Lauſanne 12.

ERNEST. ANT. NICOLAI diſſ. ſiſtens analyſin chemicam aquarum Ienenſium Reſp. *Georg. Adolph. Succow* Ienae 4.

Eloge hiſtorique de JEAN de VAUX célébre chirurgien de ce ſiecle par Mr. SUE à Paris 8. mai.

PETER SWERTNER diſſ. inaug. ſiſtens caſum de hernia crurali incarcerata et letifera, Gotting. 4.

GERARD. L. B. VAN SWIETEN commentarii in HERRMANNI BOERHAVII aphoriſmos de cognoſcendis et curandis morbis. Tom. V. L. B. 4.

Tentamina theoriae mathematicae de phaenomenis magneticis Auctore I. H. VAN SWINDEN. Specimen primum ſiſtens principia generalia ac nouam

nouam punctorum indifferentiae et puncti culminantis theoriam. L.B. 4. c. f.

T. SYDENHAMS *Anweiſung zur Cur der mehreſten Krankheiten nebſt einer Beſchreibung derſelben. Nürnb. 8.*

HIER. TARGIONI TOZZETTI raccolta di opuſcoli medico practici Florent 12. Vol. I,

Chymiae elementa in aphoriſmos digeſta, a LVDOVICO TESSARI. Accedit eiusdem prodromus de phlogiſto in coloranda corporum ſuperficie. Venetiis 8.

CHRIST. HENR. THINCKEL *Abhandlung über die von der Naturforſchenden Geſellſchaft in Danzig bekanntgemachte Aufgabe: von der beſten Art die Pflaſterung der Straßen und die Unterhaltung derſelben in einer großen Handelsſtadt einzurichten und den wohlfeilſten Mitteln die Reinlichkeit der Gaſſen zu bewerkſtelligen. Leipzig. 4.*

LEOPOLD. THONHAVSER diſſ. ſiſtens analyſin aquarum Egranae, montis Falconis, Veneti, Pouhout, Stecknitzenſis. Vienn. 8.

Eſſay on epilepſy, in which a new theory of that diſeaſe is attempted, from which the proximate cauſſe is inueſtigated and indications brought from thence, ſhewing clearly the conſiſtency of the method of cure By W. THRELFAL M.D. Lond. 8.

S. A. TISSOT *Anweiſung, wie man ſich bey graſſirenden und anſteckenden Krankheiten zu verhalten hat. Leipzig 8.*

DE KERGVELIN TREMAREC *Königlichen Schiffslieutenants Beſchreibung ſeiner Reiſe nach der Nordſee, die er in den Jahren 1767 -- 1768. an die Küſten von Island, Grönland, Faröe Schottland etc. gethan. Leipzig. 8. maj.*

D. W.

D. W. TRILLER opuſcula medica ac medico philologica antea ſparſim edita, nunc autem in vnum collecta atque digeſta ab Auctore prius recognita, nunc caſtigata et emendata, vt et indice rerum memorabilium copioſiſſimo inſtructa. Vol. III. Fr. et Lips. 4.

Eiusd. progr. de variis veterum medicorum ocularioruim collyriis, quorum memoria in priſcis lapidibus inſcriptis adhuc ſupereſt. Viteb. 4.

Eiusd. exercitatio medico critica ad emendandum obſcuriſſimum hactenus et corruptiſſimum quendam HIPPOCRATIS locum ex libro de ſeptimeſtri partu deſumtum. ib. 4.

Eiusd. diſſ. inaug. de morbis puerperio ſolutis. Reſp. *Io. George Alaud* ib. 4.

Eiusd. progr. inaug. ad illuſtrandum ambiguum quendam et obſcurum HIPPOCRATIS locum ex libro praeceptionum de probi medici officio in conſeruanda potius, quam immutanda natura ib. 4.

L' hydroſcope & le ventriloque, ouvrage dans lequel on explique comment il ſe peut faire, qu' un jeune provencal voie a travers la terre: par quel artifice les ventriloques peuvent parler de maniere que la voix paroiſſe venir du coté, qu' ils veulent. Par Mr. L' Abbé SAVRI à Paris 12.

VACHER V. DE LA FEUTRIE.

Recueil de mémoires & d' obſeruations ſur la perfectibilité de l' homme par les agens phyſiques & moraux. Par. Mr. VERDIER Doct. en médec. à Paris 7.

SAM. VERESTOI DE OZER vid. p. 562.

RVDOLPH. AVGVST. VOGEL academicae praelectiones de cognoſcendis et curandis praecipuis corporis humani affectibus. Gotting. 8. maj.

Eiusd. diſſ. inaug. ſiſtens obſeruationum medico chirurgicarum bigam. Reſp. *Io. Fridr. Tolle* ib. 4.

Neue Erfahrungen über das Verfahren bey der Inoculation der Blattern. Aus den franzöſiſchen des Herrn GATTI. *Mit einer Vorrede und einigen Beobachtungen herausgegeben von* D. E. G. WAGLER *Hamb. 8.*

IO. ERN. IMMAN. WALCHS *Naturgeſchichte der Verſteinerungen. Beſchluß des erſten Theils. Nürnb. 8.*

Eiusd. antiquitates medicae ſelectae. Ien. 8.

L' art de faire & d' employer le vernis ou l' art du vernisſeur auquel on à joint ceux du peintre & du doreur. Ouvrage vtile aux artiſtes & aux amateurs, qui veulent entreprendre de peindre, dorer & vernir cet. Par. Mr. WATIN. à Paris 12.

F. A. VON WASSERBERG. *von den Nutzen und der Weiſe die Luft rein und die Städte und Häuſſer rein zu halten, beſonders bey Gefahr anſteckender Krankheiten. Wien 8.*

CHRIST. EHRENFR. WEIGEL diſſ. obſeruationes botanicas continens. Reſp. *Maur. Ulr. Willich* Gryphiſw. 4. c. fig. aen.

Eiusd. diſſ. obſeruationem chemicarum et mineralogicarum partem II dam ſiſtens. Reſp. *Iac. Theod. Pyl* ib. 4. c. fig. aen.

WEIKHARD vid. p. 382.

FRID. AVG. WEITZ *vollſtändige Auszüge aus den beſten chirurgiſchen Diſpüten aller Academien nebſt Anzeige der neueſten chirurgiſchen Bücher und einen Anhange chirurgiſcher Neuigkeiten vierter Band. Leipzig und Budiſſin 8.*

IO.

IO. IAC. WELLS *Forſchung in die Urſache der Erhitzung des ungelöſchten Kalchs etc. nebſt Gedanken über die Erhitzung bewürkenſollende Feuermaterie Wien 8.*

Médécine primitiue, ou recueil des remedes choiſis et eprouvés traduit de l' Anglois de WESLEY de la 13e edition reuû & augmenté conſiderablement. a Lyon. 12.

IO. CHPH. WESTENDORF diſſ. inaug. de optima acetum concentratum eiusdemque naphtham conficiendi ratione vtriusque affectionibus ac vſu medico. Gotting 4.

Univerſal botaniſt and nurſeryman; containing deſcription of the ſpecies and varieties of all the trees, ſhrubs, herbs, flowers and fruits arranged according to the Linnaean ſyſtem and illuſtrated with elegant engravings. By WETSTON Voll. 2. London 8.

An eſſay on the diſeaſes of the bile etc. By WILLIAM WHITE F. S. A. Lond. 8.

IO. PETER WIELS *Bemerkungen über den innerlichen nützlichen Gebrauch der Krähenaügen und des weiſen Vitriols in gefährlichen Krankheiten. Aus den Lateiniſchen ins Deutſche überſetzt Wittenb. 4. (ſ. a.)*

ARNOLT WIENHOLT diſſ. inaug. de inflammationibus occultis viſcerum hypochondriacorum in febribus bilioſo putridis Gotting. 4.

A treatiſe on the medicinal virtues of the waters of Aix la Chapelle and Borſet By I. WILLIAMS. Lond. 8. maj.

IACOB WINTERL V. FABRY.

Trauer-

Trauerrede auf den Freyherrn VON SWIETEN *von* IGNAZ WVRZ *nebſt deſſen Portrait. Wien 8.*

A treatiſe on the dyſentery with a deſcription of an epidemic dyſentery that happened in Switzerland in the year 1765. Translated from the original german of IOHN GEORGE ZIMMERMANN M. D. cet. By C. R. HOPSON M. D. Lond. 8.

J. VERARD ZEVIANI della multiplicazione delle linge con l' arte di far i carbone. In Verona 4.

ANTON ZEPLICHALS *Einleitung zu der Bergmanniſchen Kenntnis des Erdballes. Erſter Theil der die unterirdiſche Geographie enthält. Breſslau 8.*

Contenta in hac parte.

I. Noui commentarii Gottingenſes Tom. III. et IV. p. 597
II. SCHREBER plantarum verticillatarum vnilabiatarum genera et ſpecies 615
III. LINNAEI ſyſtema vegetabilium per MVRRAY 620
IV. Inſtruction ſur les ſages femmes par Mr. DIDELOT 627
V. Garçon & fille hermaphrotides 632
VI. DE HAEN rationis medendi Tom. XV. 633
VII. SCHROEDER *von den Wirkungen der Eicheln etc.* 636
VIII. Succincta medicorum Hungariae et Tranſiluaniae biographia centur. Ima 638
IX. Iournal de médecine, chirurgie, pharmacie cet. par Mr. ROVX Tom. XXXVII. et XXXVIII. 644
X. L'art du coutelier expert en inſtruments de chirurgie IIde partie par PERRET 655
XI. LUDWIG diſſ. de aethere varie moto cauſſa diverſitatis luminum 657
XII. SCHIFFERMÜLLER *Verſuch eines Farbenſyſtems* 665
XIII. LAMBERT *Beſchreibung einer mit den Calauſchen Wachſe ausgemahlten Farbenpyramide* 667
XIV. SCHAEFFER elementa ornithologica 669
XV. PEREBOOM diſſ. de paralyſi inprimis nervea 672
XVI. Aduerſaria medico practica Vol. III. Part. I--IV. 674
XVII. Traité d' epilepſie Par Mr. TISSOT 698
XVIII. CAELII AVRELIANI acutorum morborum libri III. et chronicorum libri V. 703
XIX. PLATNERI ſupplementa in IO. Z. PLATNERI inſtitutiones chirurgiae 707
XX. CVLLEN ſynopſis noſologiae methodicae 716
XXI. ALEXANDERS *mediciniſche Verſuche und Erfahrungeu* 717
XXII. LYSONS practical esſays upon intermitting fevers, dropſies cet. 723
XXIII. TICHY diſſ. de arenulis in lotio apparentibus, vt infallibili ſigno cet. 726
XXIV. Noua phyſico medica 728
XXV. Continuatio indicis phyſico medicorum ſcriptorum, quae 1772 prodierunt. 747

INDEX.

A.

Abdominalium viſcerum ſitus irregularis morbi maxime complicati cauſſa p. 304. ſitus irregularis 677

Abdominis vulnus ſanatum in grauida 650. viſcerum obſeruationes 693. hydrops. ib.

Abietis folia equis noxia 401 ſq.

Ablactationis terminus 647

Abortuum placentas extrahendi inſtrumentum 398. regulae 629. eorum cauſſae ib.

Abſceſſus, eorum ſedes eosque tractandi modus 406. eos aperiendi modi varii 210 ſqq. de iis regulae 211. ad maxillam inferiorem natos aperiendi locus controuerſus 401 ſq. ad vmbilicum ex metaſtaſi lactea 401. in mammula recens natae 690. in encephalo 692

Abſinthii extracti vſus in obſtructione hepatis 135

Acaciae ſpecies quaedam 462

Acanthocephalum, nouum vermium genus 12

Acer, arbor, eius ſpecies varie definitae 220 ſq. ſeminatio 227. ſucci vſus ib.

Aceti vſus externus in lochiis foetidis 325

Achras ſapora contra calculum 530

Acidi marini ortus 336 ſq. nitroſi ortus ib. phoſphorei ortus et natura 337. vitriolici natura 336. acidum calcis vid. *Calx*.

Acidularum Egranarum natura 511

Acipenſeris rutheni L. anatome viſcerum 14

Adamas, eius fuſibilitas 331. docimaſia 342

Adonidis apenninae et vernalis differentia 19 ſq.

Aduerſaria medico practica Vol. III. P. I—IV. 674

Aether Frobenii, de eius praeparatione monita 205 ſqq. aetheris denſitas 657. de eo vi ignis moto 659. vi electrica moto 660

Aetitae rariores in Holſatia reperti 114 ſq.

Aetna mons, de eo ſcriptores 469. eius memorabilia 470 ſq. altitudo ib. ſq.

Agarici vſus in ſanguine ſiſtendo dubius 408. 711. mucoſi incrementum 117

Agaues americanae vſus ad lintea et papyrum 251

Agricolarum liberorum educationis expoſitioni optimae praemium conſtitutum 149

Agropyrum, graminum genus 10

Agrorum quietis cauſſarum expoſitioni praemium conſtitutum 148

Aikin, I. Eſſay on the ligature of Arteries 351

d' Ailhaud pulueris formula 133. effectus noxii ib. 399
Aitken's, Iohn, Eſſays on ſeveral important ſubiects in Surgery 359
Albrecht Io. Sebaſt. obiit 555
Alcali ſalis analyſis ſeu partes conſtitutiuae 259. mineralis natura 337. volatilis natura et ortus ib.
Alcedo Dea Ternatenſis, auis 34
Alefeld Geor. Lud. obiit 730
Alexanders *mediciniſche Verſuche und Erfahrungen* 717
Althaeae vis emolliens dubia 51
Alui obſtructio diuturna a polypoſa concretione 317. pertinaciſſima per plures menſes 115
Alumen, eius terrae diſquiſitio 24. vſus in rheumatiſmo 324. plumoſum quid? 337. crudi vſus internus 521
Amauroſis eiuſque ſpecies a diuerſitate pupillae 613. cura ib.
Amazonarum animalia et plantae 533
Ambrae griſeae ortus 33. 335. analyſis chemica 338 ſq.
Ammoniaci ſalis colligendi modus in Zolfatara 252. decompoſitio ope calcis 333. ſpiritus vſus internus noxius 108. eius partes conſtituentes et cum his experimenta 598
Amphibiorum hiſtoria 35
Amphimerinae epidemicae curatio 59
Amphitrite, vermis, eius character genericus 234 ſq. faſciculata 243. reniformis ib.
Amputatio membrorum, de eius neceſſitate monita 405 ſq. 408. de eius inſtitutionis modo annotationes 408 ſq. cruris, de ea monita 409. 411 ſq. cruris ſupra malleolos, eius methodus et machina trunco relicto adaptanda 352 ſq. femoris et cruris, de ea monita 363 ſq. humeri in articulo, eius modus 409 ſqq. de ea monita 712
Amſtelodamenſis ſocietatis medicae ſeruandis ciuibus dicatae fundatio 369. inſtituti theſ. et praem. ib. theſis et praem. ad ann. 1775. 370
Amygdali differentia a perſica 221. ſpecies quaedam ib. culturae in Gallo-Prouincia expoſitioni praemium conſtitutum 145
Anas nyroca ſeu vrinator 4
Anatomia, de ea addiſcenda monitum 512
Anatomico-chirurgicae obſeruationes 301
Anatomico practicae obſeruationes 108 ſq. 110. 282 ſqq. 317. 426 ſqq.
Ancyloſis in ea remedium nouum 637
Aneurysma ingens aortae exterius diſruptum 104 ſqq. brachii, de eo obſeruatio

tio 357. in crure ex fractura ortum ib. aneuryſmata ſponte orta, de eorum curatione monita 411. ſpurium 711
Angelicae noua ſpecies 18
Angina, eius differentia et ſigna 297. maligna epidemica infantum cum febre ſcarlatina, eiuſque curatio 395 ſq. Croup dicta 611. in inflammatoria bronchotomia 654
Anglicae ſocietatis artium, opificiorum et mercaturae inſtitutum et hiſtoria 365
Animalcula infuſoria, de iis in aqua marina experimenta 494
Animalium hiſtoria 31 ſqq. variorum organorum vitalium varietas 209 ſq.
Animalis corporis vigor et debilitas 674. eius comparatio cum vegetabili ib. in eo ſuctio et motus particularum mixti declaratur ib.
Animi morborum ſedes ſaepius in abdomine quam in encephalo 94 ſq.
D'Anſe de Villoiſon Io. Caſpar. ſocietatis Gottingenſis correſpondens et academiae Berolinenſis ſodalis 554
Anthracum ſpecies et curatio 407
Antimonii docimaſia 345
Antiſepticorum vſus in putridis morbis 718
Antliae lacteae ſeu mammalis deſcriptio et vſus 101 ſq.
Antri Highmooriani caries et abſceſſus 407
Aortae arcus vſus 43. aneuryſma ingens exterius diſruptum 104 ſqq.
Aphrodite, vermis, eius character genericus 234. punctata 242 ſq. plana 243
Aphtharum in neonatis vſus 647
Apium antarcticum, planta 465
Apoplexiae diuiſio 97
Apum cultura, quae ſingulis menſibus in ea fieri et mutari debent 319 ſq.
Aquae calor, de eo obſeruationes thermometricae in America, inſtitutae 271. ex profundo mari tollendae, vt cum alia non commiſceatur, inſeruiens inſtrumentum 272. glacialis vſus in haemoptyſi 398. marinae calor et grauitas ſpecifica, de ea experimenta 272. marinae in magna profunditate calor, de eo experimenta 483. vires 535. lux ſeu ſplendor, vnde? 328. 465. in balneis tepidis vſus 406. medicatae variae in Bohemia 510 ſq. medicatae iuxta Tetſchem in Bohemia, de iis experimenta 509. earum vſus Stecknizenſes vid. *Stecknizenſes.* minerales Galliae, earum enumeratio 54. vegeto mineralis Goulardianae vſus in ophthalmia 403. in vulneribus 424. vitae vid. *Spiritus vini.* aquae reginae Hungariae praeparatio et vſus 640

Aquaeductus auris humanae internae, veſtibuli, ſcalae tympani 538
Aranaea, tarantulae ſimilis, eius praeſagia 462
Arbor mali hieme florens 327
Arbori inſculptae literae et ligno deinde obductae 270
Arborum plantarium Harbecenſe 218 ſqq.
Ardeſia tegularis vid. *Schiſtus.* recentis vſus 522
Arenularum in lotio natura 726. eae ſignum prognoſticum certum ſalutaris morborum euentus 727
Argenti docimaſia 28. mineraliſatio 346. minerae quaedam ad Nagyagam 500. 507
Argillae partes conſtitutiuae 331
Ari vulgaris radicis ſtimulus, contra eum remedium ſpecificum 74
Armoraciae ſucci expreſſi vſus in rheumatiſmis 135
Armſtrong's, Iohn, medical Eſſays 137
Arnauld, George, obitus 373
Arſenicum, quid ſit? 254. 256. eius docimaſia 343. effectus in mineras 255. mineraliſationem metallorum non efficit ib. natiuum quid? 256. eius proprietates ib. quibus in mineris reperiatur ib. cur in plurimis mineris adſit? 254. 257. eius noxa in metalla 257
Arteriae brachialis laeſio ſingularis ſine ſubſequente haemorrhagia 485. in ea ligatura 648. eius vſus in vniuerſum 654. innominatae varietates 44 ſq. thyroideae imae deſcriptio anat. 43 ſq. varietas 44. tonſillaris haemorrhagia et ligatura 358
Arteriarum haemorhagias natura quomodo ſiſtat 358. ligaturae noua methodus 359. ligaturae neruo non ligato poſt amputationem methodus et vſus 408 ſq. 411. 418. pulſus vid. *Pulſus.*
Arthritis, in ea remedium 53. nouum 637. eius cauſſa acrimonia ſubacida 138. haereditaria febre quartana curata 70 ſq.
Articulorum conruſiones earumque curatio 413. eos exſcindendi ratio 714
Aſae foetidae vſus in aſthmate ſpasmodico 458. in conuulſionibus 527. effectus ib.
Aſclepiadis ſyriacae cultura et vſus 329
Aſphalti indoles varia 217. hinc olei virtus dubia ib.
Aſthma periodicum ſiccum ſanatum 107. humidum, in eo remedium 558. tophoſum in eo nouum remedium 637
Aſthmaticorum morborum genera et ſpecies 447
Aſtrorum influxus in C. H. affirmatus 58
Atreta 648
Atrophiae remedium nouum 637

Aubray, ab acad. reg. chirurg. Pariſina praemium accepit 372
Aues, earum hiſtoria 33 ſq. 669. quaedam deſcriptae 7. 10. 11. rariores 11. praeparandi et in muſeis conſeruandi modus 486. 488. earum genera, ordines, claſſes, characteres, imaginesque 669. earum genera in Germania 670
Aurelianus Caelius, acutorum morborum libri tres et chronicorum libri quinque 703
Aurium tarditas, in ea remedium 135. fructura 538. nerui 539
Aurum laruatum 28. eius geneſis et lotio in Banato 500. minerae ad Nagyagam 346. 500 ſq. 502.

B.

Baker Henr. obiit 730
Balneorum variae ſpecies et vſus 55. vſus in febribus 138. frigidorum vſus inſignis in morbo neruoſo 280 ſq. tepidorum vſus in melancholia hypochondriaca 390. tepidorum ex aqua marina vſus 406. in vaporoſis affectionibus 517
Bang Ian. neruorum ceruicalium anatome 546
Barth, anat. prof. Vindobon. 373
Baſaltes, lapis, eius natura et docimaſia 24. 342. origo 529
Baſſi, Ferdinand. obiit 373
Beireis Godofr. Chph. prof. therapiae et botanices Helmſtadienſis 553
Berger, Chriſt. Io. med. chirurg. et artis obſtetriciae prof. in acad. Kilon. 372
Bergius Chr. Io. Profeſſor chirurgiae et artis obſtetriciae Kilonienſis 554
Berliniſche Sammlung zur Beförderung der Arzneywiſſenſchaft, der Naturgeſchichte, der Haushaltungskunſt etc. 1 *und* 2*ter Band* 314. 3 *und* 4*ter Band.* 525
Berolini ſocietas phyſica inſtituta 142. eius leges et membra ib.
Betulae ſpecies variae 221. ſeminatio et vſus 227. ſucci vſus in podagra 134
Beyträge zur Waſſergeſchichte von Böhmen. 1ſter Band 507
Bilis varia 694
Bituminum natura 338
Blankenburgenſes muſci incruſtati 526
Bohemiae hydrologia ſeu fontes medicati 507 ſqq.
Boracis ortus et praeparatio 338. vſus in menſtruis ciendis 97
Bories, a ſocietate reg. ſcient. Monſpelienſi praemium accepit 144
von Born. Ignatz. *Briefe über mineralogiſche Gegenſtände auf ſeiner Reiſe durch das Temeswarer Bannat, Siebenbürgen etc.* 496
Botanicae obſeruationes 9. 16 ſqq.

Boum morbus contagioſus, de eius hiſtoria, praeſeruatione et curatione monita 367 ſqq. luis inoculationis vſus dubius 367 ſq.
Bourbon Lancy thermarum vſus 653
Bracheriorum puluinaria, de iis monita 401
Braſſica, eam contra erucas tuendi modus 273 ſq. eius vſus in pectoris morbis 136
Bromfeild's, William, Chirurgical obſeruations and caſes. Vol. I. II. 404
Bronchiorum polypi 611
Bronchotomiae vſus in angina 654. bronchotomus nouus 656
Bruxellenſis ſoc. caeſ. reg. ſc. theſis ad ann. 1775. 550
Bucholtz, Guil. Henr. Sebaſt. ſociet. ſcient. vtilium Moguntinae ſocius ord. 150
Bucquet, Introduction a l' etude des corps naturels, tirés du regne mineral. Tom. I. II. 329
Bunii bulbocaſtani maioris et minoris differentia 18
Buphthalmi ſalicifolii et grandiflori differentia 21
Burdegalenſis acad. reg. ſcient. theſis et praem. ad ann. 1776. dilatum 147
Büttners, Chph. Gottlieb. *Sechs ſeltene anatomiſch chirurgiſche Wahrnehmungen* 301
Butyri liquati vſus antidotus contra vermes gordios 288

C.

Cacaliae ſpecies quaedam 21
Cacao ſeminum differentia 310. oleum eiuſque vſus ib. examen chemicum 311. fructuum cortex, de eo experimenta ib. comparatio cum coffea 312. effectus et vſus ib.
Cachexiae, morborum ordo, eius genera et ſpecies 448 ſq. in ea remedium 637
Cacti floris foecundatio a polline 317
Caeſareae ſectionis neceſſitas et inſtitutio 64 ſq. feliciter inſtitutae obſeruatio 67 ſq. in vna femina ſepties inſtitutae obſ. 399
Calcareae terrae ortus et analyſis 339
Calcarei lapidis ſpecies 22. metamorphoſes 23. ſoliditas vnde? 339
Calcareorum montium in Italia ſtrata 248
Calcis viuae acidi natura 263. effectus in ſalem ammoniacum 333
Calculi, eorum geneſis et frequentia 425. nucleus ligni fruſtulum 654. ex tumore ſubduro ſub vmbilico rupto elapſi 303. fellei et renales, eorum analogia et origo 115. 696. biliarii per anum excreti obſ. 61 ſqq. inteſtinales, de iis obſeruationes 353. renales de iis obſeruationes 426 ſqq. eorum ortus 99. ſigna 425. 429. ſublingualis obſ. 326. veſicae in feminis curatio 416. 58. quinquaginta octo vna

vna vice ex veſica pueri extracti 113. intra veſicam et inteſtinum rectum 415. in vtero ib. contra eos remedium 53. 530. pulmonum in duobus fratribus 697. fellei ib. ſectio vid. *Lithotomia.*
Calendarium florae Carlſcronenſis 273
Caluae volumen varium 692. hydrops ib.
Camelorum gibberis cauſſa 32
Campechenſis ligni decocti vſus in diarrhoea 457
Camper, ab acad. reg. chirurg. Pariſina praemium accepit 146
Camphora, de ea cum ſalibus acidis et alcalinis commiſta experimenta chemica 400. eius vſus in mania 213. ſq. in morbis exanthematicis vſus noxius 135. in acutis vſus 678. vires narcoticae 719. calefaciens vis ib.
Canalium ſemicircularium vſus 542. auditus cauſſa 543
Cancer, morbus, in eo remedium 52. 459
Cancroſorum tumorum ſubſtantia duplex 49
Canini machina ingenioſiſſima ad vim magneticam augendam 556
Cannae radix in vlceribus capitis lactantium 647
Cannabis, num et quomodo braſſicam contra erucas tueatur? 273
Cantharidum vſus et abuſus expoſitioni praemium conſtitutum 370. externus in paralyſi 720. in aliis morbis ib.
Capitis ſiniſtri lateris ictus cum ſecuto ſtupore paralytico in corporis latere dextro 401. tumores varii in neonatis 354. 647
Capra ſaiga, animal 8
Carbonum ligni vis electrica 486 ſq.
Carcinoma, contra id vnguentum 134. remedium nouum 637. per totum corpus fere ſaeuiens 681
Cardamine antiſcorbutica 465. antiepileptica 690
Cardui noua ſpecies 117
Cariei maxillae inferioris ſanatae caſus 302. parietalium pinguia conducunt 650. oſſis femoris ſponte fracti caries venerea 691
Carlinae ſpecierum quarundam differentia 20
Carlſcronenſis florae calendarium 273
Carpaticorum montium ſaxa et mineralia 506 ſq.
Carpini ſpecies quaedam 222
Carthami tinctorii floribus inficiendi lanas experimenta 614
Caſcalotte, acaciae ſpecies 462
Caſtaneae ſylueſtris vtilitas 92
Caſtor moſchatus animal 325. Caſtorei vis antiſpaſmodica parua 719
Cataplaſma aduerſus vermes infantum 52
Cataractae operatio per extractionem, de ea monita 71 ſq.

Catheteris applicatio, de ea cautelae 415
Cauſticorum vſus et abuſus in oſſium exfoliatione 412. pone aures applicatorum vſus in morbis oculorum 99
Cauteriorum antiquitas 55
Celluloſae telae ſenſibilitas probata 422. 424. 599
Cera a Calau compoſita 667
Cerebri abſceſſus epilepſiae cauſſa 203 ſq. commotionis curatio 405. 418. defectus in fetu 397. herniarum cura 49. infundibulum 543. eius via et vſus 544 ſeq. ganglia v. *neruos.*
Cereolorum praeparatio et vſus 416
Ceruicalia ganglia 546. nexus cum neruo intercoſtali ib. ſeqq.
Ceruus camelopardalis, animal 472
Chaerefolii virtus antihydropica 133
Chamaemeli virtus emolliens dubia 51. antiſeptica et antifebrilis 534
Chamaeropis humilis foecundatio 325 ſq.
Chamlon, ab acad. reg. chirurg. Pariſina praemium accepit 146
Champeau, ab acad. reg. chirurg. Pariſina praemium reportauit 146
Chappe d'Auteroche, Voyage en Californie 460
Charpentier Io. Frid. Guil ſociet. Gottingenſis correſpondens 554
Chauſſier, ab acad. reg. chirurg. Pariſienſi praemium accepit 146. 372
Chelidonii ſucci vſus in verrucis 265
Chemiae vtilitas in oeconomiam 93. ſublimioris inſtitutiones 258
Chionanthus Virginica 222
Chirurgicae obſeruationes 709. et caſus 351 ſqq. 404 ſqq. chirurgica pharmacopoea 46. 50 ſq. chirurgicum compendium 46. chirurgica inſtrumenta 655. noua 656
Chlamydiae noua ſpecies eiusque vſus 466. 468
Chloroſis in ea remedium 637
Chocolatae praeparatio et conſeruatio 310. effectus et vſus 312 ſq. americanae praeſtantia ib. vſus in morbis 312 ſq. detrimentum et noxa 313. mangoniſatio ib.
Chondropetalum, nouum graminum genus 230
Chuchelenſis fons medicatus in Bohemia, eius natura 510
Chymiſche Abhandlung von Salpeter 261
Cicutae effectus et vſus in cancro mammae 654. 397. 648. in ſcrophulis ib. in morbo cutaneo 652. in grauida et eius fetu 681
Cinnabaris minerae variae 501
Citrii mali acinorum virtus contra aſcarides 136
Clathrorum noxa 635
Clauaria militaris crocea 114

Claudicationis periodicae cauſa et curatio 412 ſq.
Clethra alnifolia 222
Clyſmatum frigidorum vſus in colica hyſterica 644
Cobalti docimaſia 343 ſq.
Cochleae terreſtres circa Wismariam et Thangelſtedt reperiundae 324
Coecum inteſtinum cum appendice vermiformi ano excretum 402
Coffeae ſeminum comparatio cum cacao 312
Coitus fruſtranei effectus 285
Colicae neruoſae Indiae occidentalis curatio 457 ſq.
Collin, Matthias, inſtitutt. phyſiol. et materiae med. prof. Vindobon. 373
Colorum ſyſtema 665. primarii ib. obſcuriores 666. colorum mixtio ib. 667. nomina ib.
Coloſtri in neonatis noxa 102
Columbae radicis vſus in cholera 457
Cometarum vſus et effectus in ſolem et planetas 290. cometae a 1771. viſi orbita et motus conditiones 291
Commerſon, obitus et legatum 151
Commune ſal v. *ſal*
Conchylia, eorum muſeum ſyſtematicum 122. teſtacea vid. *Teſtacea.*
Contrafiſſurae 649
Contagium varioloſum vid. *Variolae.*
Continentium febrium natura et cauſſa 81
Conuulſiui motus a vermibus 73. a ſcolopendra 535. gravidarum diuerſi 685
Coralliorum origo dubia 530
Corallina vulgaris officinalis, de eius natura experimenta chemica 204 ſq. eius anthelmintica virtus ab odore bituminoſo 205
Cordis vis, motus et actio 432 ſq. varietas in variis animalibus 209 ſq. leonis anatome 13. ventriculi vacui 693. in iis polypi ib.
Corium praeparandi idque flauo et rubro colore, vt Turcae, inficiendi modus 366
Corneum griſeum ignis ope findendi modus improbatur 504
Cornua animalium quid ſint? 33
Corporis humani ſyſtemata varia 431. actiones et vires 432
Corpora naturalia ſeruandi ratio 536. lucentia 657
Corſica flora aucta 119
Corticis Peruuiani vſus 678
Coryli ſpecies 222
Cotunnius Dominic. de aquae ductibus auris humanae internae 538
Crantz. Henr. Ioach. Nepum. a munere prof. inſtitutt. phyſiol. et mater. med. ſe abdicauit 372
Crataegi ſpecies quaedam 222
Crellius Flor. Laur. Frid. medicinae theoreticae et materiae medicae profeſſor Helmſtadienſis 553

Crocus non exaeſtuans remedium 719
Croup anginae ſpecies 611
Cruris fracturae inſeruiens machina 363. amputatio vid. *Amputatio*.
Cruſta inflammatoria 710
Cryſtalli, earum origo et formatio 24. de earum generatione obſ. 503 ſq.
Cuculi fons medicatus in Bohemia 511
Cucurbitularum vſus 56
Cullen ſynopſis noſologiae methodicae 716
Cuprum natiuum et mineraliſatum 27. eius docimaſia 27. 346. tractabile reddendi conſilium 499. eius minerae circa Saskam repetiundae 498. mineras in Noruegia torrendi modus 286. ſcoriae vid. *Scoriae*.
Curculio 536
Curcumae vſus in ictero 678
Cuticulae manus ſeceſſus ſpontanei caſus 494
Cyperus, graminum genus eiuſque ſpecies 231
Cyprinus, piſcis, eius character genericus 348. familiae et ſpecies definitae ib. ſq. ſpecies quaedam 277. chalcoides 15

D.

Daemoniaci 635
Daſypus, de eo obſeruata 31
Dauci ſylueſtris vſus in calculo 319
Daurica v. *Hirundo*.
Debilitates, morborum ordo, eius genera et ſpecies 446 ſq.
Dentitio difficilis, in ea gingiuae inciſio laudata 412. retardata et accelerata 648
Dentium extractioni inſerviens inſtrumentum emendatius 364 caries vnde 650
Diaphyſes oſſium cylindricorum laeſae et curatae 675
Diaphragmatitis vid. *Paraphrenitis*.
Diarrhoea applicato cauterio curata 69 ſq. cruenta neonatorum non letalis 690
Didelot inſtruction pour les ſages femmes 627
Digeſtio laeſa 515
Dippelii oleum vid. *Oleum*.
Diuionenſis acad. ſcient. theſis ad ann. 1776. dilata 144
Diuretica a diaphoreticis non ſunt ſeparanda 720
Dobritſchanus fons medicatus in Bohemia 510
Dolores, morborum ordo 443. eius genera, ſpecies et varietates ib. ſqq.
Doſſie's, Robert, Memoirs of agriculture and other oeconomical arts Vol. I. II. 364
Dragearum Keyſeri effectus dubius 53
Dyſenteriae recidiuam praeſeruandi remedia 98

E.

Eberhardus Iod. profeſſionem Gottingenſem recuſauit 729
Ebur Sibiricum quid? 321
Echinorum genus 605. mammillatorum aculei ſunt lapides iudaici ib.

Effluuio-

Effluuiorum nocentium genera vt cauſſa morborum 100. effluuia 659
Egranarum acidularum natura 511. 673
Eiſen. Io. Geo. nummum accepit 555
Electricitatis in paralyſi vſus 458. 637
Electrica materia 659
Emeticorum noxa in morbis grauidarum 65. vid. *vomitoria.*
Emollientium vſus in priapiſmo et retentione vrinae 652
Emphyſema a fractura coſtarum 414. 418
Encephali conſiſtentia triplex 693
Enteritis, de eius curatione monita 299
Entomolithus paradoxus 525. ii ficti iudicantur 605
Epidemici morbi a 1771. et 1772. in circulo Iglauienſi graſſati, eorum ſymptomata et cauſſae 56 ſqq. prognoſis 58 ſq. curatio 59. prophylaxis ib.
Epilepſia, eius natura, cauſſae eique medendi methodus 94. 698. eius prognoſis 700. in ea remedium ſpecificum 93. 700. Chronica, in ea remedia 280. 700. ex carie oſſis occipitis et abſceſſu cerebri oriunda 203. ſpecifica periculoſa 701
Equorum morbus ex abietum foliis, eiuſque remedium 401 ſq.
Erinaceus auritus, animal 8. 10
Erxleben, Io. Chriſt. Polycarp. ſociet. reg. ſcient. Gotting. membr. extraord. 373
Eryſipelatis natura 82 ſq. diſtinctio 296. genus ſingulare eiuſque curatio 407
Euaporatione ſoluta materia 659
Excretionum nimiarum cauſſae et curatio 456 ſq.
Exfoliatio v. *oſſa.*
Exophthalmiae caſus 356
Exoſtoſis ad maxillam inferiorem exſtirpata 301 ſq.

F.

Fabarum ſemina combuſta in haemorhagiis vteri 520
Fabricius, Phil. Conr. obiit 373
Faſciae tortilis vſus 714
Faure, acad. reg. chirurg. Pariſinae ſocius 371
Febris, quid ſit? 81. 293. eius cauſſae ib. acuta ex ſuppreſſione menſtruorum orta 395. acutae neruoſae ſporaticae ſymptomata et ſpecies 87. amphimerinae epidemicae curatio 59. ardens, de eius curatione monita 295. biliosa, de eius curatione monita et remedia ib. lentae neruoſae natura, cauſſa et curatio 87 ſq. 688. vrticata ſingularis 644. lactea letalis 650. miliaris lactea 654. de variis febris ſpeciebus monita practica 687. continentes 688. irregulares ib. hemitritaeae

tritaeae ad remittentes pertinent 717
Febrium natura et curatio 685. ordines, genera et ſpecies 80. genera, ſpecies et varietates 438 ſqq. 685. declarationi optimae praemium conſtitutum 147. indicationes et medela 293 ſq. in iis remedia externa 294 ſq. catarrhalium cauſſa proxima 295. continentium natura et cauſſa 81. continentium putridarum diſtinctio et natura 84. in iis ſignum certum 726. exanthematicarum natura ib. gaſtricarum natura et diſtinctio 85. inflammatoriarum curatio, de ea monita 455. intermittentium conditio et cauſſae 88 ſq. 294. in iis remedium 97. lentarum chronicarum et neruoſarum differentia, ſigna et cauſſa 296. neruoſarum cauſſa 137. atactarum ſeu neruoſarum character et natura 85 ſq. cauſſa et curatio 86 ſq. putridarum ſpecies, cauſſae et curatio 83. remittentium diſtinctio et natura 84 ſq febrilium ſymptomatum mitigatio 294. in quartana et lenta nouum remedium 637
Fellea veſicula cum duodeno arcte coalita 694
Femoris fracturis inſeruientes machinae variae 362 ſq. fractura ſymptomatibus ſingularibus ſtipata 355. fractura in iuuene venereo 691
Ferbers, Ioh. Iacob. *Briefe aus Wälſchland über natürliche Merkwürdigkeiten dieſes Landes* 244. Idem hiſtoriae naturalis profeſſor in Mitauienſi gymnaſio 553
Ferrum, eius docimaſia 27. 345 ſq. natiuum nudum dubium 27
Ferulas parandi et in fracturis applicandi modus 414
Fetus monſtroſus ſine cerebro 397. caput inuſitatum 544. fetus obſeruationes 646. gemelli 648. monſtroſus 650. fetus inquietudo in vtero a cicuta 681. fetus mors ex grauidae conuulſionibus ſalua matre 684. ſemioſſeus in ouario ſiniſtro repertus 110. humani vita 606. 630
Ficus Cayannenſis vis medica 400. ſucci lactei virtus anthelmintica 63 ſq. vſus et doſis 64
Fimi generum et vſus in Gallo- Prouincia expoſitioni praemium conſtitutum 145
Flatuum ortus 515
Flora Corſica aucta 119
Florentiae noua academia practicarum diſciplinarum fundata 250
Florentinae acad. agriculturae (*Georgofili*) theſes et praemia ad ann. 1774. 148 ſq.
Fluminis alueum dato loco profundiorem reddendi modus 274
Fluor albus, in eo remedium 136. in eo iniectiones vtiles 100
Fluoris

Fluoris ſpatoſi ſeu mineralis *Wall.* natura 339. eiusque acidi examen chemicum 275 ſq.
Fluxus hepaticus vnde 651
Fomenta frigida in hyſterica colica 644
Fonticuli adminiſtratio et vſus 55. in capite et intra coſtas vſus 405. in pede vſus in obſtructione catameniorum 398
Fontes ſoterii vid. *Aquae medicatae.*
Foramen ouale in adultis apertum 48
Forceps Cl. Viet inutilis 650
Formicarum ſpecies ſingularis 466
Foſſilium rerum reductio ad genera cet. 604
Fracturae oſſium, earum cauſſae 360. iis medendi modus 361 ſq. 413 ſq. patellae cura 413
Fraxini ſpecies quaedam 223
Frigoris gradus in freto Hudſonis 486
Frumento ſiccando apta aedificatio 282. frumenti macerationis in lixiuio vſus contra rubiginem 366
Fucus giganteus 465
Fuirena, nouum graminum genus 233
Fulguris effectus ſingulares 214
Fulminis effectus ſalutaris in homine quodam 463
Fungos in cera fundendi modus 316. campeſtrium et clathrorum noxa 535
Fundendi metalla machina 557
Funiculi ligatura circa eam cautiones 646

G.

Gadus piſcis, Nawage Ruſſis dictus 7. virens Linn. eius piſcatura in Noruegia 269
Galegae florum vſus 264
Galliae aquarum mineralium recenſio 54
Gangliorum vſus in neruis 472 ſq. ceruicalium et thoracicorum deſcriptio et varietates 41 ſq.
Gangraena, eius ortus 456. inteſtini ilei ſubitanea 109 ſq. non inflammationis effectus 711. ſicca, critica, ſalutaris 712. remedia contra eam ib.
Garçon et fille hermaphrodites 632
Gaſtritis, eius exitus peculiaris 298
Gemellorum partus ſingulares 106. 402. 648. eius ſigna dubia 106 ſq.
Gemmarum natura 342. color vnde? 24
Generationis theoria 48
Genu tumor albus 406. tumorum ſub patella inciſio 407
Gerhard, ſociet. phyſicae Berolinenſis ſocius 142
Gigantes Patagonici 464 ſq. 471 ſq.
Gilchriſt Ebenez. obiit 555
Giraffae, animalis deſcr. 320. 472
Glandularum obſtructiones, in iis ſpecificum 93. 636. articularium contuſiones effectus et curatio 413

Glandum toſtarum praeparatio virtus et vſus in obſtructionibus glandularum aliiſque morbis 636
Gleditſch, ſociet. phyſicae Berolinenſis ſocius 142
Glirium nouum genus 5. 8.
Gmelin Sam. Gottl. obiit 555.
Gmelin Io. Frid. medic. et philoſoph. Profeſſor Gottingenſis 729
Goeze vertit germanice Trembley de polypis et Geer de inſectis 557
Gordii vermes vid. *Vermes.*
Gordonia, nouum arboris genus 495
Gottingenſis ſociet. reg. ſcient. theſes et praemia ad ann. 1775. et 1776. 371. 552. noui comment. Tom. III. et IV. 597
Gouan, Ant. illuſtrationes et obſeruationes botanicae 16
Gradlitzenſis fons medicatus in Bohemia 511
Graminum deſcriptiones et icones 228. genera noua 229 ſqq. ſpecies 230
Granites natura et analyſis 341
Grauidarum pulſus, ex eo fetus ſexum dignoſcendi modus 399 ſq. in iis concubitus noxa 524. grauida a natiuitate 526. iuuenis grauidus ib. circa grauidas monita 628 in grauida vulnus abdomnis ſanatum 650
Green, obitus 468
Greding Io. Ern. obiit 730
Gruner, Chriſt. Godofr. cenſura libror Hippocrateorum 127. ſociet. ſcient. vtilium Moguntinae ſocius ord. 150
Guldbrand doctoris honores eſt adeptus, cum nuptiae regii principis eſſent 553
Gummi carannae vſus 264. guttae vſus largior commendatus 50. kikekunemalum, loock et galda, eorum vis cardiaca et diſcutiens 265. ſarcocollae vſus externus ib.
Gunner Io. Ern. obiit 556
Günther. Frid. Chriſt. mortuus 151
Günz Iuſt. Guil. Waldheimenſis ptochotrophei medicus eſt factus 730
Gymnoti electrici vis magnetica 325
Gypſi natura et analyſis 340. gypſi *Wall.* phoſphoreſcentia vnde? 333

H.

Haaſe Io. Gottlob diſſ. de gangliis neruorum 547
Haemoptyſis, de eius curatione monita 299. 457. aqua glaciali ſanata 398
Haemorrhagiae, earum ſpecies 442. arteriarum, eas quomodo natura ſiſtat 358. 711. vteri eiuſque diſtinctio et cura 520. ſiſtendae inſtrumentum 656
Haemorrhoides, de earum cauſſis et curatione monita 300 ſq. ex vagina vterina exitum molientes 108. caecae, in iis remedium 133
De Haen. Ant. rationis medendi in noſocomio practico Tom. XV. 633

Haganae

Haganae ſocietatis doctae et patriotarum theſ. et praem. ad ann. 1774. 370
Hahn, Io. Dan. Orat. de vſu venenorum in medicina 307
Halotrichum, ſal. 24
Hanow Mich. Chr. obiit 556
Harmens Guſtau. obiit 731
Harlemenſis ſociet. ſcient. commentarii Tom. XIV. 203. theſis in a 1777. 551
Haſſelquiſtia, planta 18
Hawkesworth's, Iohn, Account of the Voyages by the ordre of his preſent Maieſty for making Diſcoveries in the ſouthern hemiſphere cet. Vol. I. II. III. 463
Helix ianthina et violacea 465
Hellebori nigri extracti vſus in mania 280. 529
Hell ſocius exterus ſociet. Gottingenſis 554. de vi magnetis medica 556
Helmintholithi 605
Hemerocallis noua ſpecies eiuſque vſus 466. 468
Hemicrania a verme in nare hoſpitante 113
Hemiplegiae cauſſa externa 649
Hepar ſulphuris vid. *Sulphur.*
Hepatis abſceſſuum poſt laeſionem capitis ortus 456. abſceſſus 651. fluxus hepaticus v. *fluxus* in eo cyſtis et materies lapidea 653
l' Heritier, ab acad. reg. chirurg. Pariſina praemium accepit 146. 372
Hermaphrodites Garçon & fille cet. 632
Hermaphroditus ad ſexum virilem pertinens 14. 632. ad femininum ib.
Herniae incarceratae gangrenoſae naturae ope ſanatae 399. ſphaceloſae curatio 649. inteſtinalis et connatae complicatae operatione feliciter curatae caſus 421 ſqq. abſceſſu ſolutae, vbi ex rupto inteſtino multi vermes exierunt, caſus 75. ſcrotalis incarceratae operatio 396. herniarum cerebri cura 49. inguinalis mira hiſtoria 654. congenita cum deſcenſu teſticuli 694
Heronis fons vid. *hydrauli.*
Hewſon, Guil. obitus 373
Hildanorum tuſſis et febris 319
Hill, Io. noua horti Malabarici editio indicatur 152
Hippocaſtani corticis eiuſque ſalis vſus febrifugus 115
Hippocrates, quod ſecuerit corpora humana, negatur 131 ſq. Hippocrateorum librorum cenſura 127. genuinos a ſpuriis diſcernendi notae 129. genuinorum recenſio 131
Hirundo Daurica 538
Holmiae theſis et praemium ad nouam ſocietatem agriculturae conſtituendam ad ann. 1775. deſtinatum 149 ſq.
Holothuria phyſalis 465
Homo troglodites 30
Humeri

Humeri luxati reductionis modus 356. 411. 418. in articulo amputationis modus 409 ſqq. articuli immobilitatis cauſſa et curatio 414
Hunauld, Petr. Diſſ. ſur les vapeurs et les pertes de Sang. 513
Hungariae montium iuga eorumque mineralia et fodinae 505 ſqq.
Hyaena, animal 323
Hydatides in cerebro epilepſiae cauſſae 725
Hydrargyri fodina fertilis 245
Hydrauli pneumatici Schemnitienſis deſcriptio 614
Hydrocephalus rarior 523. eius curatio 648
Hydrologia Bohemica 507
Hydrophobiae ab ira ortae caſus 318. ſanatae caſus 108. contra eam remedium 649. 654
Hydrops ſanatus 652. in vario hydrope reſorptio 682. remedia varia 724. ouarii vid. *Ouarium.*
Hypericum Kalmianum 223
Hypochondriaci mali ſedes et curatio 100. in eo nouum remedium 637
Hyſterici mali curationis caſus 396 ſq. 516. 651
Hyſtrix criſtata 31. hyſtrici ſimilis homo 526

I.

Iaculi muris deſcriptio 537
Ichthyologiae Lipſienſis ſpecimen 347. Hiſpanicae fragmenta 111
Icterus, in eo remedia 99. nouum 637. eius cauſſa in neonatis 646
Ieiuni inteſtini ſingularis cum rene coniunctio 428
Ierboae noua ſpecies 466
Ignis ſubterraneus in effodiendo puteo conſpicuus 215. ignis 659
Igniuomus mons vid. *Mons.*
Ilei inteſtini gangraena ſubitanea lethalis cum ſignis inſolitis 109 ſq. appendix 694
Illicii *Linn.* noua ſpecies 495
Incraſſantium vſus in febribus inflammatoriis 98
Indicae luis hiſtoria 111
Indorum in Vera cruce ſtatura et ratio 461
Infantum educationis phyſicae expoſitioni praemium conſtitutum 370. morbi, eorum claſſes et genera 454
Inflammationis cauſſa et theoria 435. 707. effectus in ſanguinem 493. curatio, de ea monita 456
Inflammationum ordo, genera et ſpecies 441 ſq. differentia 82. 709
Inflammatoria cruſta 710
Inoculatio variolarum, de ea obſeruationes 306 contra eam epiſtolae 116. eius vſus dubius 368. luis bouinae, eius vſus dubius 367 ſq. morborum quorundam 530. quando eſt inſtituenda 687
Inſecta colligendi modus 139. eorum nouae ſpecies 10. necandi modus 527. 532.
Inteſti-

Inteſtinorum ſub calculi ſectione e vulnere prolapſus 415. habitus varius 693
Ipecacuanhae vſus in dyſenteria 457. in haemoptyſi ib.
Irritabilitas partium C. H. 597. 607
Iſchiadicum malum, in eo remedia 133
Iſenacenſis agri plantae 117
Islandicae plantae 114
Italiae res naturales notatu digniores 244 ſqq.
Iuglandis ſpecies quaedam 223
Iuniperi baccarum infuſi vis lithontriptica 134. olei deſtillati vſus in gonorrhoea ib.

K.

Kaempferi amoenitatum verſio germanica aucta 557
Kaieput olei virtus antiſpasmodica 136
Kaolin vid. *Terra porcellana.*
Kermes mineralis vſus in peripneumonia 398
Klinkoſch Ios. Thad. progr. ſiſtens hydrocephalum rariorem eiuſque cauſſam 523
Koelreuteria, nouum plantae genus 15
Kongl. Vetenskaps Academiens Handlingar för Aor 1771. Vol. XXXII. 265
Kraſcheninnikoua, nouum plantae genus 15
Kratzenſtein Chr. Gottlieb Decanus Hafniae eſt creatus 553
Kretſchmar, Sam. obitus 151
Kühn, Aug. Chriſt. *kurze Anweiſung Inſekten zu ſammlen* 139
Kyllinga, nouum graminum genus 231

L.

Labii leporini curatio 49. 646
Lac ex mammis puerperarum educendi antlia eiuſque vſus inſignis 101 ſqq. roſeum in mamma puerperae 396. ficus Caiannenſis, eius virtus anthelmintica 63 ſq. vſus et doſis 64. lactea metaſtaſis 650. inſignis in abdomine paracenteſi curata 70. aſininum artificiale 536
Lacerta gecko 35
Lactatio fetus, num a matre fieri debeat? 402, eius impedimenta 645
Lagotis glauca, planta 9
Lamberts I. H. *Beſchreibung einer mit dem Calauiſchen Wachſe ausgemahlten Farbenpyramide e.c.* 667
Lange, Io. Henr. miſcellae veritates de rebus medicis. Faſcicul. I. 133
Lapis corneus vid. *Corneus.*
Laruas inſectorum quaerendi et colligendi modus 139. nutriendi et conſeruandi modus 140

Larus crepidatus, noua ſpecies 465
Laſſus, ab acad. reg. ſcient. elegant. litterar. et artium Lugdunenſi praemium accepit 143
Ledi decocti vſus externus in ſcabie 265
Legumina combuſta in haemorrhagiis vteri 520
Leo, de eo obſeruata 31. eius muſculi et nerui 12. cordis et vaſorum anatome 13
Leske, Nathanael. Godofr. Ichthyologiae Lipſienſis ſpecimen 347. Idem profeſſor hiſtoriae naturalis Lipſienſis 554
Lethargi ſingularis curatio 325. periodicus 533
Lichtenberg reg. ſc. ſoc. Gottingenſis ſodalis 554
Lichtenſtein Georg. Rudolph. profeſſor medicinae extraordinarius Helmſtadienſis 553
Lienis ruptura 302. obſtructio ex quartana 533. praeternaturalis 593
Lieutaud, medicus primus Regius 373
Limnanthemum peltatum, nouum plantae genus 9
Ligatura in epilepſia 702. 725
von Linne, Car. *vollſtändiges Naturſyſtem von* P. L. St. Muller. 1. 2. *und 3ter Theil* 28. ſyſtema vegetabilium ſecundum claſſes, ordines, genera, cet. Edit. XIII. auct. 620
Liquor anodynus mineralis *Hoffm.* eius definitio 207. de eius praeparatione monita 205 ſqq. fumans ex ſtanno et mercurio ſublimato paratus, eius qualitas 109. nitri fixi vid. *Nitrum.*
Lithanthracum fodinas detegendi rationi expoſitae praemium conſtitutum 148. in fabricas manuarias commodorum et damnorum expoſitioni praemium deſtinatum 145
Lithanthrax, quid? 338. vitriolicus ib.
Lithotomiae noua inſtrumenta 657. operatio feliciter peracta 302. ſectione laterali methodus 415. ad eam pertinentia inſtrumenta ib. 418 ſq. in feminis ratio 416. lateralis 653
Locuſti 537
Lolii temulenti vſus externus in carcinomate 265
Londinenſis ſocietatis medicorum theſis et praem. ad ann. 1775. 147
Lophii piſcatorii anatome 36
Ludwig, Chriſt. Gottlieb, memoria ſ. vitae deſcriptio 153 ſqq. ſcripta 182 ſqq.
Ludwig, Chriſt. diſſ. de aethere varie moto cauſſa diuerſitatis luminum 657
Lugdunenſis acad. reg. ſcient.

et artium theſes et praem. ad ann. 1775. 143 ſq.
Lugdunenſis colleg. medic. Gallic. qu. et praem. ad ann. 1776. 729
Luis indicae hiſtoria 111. Bovinae auxilium 536. Bouillae agri Bernenſis 609. in venerea nouum remedium 637
Luminis exiſtentia et varietas et theoria 657
Lunae influxus in C. H. affirmatur 58. in menſtrua 519
Luſus ingenii 515
Luxatio completa partis ſuperioris radii 74. brachii 649
Lychnanthus volubilis, novum plantae genus 8
Lycoperdi vſus 711
Lyſons practical eſſays upon intermitting fevers dropſies cet. 723

M.

Macbride's, Dau. methodical introduction to the theory and practice of Phyſic. Vol. I. II. 430
Madrepora petrefacta in monte Hungariae reperta 505
Magneſiae docimaſia et ſpecies 344 vſus ſingularis 518
Magnetis artificialis vſus medicus 324. 556
Malti infuſi vſus in ſcorbuto 459
Malus hieme florens 327
Mammae ſcirrhoſae amputatio, poſt eam vulneris deligatio rara vtilis 400. cancroſae amputatio in grauida 681
Mammarum papillarum fiſſurae, in iis remedium 134. ſcirrhi, in iis remedium ib. abſceſſus 645. duritiei remedium ib.
Mania, de eius curatione monita 459. 529. cortice peruuiano curata 212 ſqq. camphora ſanata 214
Manis Linn. noua ſpecies 483
Manna, ex quanam arbore colligatur, eiuſque differentia 487
Mantuanae acad. reg. ſcient. theſis et praem. ad ann. 1775. 147
Manuel de jeune Chirurgien. Tome I. II. 45
Margae vſus et differentia 318
Marmor album producendi modus 484
Marmorum antiquorum diuiſio 253
Marocquier, ab acad. reg. chirurg. Pariſina praemium accepit 146
de la Marque, iun. ab acad. reg. chirurg. Pariſienſi praemium reportauit 146. 373
Marrubii pulueris vſus in aſthmate humido 135

Martini Bonauent. obiit 555
Martini, Friedr. Heinr. Wilh. *neues ſyſtematiſches Conchylien Cabinet 2ter Band* 122. ſociet. phyſicae Berolinenſ. ſocius et Secretar. 142
Maſſilienſis acad. ſcient. et artium theſ. et praemia ad ann. 1775. 1776. et 1777. 145
Mauqueſt de la Motte vid. *de la Motte.*
Maxillarum in homine cohaeſio ſingularis 465. exoſtoſis vid. *Exoſtoſis.*
Mead, Rich. monita et praecepta medica. Auctore Clifton Wintringham 96
Meckel, Io. Frid. tractatus de morbo hernioſo congenito ſingulari et complicato feliciter curato 421. obiit 555
Medicamentorum diuiſio 264. ſpecificorum obſeruationes 678
Medicinae theoreticae et practicae ſyſtematica introductio 430 ſqq. tironibus inſeruientium librorum enumeratio 511 ſq. eius hiſtoriae tractandae ratio 707
Medicorum Hungariae et Tranſyluaniae vitae 638
Medullae ſpinalis commotio 649. compreſſio 689
Melancholiae hypochondriacae ſanatae caſus 399
Melancholico maniacorum et epilepticorum ſectiones 677. 689. 692
Meliloti virtus emolliens dubia 52
Menſtruus fluxus in infante neonato obſeruatus 122. nimius de eius curatione monitum 300. eius ſuppreſſionis reſtitutae caſus 398. in eo lunae influxus 519
Mercurii docimaſia 343. dulcis in parua doſi vſus in morbis venereis 315 ſq. praecipitati albi praeparatio et vſus 289. ſublimati ſapor fortior vnde? 334. vſus in morbis venereis 50. 53. cum aqua cocti vſus in lue venerea 136. in amauroſi non prodeſt 613. eius varius vſus et effectus 726
Merſi 634. remedia eorum ib.
Metallorum geneſis, mixtiones et partes conſtitutiuae 25 ſq. 259. natura et docimaſia 343. ea fundendi machina 557
Metaſtaſis purulentae materiae ſingularis 216
Meteororum influxus in vegetationem declarationi praemium expoſitum 145
Mictus cruentus a calculo 696
Milii pulueris vſus in prolapſu inteſtini recti 264
Millefolii vulgaris albi ſummitatum infuſi virtus antiſpasmodica 72. 74. 398
Millepedum virtus 52
Mineraliſantes ſubſtantiae 255. 333. 336
Minera-

Mineralium claſſes 23
Mineralogia ſyſtematica et practica 22. eius elementa 329. docimaſticae elementa 335
Mineralogica deſcriptio montium in banatu Temeswarienſi, Tranſyluania, Hungaria ſuperiori et inferiori 497 ſqq.
Minerarum diuiſio 330. quoad formam 255. ordines et genera 23. cupri Forsdalienſium in Noruegia torrendarum modus 286
Molluſcorum ſpecies nouae 465
Monnet, Diſſ. ſur l' Arſenic. 254
Monspelienſis ſociet. reg. ſcient. theſ. et praem. ad ann. 1775. dilatum 145
Monſtrorum bicorporeorum origo 7
Monſtroſus fetus ſine cerebro 397. 648
Montis igniuomi ſeu ſulphurei in inſula Iaua effectus triſtes 218
Montium iugorum in banatu Temeswarienſi, Tranſyluania et Hungaria tractus et deſcr. mineralogica 497 ſqq. calcareorum verſus Vngariam, Auſtriam et Styriam tractus 245. Vicentinorum Veronenſiumque natura, diuiſio et ſtrata 247 ſq.
Morbi definitio et natura 77. cauſſa et cura 78. ſacri caſus 458
Morborum ſyſtema naturale 78 ſq. varium 717. ſyſtematica diſtributio 435. 438 ſqq. ordines 435 ſq. ſigna 436. therapia generalis 437. claſſes 438. genera, ſpecies et varietates ib. ſqq. ſymptomata vniuerſalia 433. partialia et ſexus ib. ſymptomatum differentia 435. morborum quorundam inoculatio 530. morbi ſinuum frontalium 604. eorum cura ib. neonatorum 645 ſqq. nigri differentia 649. oculi nouus morbus 651. epidemicus 652. putridorum cauſſae 721
Morbilli parum differunt a roſeolis 687
Morgagni Io. Bapt. memoria ſ. vitae deſcriptio 731. eius ſcripta 746
Mori foliorum ſecundorum deſpoliationis aut decidentiae expoſitioni praemium conſtitutum 148
Moribundos erga officium 677
Mortuae ſimilis femina 515
Moſchi cum cortice Peruuiano miſti vſus in hydrophobia 108
Motus inteſtinus et progreſſiuus in febre 686
de la Motte, Guil. Mauqueſt, Traité complet de Chirurgie.

gie. 3. Edit. augmentée par Mr. Sabatier. Tom. I. II. 420
Moxae vſus in iſchiade 133
Mozart, puer muſicus 484
Müller, Otto Frid. *von Würmern des ſüßen und ſalzigen Waſſers* 233
Müller, Phil. Ludw. Statius *vollſtändiges Naturſyſtem des Ritters* Carl von Linné. 1. 2. *und 3ter Theil.* 28
de Mûnchhauſen, Otto L. B. obiit 150
Murdoch Patr. obiit 730
Murray, Io. Andr. bibliotheca medico-practica edenda indicatur 153. enumeratio librorum praecipuorum medici argumenti 511. edidit Linnaei ſyſtema 620
Mus ſuslica 3 ſq. 10. talpinus 10. eos delendi ratio 537. iaculi deſcriptio ib.
Muſca vegetans europaea 114
Muſci v. *Blankenburgenſes.*
Muſculorum pedis in adipem degeneratio 397
Muſices inſignis peritia in puero 484
Muſtelae noua ſpecies 5. 6. fluviatilis liquoris hepatis vſus in maculis oculorum 99. putorii capeſſendae ratio 326

N.

Nais, vermis, eius character genericus 234. proboſcidea, eius deſc. et anatome 235 ſq. propagationis et multiplicationis modus 236 ſq. euolutionis ratio 237 ſq. monſtra coeca 238. morbus 239. elinguis ib. barbata ib. ſerpentina ib. coeca 240
Narciſſi ſpecies quaedam 19
Natri natura et ortus 25. 337
Naturae perfectum ſyſtema num ſperare liceat? 324. vniuerſale conditur 527
Naturalia v. *corpora.*
Nauier reportauit praemium a facultate med. Pariſina 729
Neifeldii, Ern. Ierem. ratio medendi morbis circuli ſanguinei 291
Neonatorum morbi 645. diarrhoea cruenta non lethalis 690
Nephritis, in ea remedium 134
Nephrotomiae naturalis caſus 426 ſqq.
Nereis, vermis, eius character genericus 234 ſq. variegata, eius partium deſcr. 240 ſq. verrucoſa 241. filata 242. margaritata ib. maculata ib. viridis ib. craſſa ib.
Nerui intercoſtalis ceruicalis dextri inprimis lateris deſcr. et icones 37 ſqq. 546 ſqq. de eo eiuſque ramulis variis obſſ. 39 ſq. neruulorum mollium deſcr. 40 ſq. neruorum cardiacorum anatomica deſcr. 37 ſqq.

ſqq. auditorii 539. ganglia 546 ſeq. eorum vſus triplex 548. humana, equina, bouina deque iis experimenta ib. eorum ſtructura 549. ſenſus 550. ganglii ciliaris vſus ib.

Neruorum et cerebri ſtupor gangraenae cauſſa 712

Neruoſae febris natura 86. cauſſa et curatio 87

Neruoſorum morborum ſedes in abdomine ſaepius quam in encephalo 94 ſq.

Neubauer, Io. Ern. Deſcriptio anat. neruorum cardiacorum Sect. I. 37. Deſcr. anat. arteriae innominatae et thyroideae imae 42

Niccolum, metallum, eius natura 334. 344

Nicolas, Manuel de jeune Chirurgien. Tome I. II. 45. 47

Nidroſienſis ſociet. ſcient. vid. *Noruegica.*

Nierop, Gerard. ſpecimen med. inaug. de contagio varioloſo ex obſeruationibus indagato 304

Nigua, inſectum 461

Nitri generatio naturalis et mixtionis ratio 261 ſq. cryſtalliſationis ratio 263. partes conſtituentes 25. acidi partes conſtitutiuae 263. vſus in rheumatiſmo 457. vis fulminans vnde? 337. fixi liquoris virtus diuretica et vſus in ſcabie 121. vis refrigerans 719. in magna doſi venenata quaſi vis ib. ſolutio recenter parata fortior ib. vrethrae inflammationi venereae noxium ib.

Nolleſſon, fil. ab acad. reg. chirurg. Pariſina praemium accepit 146

Noruegicae ſociet. reg. ſcient. theſ. et praem. ad ann. 1774. 148

Notes on Mr. Will. Bromfeild's two volumes of chirurgical obſeruations and caſes. By D. A. S. 417

Noua acta phyſico medica academiae Caeſ. Leopoldino-Carolinae naturae Curioſorum. Tom. IV. 103

Noui commentarii acad. ſcient. imperialis Petropolitanae. Tom. XIV. XV. XVI. 3

Nummularia, planta 17

Nymphae permagnae mulierum Hottentottorum 467

Nympheae albae et luteae vſus ad lac reprimendum 528

O.

Obſeruations ſur le cacao et et ſur le chocolat. 309

Obſtetricum in vſum inſtitutio 627

Oculi luxationis caſus 356

Odores nocentes v. *Effluuia.*

Oedema molle et durum vnde 683

Oehme Car. Ios. ſociet. oeconomi-

nomicae Lipſienſis et nat. curioſ. Berolinenſis electus eſt ſodalis 688

Oleum animale Dippelii, eius vſus in epilepſia dubius 76. aſphalti vid. *Aſphaltum.* ſuccini vid. *Succinum.*

Ontario lacus americae memorabilia 271

Ophthalmiae inflammatoriae differentia 297

Opii vſus in mania 459. in morbo ſpaſmodico conuulſiuo 279. in concuſſione et compreſſione cerebri 405. vſus externi vis anodyna 402. vſus et abuſus in haemorrhagiis 299. contra podagram 528

Orbitae tumoris exſtirpatio et caries 356 ſq.

Orchidis morionis conuenientia cum Salep Perſico 289. vſus in morbis variis ib. ſq.

Ornithologiae elementa 669

Oryzae morbi cuiusdam eiusque medelae expoſitioni praemium conſtitutum 147

Oſſa foſſilia in rupe Gibraltarienſi reperta 494

Oſſium emollitionis ſingularis caſus 459. morbi, de iis annotationes 412. nudorum exfoliatio, de ea monita 403. fracturae vid. *Fracturae.* praeternaturalia in fetu 544. cur in fetu connaſcantur? 545. denudata ſine exfoliatione conſolidata 652. oſſa temporum cum frontali connexa 654. cylindrica laeſa et curata 675. eorum exfoliatio ib. noui oſſis incrementum 676

Oſſicula vera in pia matre 691. in cerebello ſpinoſa ib.

Otaiti, inſulae, incolarum viuendi ratio 466. plantae 468

Oua gemella, quid ſint? 6. ouum ſimplex gemelliferum ib.

Ouarium, in eo fetus ſemioſſeus repertus 110. eius tumoris inſignis caſus 282 ſqq. ouariorum hydropis diſtinctio ab aſcite et tympanite 98. in eo crines 694

P.

Pampano, piſcis 461

Pannonicum ſal alcali minerale 530. 643

Papiliones capiendi modus 139

Paracenteſeos vſus in metaſtaſi lactea in abdomine 70

Paralyſis inſanabilis caſus 104. nerueae deſcriptio et curatio 672. muſcularis deſcriptio ib.

Paraphrenitidis notio 82. de eius curatione monitum 298

Paraplegia ex fractura vertebrarum colli 688

Pariſien-

Pariſienſis acad. reg. chirurg. praemiorum ad ann. 1774. diſtributio 146. 371 ſq. theſ. et praem. ad ann. 1775. 146

Pariſinae facult. med. qu. ad ann. 1776. 729

Parkinſon, Sidney, Iournal of a Voyage to the South-Sea 467. eius obitus 468

Partus, eum ciendi remedium 134. laborioſus cum ruptura vaginae et colli vteri obſ. 67. gemellorum ſingularis 106. 402. 630. Forcipe terminatus 106. diuiſio et ſigna 628. monita 631. partus felicior abſolutus vtero fere plenarie prolapſo 650

Paſtinaca lucida, planta 18

Patagoniae gens gigantea 464 ſq. 471 ſq.

Patauinae res naturales notatu digniores 246

Patellae corpuſculorum cartilagineorum noxa et curatio 412. fracturae medendi modus 413

Pectoris vulnus inſigne ſanatum 217. in cauitate praeternaturalia 693

Peliſſonus, ſocietatis phyſicae Berolinenſ. ſocius 142

Penis imperforatus impotentiae cauſſa 648

Pereboom, Cornel. ab acad. reg. ſcient. Berolinenſi praemium accepit 372. de paralyſi inprimis neruea diſſ. 672

Peregusna, noua muſtelae ſpecies 6

Perret I. I. l' art du coutelier expert en inſtruments de chirurgie Part. II. Sect. I. II. 655

Perinaei rupturam in partu cauendi conſilium 400 ſq. 403. 650

Peripneumonia, de eius curatione monita 297. ſpuria 652

Perſpirationis inſenſibilis theoria 48

Peruuiani corticis vſus in affectionibus hyſtericis 73. in aſthmate periodico ſicco 107. in epilepſia 458. in mania 212. 214. in variis vulneribus et vlceribus 408. nutrici exhibiti vſus in febre intermittente pueri lactantis 397. in gangraena externe et interne 712. in febribus 724

Peſtis medela 526

Petrefacta praecipua, eorum raritas et pretium 321. humana, de iis relationes 463. ignotum 526. rarum ib.

Petropolitanae acad. ſcient. noui commentarii Tom. XIV. XV. XVI. 3

Peyſilhe, ab acad. reg. ſcient. Lugdunenſi praemium accepit 143

Phantaſia immoderata laedit vires corporis et animi 683

Pharmacia chirurgica 50

Pharmacopoea chirurgica 50 ſqq.

Philander, animal nouae Hollandiae 466

Philoſophical Tranſactions for the Year 1770. Vol. LX. 469

Phrenitidis notio varia et natura 82. de eius curatione monitum 297

Phthiſis, de eius curatione monita 455. in ea incipiente remedium 135. pulmonalis, eius ortus 299. contra tuſſim in ea nouum remedium 637

Phyſeter catodon *Linn.* 488 ſq. macrocephalus, eius vſus 33

Phyſices cum agricultura cognatio 321

Pigmenti, *ſin noir d' Allemagne*, praeparatio 92. coerulei mentio ib.

Pilorum ortus, differentia, natura et vſus 208. diſquiſitio microſcopica 209. analyſis chemica ib.

Pilulae antinephriticae 134. lithontripticae, earum formula 53

Pimpinellae ſpecies quaedam 19

Pinealis glandula in ea lapilli 691

Pini ſpecies variae definitae 223 ſq. vſus 227. gemmarum infuſi virtus medica 324

Piſcis Rua appellatus 277. viuiparus, de eo obſeruata 462

Piſcium quorundam deſcriptiones 11. ſpecies nouae 111. partes diuerſae in deſcriptione eorum attendendae 347

Pix liquida contra luem bouinam 528. contra clauos 533

Placentae extractio 629. ſepto diuiſa 650

Plantarum phyſica 321. 602. villi ſugentes 207. genera noua 111. 620 ſqq. ſpecies nouae, mutatae et emendatae 17 ſqq. 111 ſq. ſpecies nouae 120. ſpecies quaedam ſibiricae 12 ſq. icones 16. rariorum deſcriptiones et icones 228. 602. lucentes 664. incrementum in terra vegetabilibus deſtituta 113 ſq. plantae agri Iſenacenſis 117. Iſlandicae 114. verticillatarum vnilabiatarum genera et ſpecies 615. notio 616. vſus medicus 619. oeconomicus 620

Platner Ern. ſupplementa in Io. Zach. Platneri inſtitutiones chirurgiae Pars I. 707

Platina, de ea obſeruationes 334 ſq. eius docimaſia 347

Pleuriditis ratio et curatio, 96 ſq. cauſſa et curatio, de ea monita 298. ſymptomaticae curatio 649

Pleuronecten capiendi et ſiccandi

candi modus 286. ſoleae *Linn.* generationis modus 317
Plumbi docimaſia 28. 346. aceto ſoluti vſus internus noxius 51
Podolienſis fons medicatus in Bohemia 511
Pohl Io. Ehrenfr. academiae naturae curioſorum ſocius eſt dictus 730
Polypi aquarum dulcium et ſalinarum 233 ſqq.
Polypoſa concretio inteſtini recti 317. in vena portarum ſingularis 108 ſq.
Polypus vteri ligatura curatus 400. vteri et narium, eorum differentia quoad radices ib. bronchiorum 611. vteri polypi cum inverſione vaginae feliciter exſtirpatus 650
Popowitſch Io. Sigiſm. Valent. obiit 556
Pouteau Claud. obiit 730
Prognoſticum ſignum in vrina 726
Protypa 604
Pruni familiae et ſpecies 224. vſus et noxa 227
Puerperis inſeruiens antlia mammalis eiuſque vſus 101 ſqq.
Pulmonalium venarum et arteriarum magnitudo et numerus 396
Pulmonum ruptura 302. morbis chronicis medendi methodo optimae praemium expoſitum 144. varietas in variis animalibus 210. in bouilla lue 610. hydrops 635. dextri preſſio ab aere elaſtico 693. adhaeſio ib. pulmonum ſuperficies varia ib.
Pulſus arteriarum cauſſa controuerſa 314. in grauidis vt ſignum ſexum embryonis in vtero definiendi 399 ſq. 651. de eo obſeruationes 644
Pulueris antarthritici Ducis Portlandiae formula et vſus 53. eius vſus in arthritide dubius 457
Pumicis formatio 335
Pupa folliculoſa ſingularis 462
Pupillae anguſtatio ſpontanea non pendet a ganglio ciliari 550. eius diuerſitas amauroſin diuerſam ſiſtit 613
Purgantis draſtici abuſus 651
Puris ex tumore thoracis externo copioſa per expectorationem euacuatio 60 ſq. purulentae materiae metaſtaſis ſingularis 216. origo 709. ſine praegreſſa inflammatione 711
Purpura veterum, quid ſit? 465
Putredinis cauſſae 721. eam, quid arceat 722
Pyri familiae et ſpecies 224

Quarta

Q.

Quartana pertinacior aquae frigidae immerſione ſanata 399
Quarzi natura et docimaſia 340
Quaſſiae radix, de ea experientiae 322. experimenta chemica ib. ſq. eius vſus et virtutes in morbis 323
Quercus ſpecies nonnullae 225. cultura et ſeminatio 227. tranſplantatio 228

R.

Radii partis ſuperioris luxationis completae obſ. 74
Raphania, morbus 266. eius cauſſae ib. ſqq. ei medendi methodus 278 ſqq.
Raphanus raphaniſtrum *Linn.* quod morbi ſpaſmodico convulſiui cauſſa, negatur 266. ruſticanus vid. *Armoracia.*
Reichel, Io. Dan. Obſeruationes de calculis renalibus 425. de magnetiſmo in corpore humano 556
Reiske, Io. Iac. obitus 374
Reſonitus de laeſionibus variis per eum factis obſeruationes 402 ſq.
Reſorptio venoſa et aquarum in vario hydrope 682
Reſtio, graminum genus eiusque ſpecies 230
Rhabarbari cultura in Anglia 366 ſq.
Rhachitidis curatio, de ea monita 413. 648. in ea remedium nouum 637
Rheumatiſmi natura 83. 138. de eius curatione monita 457. dyſentericus ib.
Ribeſii rubri baccarum vſus 228
du Roi, Ioh. Phil. *die Harbkeſche wilde Baumzucht.* I *und 2ter Band.* 218
Ros mellitum frumenti vt cauſſa morbi ſpaſmodico conuulſiui 269
Roſae ſpecies et variae et nouae 225
Roſeolae v. *morbilli.*
Rottboell, Chriſt. Friis, deſcriptionum et iconum, rariores et pro maxima parte plantas nouas illuſtrantium Liber I. 228
Roux, A. Journal de médecine, chirurgie, pharmacie cet. Supplement à l' année 1770. I — VI. Cahier. Tom. XXXIV. 60. Tom. XXXV. et XXXVI. 395. Tom. XXXVII. et XXXVIII. 644
Rua piſcis 277
Rubiae tinctorum vſus in vlceribus capitis neonatorum 647. in rhachitide 648
Rubiginis frumenti ortus et praeferuatio 366
Rudolph, Io. Phil. Iul. profeſſor medicinae Erlangenſis 730
Ruellia clandeſtina, planta 20

Ruricolarum liberorum educationis expoſitioni optimae praemium conſtitutum 149
Rutae vis antidota 264

S.

Sagar, I. B. Mich. hiſtoria morbi epidemici circulo Iglauienſi et adiacentibus regni Bohemiae plagis obſeruati annis 1771. et 1772. 56
Sage, Elemens de Mineralogie docimaſtique 335
Sal ammoniacum vid. *Ammoniacum.*
Salia acida vid. *Acidum.* neutra, quid ſint? 337. de ſalium ſolutionis phaenomenis variis experimenta et obſeruationes 489 ſq.
Salep orientalis et ſuecici conuenientia 289 ſq. vſus in variis morbis ib. ſq.
Salicis excreſcentiae 328. vetuſtae ramorum iuniorum generatio ſingularis 326 ſq. corticis vſus antiſepticus dubius 368. albae corticis vſus in febribus 319. cortici et quaſſiae ſubſtituitur 530
Salinae in monte circa Torda 502 ſq. earum origo ib. Marmaroſenſes 504
Salmo leucichthys, noua ſpecies 15
Sanguinei circuli morbi 292 ſqq. ſudoris caſus 215
Sanguis eius partes conſtituentes 432. ruboris cauſſa ib. rubor ab aere 491. membranae phlogiſticae ortus 436. 492 ſq de ea experimenta 492 ſq. 710. ex vena miſſus, de eo experimenta 490 ſqq. eius craſſamenti partes 491. ſerum, de eius natura experimenta ib. ſq. lymphae coagulationis cauſſae ib. ſq. de ea experimenta 492. contra profuſionem cautelae et remedia 711
Sarcocele, eius definitio et cauſſae 118 ſq. differentia ab hydrocele 652. 654
Sarco hydrocele, de ea obſeruationes 117. cur in teſte ſiniſtro frequentius quam dextro occurrat? 118 ſq.
Saucerotte, ab acad. reg. chirurg. Pariſienſi praemium reportauit 146. 372
Scabies, in ea vnguentum 133. epidemica noua ei per diureſin medendi methodus 120 ſqq. in ea remedium nouum 637
Scarificationis profundae noxa in partibus ſphacelatis 408
Scarlatina febris, eius natura 85. epidemica cum angina maligna eiuſque curatio 395 ſq.
Schaarſchmidt, Aug. *Verzeichniß der Arzneymittel zur allgemeinen Curmethode* 263
Schaeffer Iac. Chriſt. elementa ornithologica cet. 669
Schiffermüller Ignaz *Verſuch eines Farbenſyſtems* 665

Schiſtus, eius docimaſia 340. tegularis, eum effodiendi et praeparandi modus 289. eius vſus in ſerpigine 538
Schoenus, graminum genus eiuſque character 232
Schreber Io. Chr. Dan. plantarum verticillatarum vnialabiatarum genera et ſpecies 615
Schroeder Fr. Ios. Wilh. *von den Wirkungen der Eicheln, Verſtopfung der Drieſen im menſchlichen Cörper aufzulöſen* 636
Schroeter vocatus eſt Rintelium 554
Schütte, Io. Henr. obiit 150
Scirrhus mammarum, in eo remedium 134. ad venam portarum ſingularis 108 ſq.
Scirpus, graminum genus, eius character et ſpecies 231 ſq.
Sciuri hiſtoria naturalis 328
Scolopendra forficata deglutita 535. inde conuulſiones ib
Scopoli, Io. Ant. principia mineralogiae ſyſtematicae et practicae 22
Scoriarum a cupri ex minera eliquatione reſiduarum vſus ad muros conſtruendos 286
Scriptorum phyſico medicorum quae a. 1768. prodierunt, indicis ſupplementum 188 ſqq. indicis de a. 1769. ſupplementum 194 ſqq. de a. 1772. index 374 ſqq. indicis de a. 1772. continuatio 558. 747
Scrophulae, in iis remedium ſpecificum 93. nouum 637
Scrophuloſi, de eorum curatione monita 459
Scroti tumoris inſignis ſanatio 353 ſq. tumores in neonatis vnde 647
Secalis cornuti vſus noxius dubius 269
Secundinarum humanarum varietas 611
Sedi acris vſus in ſcorbuto 134
Seelandina ſoc. vid. *Vliſſingenſis.*
Selig, Chr. Frid. *Chymiſche Abhandlung vom Salpeter* 261
Selle, C. G. rudimenta pyretologiae methodicae 77
Senegae radicis vſus in peripneumonia 456
Senſibilitas partium C. H. 597
Senſuum internorum et externorum morborum genera 449
Serious conſiderations on ſome remarkable paſſages, in a work lately published by Mr. B. 419
Serpentum faſcinatio 535
Sexus morborum claſſis, ordines et genera 453 ſq.
Sidren

Sidren Ion obſeru. circa infundibulum cerebri cet. 543
Silicis origo 24
Simarubae vſus anthelminticus 64
Simiarum hiſtoria naturalis 318. 532. ſpecies quaedam 30 ſq. defectus oſſiculorum auditus 318
Sinuum frontalium morbi 604
Sitis ingens in hydrope malum ſignum 99
Solanum conglomeratum eſculentum 367
de la Sone, Medicus Regius 373
Soporis in febribus cura 295
Spangenberg Petr. Rudolph. Profeſſor medicinae ordinarius Butzouienſis 554
Spaſmodicorum morborum genera et ſpecies 445 ſq. ſpaſmodico conuulſiui epidemici morbi cauſſae 266 ſqq. ei medendi methodus 278 ſqq.
Spatum fuſibile, eius natura 339
Specifica num dentur? 137
Spermacoce capitata, planta 112 ſq.
Sphalax, nouum glirium genus 5. 8. 325
Spigeliae anthelminticae vſus contra vermes 288
Spina ventoſa, de eius curatione monita 412 ſq.
Spirituoſorum vſus in hypercatharſi a draſticis 401
Spiritus aethereus *Froben.* de eius praeparatione monita 205 ſqq. mineralis aquarum definitio 508. vini ex preſſis vuis facti analyſis et vtilitas 91 ſq. idem ſanitati non nocet ib. ſpiritus germinantes 519
Splenitidis ſignum 298
Spongiae ſpecies rariores in Italia 486. vſus in ſiſtendis variis ſanguinis profluuiis 357 ſq. in vlceribus 358
Squali ſpecies variae et anatome 36
Stanni docimaſia 346. ſolutio in acido nitri 334
Stecknizenſis fontis medicati natura partes conſtituentes et vſus 508 ſq.
Stein, Georg. Wilh. *kurze Beſchreibung einer Bruſt oder Milchpumpe* 101
de Steinhauſſ, Clem. Aug. prof. med. extraord. in acad. Francof. ad Viadr. 150
Sternbergenſis fons medicatus in Bohemia 510
Sterni laeſiones variae et fracturae 403
Stibium mineraliſatum capillare 26
Stirpes quaedam rariores de iis obſeruationes 602. nouae 621 ſeqq.
Struve, Otho Guil. Eſſais ou

reflexions

reflexions intereſſantes rélatives à la chimie, la médecine, l' économie et le commerce 90
Suber combuſtus in haemorrhagiis vteri 520
Submerſi v. *merſi.*
Succincta medicorum Hungariae et Tranſyluaniae biographia 638
Succinum in mari ad Aetnam reperiundum 471. eius olei vſus in oculorum debilitate 136
Suctio et modus particularum mixti 674. venarum ſuctio 682
Sudoris ſanguinei caſus 215. ſudoris theoria 720. eius remedium ib.
Sueci boni theſis et praem. ad ann. 1775. 149
Suecicae acad. reg. ſcient. acta ad ann. 1771. Vol. XXXII. 265
Sulphuris partes conſtituentes 25. vis roborans et vſus 134. hepatis vſus ad detegendam vinorum mangoniſationem 109. vſus in ſcabie aliiſque morbis 121
Suppurationis ſedes et cauſſae 709
Surmasne accepit *l' acceſſit* a facultate med. Pariſina 729
Suslick, muris ſpecies 4. 10
Sympathiae partium C. H. cauſſa 550
Sytodium altile, planta 466. 468

T

Tabes in ea remedium nouum 637
Taenia, eius natura, ſedes, ſymptomata et curatio 68 ſq. contra eam remedia 327. 455. de ea obſeruationes et experimenta 327
Tarantulae morſus vis venenata negatur 487
Taraxaci ſucci vſus in maculis corneae 264
Tartari emetici vſus in excretionibus nimiis 456. in haemoptyſi ib. in rheumatiſmo ib. ſal in duritie mammarum 645
Tela celluloſa quomodo ſedes inflammationis 709
Temperamentorum differentiae 434
Tendinis achillis rupturae ſanationis modus 363. ii conſentiunt 598
Tenthredo lutea, de ea obſ. 140
Tepliani fontis medicati deſcr. 510
Terebinthinae oleum ad necanda inſecta 527
Terebratulitorum diuiſio 529
Terrae, earum ordines et genera 23. abſorbentis primitiuae natura 339. porcellanae natura et analyſis 339

Terroris effectus ſingularis 319
Teſtaceorum diſpoſitio ſyſtematica 123 ſqq.
Teſticuli morboſi exſtirpatio 353 ſq. Teſticuli deſcenſus in recens natis 647. in puero cum hernia incarcerata 694
Teſtudinis mydae anatome 35
Tetſchemenſis fons ſalutaris, eius natura et vſus 509 ſq.
Thermometricae obſeruationes circa calorem aquae in America inſtitutae 271. in Suecia 272
Tibiae fractura eiuſque coalitionis per 36. ſeptimanas impedimentorum remotio 355
Tichy diſſ. de arenulis in lotio apparentibus, vt infallibili morborum ſigno 727
Tiliae ſpecies quaedam nouae 225
Tilling, Io. Chriſt. mortuus 151
Tiſſot traité d'épilepſie faiſant le tome troiſieme du traité de nerfs et de leurs maladies 698
Tonſillaris arteria v. *Arteria.*
Torcular nouum 656. de eius vſu 714
Tormentillae radicis vſus in lue bouina 369
Tragopogon aſperum et picroides, quomodo differant 20
Tranſſyluaniae noua vniuerſitas literarum Lutherana 372
Tras commentatio chemica 602
Tritici vſtilago, contra eam remedium 281
Tumores varii in capite infantum neonatorum 354. varii 690
Turcoſa ex manu feminea 331
Typhus famelicus, morbus epidemicus, eius cauſſa et ſymptomata 56 ſqq. prognoſis 58. curatio 59

V.

Vaccini ſtercoris vſus in contracturis articulorum a raphania 280
Valerianae vſus in epilepſia 458. ſpecificus 699
Valuularum ſemilunarium margo albidior 42. vnde formetur? ib. ſq.
Vapores quid? 659
Vaporoſorum affectuum diſtinctio 514 ſeqq. curatio 517. 651. contagium et haereditarium malum 517
Vari et valgi, eorum cauſſa et curatio 354
Variolarum ſtadia 296. puſtularum aperturae vtilitas ib. artificialium cum naturalibus ſimilitudo 305. reditus affirmatus 306. negatus 687. nouum remedium 637. num in internis cauitatibus? dubium 687. inoculatio vid. *Inoculatio.*
Varioloſi contagii natura obſeruationibus indagata 304 ſqq.
Varocquier, ab acad. reg. chirurg. Pariſina praemium accepit 372
Vegetabilia noua naſcuntur 602. eorum comparatio cum animali corpore 674

Vegetatio nucleorum ceraſorum in ventriculo 649
Venarum ſuctio 682
Venaeſectio, ei inſeruiens nouum inſtrumentum 326. in acutis inſtituendae ratio 138. eius vſus in pleuritide 97. 137. in febribus inflammatoriis ib. vſus et abuſus in febribus intermittentibus 294. in febre biliosa 295
Venena, quid ſint? 307. eorum genera et ſpecies ib. vſus et abuſus in medicina 308. et antidota 532
Ventriculus, quomodo in eum liquida per foſſam naſalem poſſint immitti 71. in eo vlcus fiſtuloſum 650. cyſtis carcinomatica ib. ventriculus variae magnitudinis 693. ſitus peruerſus ib. eius inflammatio vid. *Gaſtritis.*
Verhandelingen uitgegeeven door de Hollandsche Maatſchappye der weeten ſchappen te Haarlem. XIV. Deel. 203
Vermes, aduerſus eos remedium ſpecificum 63 ſq. per nares excreti 113. 116. ex hernia, abſceſſu ſoluta, egredientes 75. infantum, aduerſus eos cataplaſmatis formula 52. gordii in piſcibus et hominibus deſcripti 287. eorum in hominibus ſigna ib. de iis obſertiones et experimenta 287 ſq. contra eos remedia 288. aquarum dulcium et ſalinarum, eorum genera et ſpecies 233 ſqq.
Vermiculi ex poris cutaneis extremitatum inferiorum excreti 73
Verminoſae affectiones, de iis obſeruationes 66. cum motibus conuulſiuis 73
Vernalium euacuationum noxa 133
Veronicae ſpecies quaedam 9. 17
Verrucae, contra eas remedium ſympatheticum 316
Vertebrarum lumbarium ſubluxatio 403. poſt colli fracturam paraplegia 688
Veſicatoriorum vſus in febre acuta ex ſuppreſſione menſtruorum 395. in pleuritide 298. in variis morbis 138. loco dolenti applicatorum 653
Veſontionenſis ſc. acad. qu. ad ann. 1777. 728
Veſpertilionum ſpecies quaedam illuſtratae 327. veſpertilio Surinamenſis ſanguinem ſugens 315
Veſuuii montis deſcriptio 251. mineralium ex eo eruptorum differentia ib.
Vini vſus in febribus neruoſis 138. ſpiritus vid. *Spiritus.* vini aduſti vſus contra vermes 525
Vipera, eiuſque vſus 35 ſq.
Vis mortua et inſita 607. muſcularis neruoſa 608. neruea 674
Viſcerum obſtructiones in iis, nouum remedium 637
Vita, quid ſit? 34. eius differentia ib.
Vitrioli geneſis 24. albi vſus in artibus expoſitioni praemium

conſtitutum 371. coerulei vſus in cholera 458. in tetano ib. martis ortus 334. oleum dulce, de eius praeparatione monita 205 ſqq.
Viuerrae ſpecies et varietates 31. narica 525. ichneumon 536
Vliſſingenſis Seelandina art. et ſc. ſocietatis qu. ad ann. 1776. 551
Vldinenſis ſc. et art. acad. qu. et et praem. ad ann. 1775. 728
Vlmi ſpecies quaedam nouae 226. cultura 228
Vmbilici vitia 646. ad eum cyſtis carcinomatica 650
Vnguenti Werlhofii vſus contra ſcabiem 133
Vogel, Rudolph. Auguſtin. obiit 150
Vomitus niger, morbus 462. cruentus, eius cauſſa proxima et prognoſis 299 ſq. ex nucleis ceraſorum 648
Vomitoria in amauroſi 613
Vrethrae morbi eorumque curatio 416. caſus, vbi per eam ſanguis et faeces prodierunt 397
Vrinae effluxus per vmbilicum 326. arenulae in ea vt ſignum 726
Vrinariae veſicae morbi, de eorum curatione monita 299. ſepto diſtincta 652
Vrticae vrentis foliorum decocti vſus in arthritide vaga 136. nigrae ſuccus expreſſus contra haemorrhagias vteri 520
Vſtilago tritici, contra eam remedium 281
Vteri vaginae procidentia ſanata 107. ruptura, in ea auxilium 648
Vulturis albicillae mors a piſce maiori 286
Vulnus ſclopetarium ſingulare lethale 485. pectoris v. *Pectus*. in iis reſtauratio partium 711

W.

Well, Io. Iac. hiſtoriae natural. prof. Vindobon 372
Wentzels, Carl. Friedr. *Einleitung zur höhern Chymie 1ſter Theil.* 257
White's, Charles, Caſes in Surgery with Remarks. Part I. 351
Wieland, theſin et praemium ad ann 1775. publicauit 149
Wintringham, Clifton, monita et praecepta medica Rich. Mead aucta et illuſtrata edidit 99
Wiſmuti docimaſia 345

X.

Xiphiae piſcis deſcriptio 275

Y.

Yart, Abb. conſilium de diario academiarum variarum Galliae inſtituendo 141

Z.

Zeolites, lapis, eius natura et docimaſia 341. de eo obſeruata 332
Zinci natura et docimaſia 344. partes conſtitutiuae 259. calaminaris docimaſia 345. florum externus vſus 536
Zolfatarae montis deſcriptio 252
Zoophytum nouum 315

Emendanda.

P. 10. lin. 28. T. XVI. lege T. XV. p. 16. lin. 12. ſociis l. ſocios. p. 18. lin 1. ſubprorumbens l. ſubprorumpens. p. 21. lin. 29. grandiflora l. grandifloro. p. 26. lin. 22. curata l. curatus. p. 33. lin. 1. praeditum l. praeditus lin. 19. tereſtriam l. terreſtrium. p. 55. lin. 11. ididem l. itidem. p. 56. lin. 3. quorum l. quarum. lin. vlt. accedebat l. accedebant. p. 59. lin. 7. typhi l. typho. p. 62. lin. 14. turbabit l. turbabat. p. 111. lin. 19. piſcihus l. piſcibus. p. 114. lin. 6. quae l. quas. p. 117. lin. 19. ſpiciſis l. ſpicis. p. 118. lin. 20. ſuum l. ſuam. p. 146. lin. 28. SANCEROTTE l. SAVCEROTTE. p. 164. lin. 29. 1773. l. 1737. p. 184. lin. 14. 752. l. 757. p. 191. lin. 23. Rentel. l. Rintel. p. 198. lin. 15. SANDRAST l. SANDRART. p. 218. lin. 28. interfecti l. interſecta lin. 29. deſtructi l. deſtructae. p. 219. lin. 19. trecentae l. trecentas. p. 221. lin. 14. ea l. eas. lin. 26. *Betulae pumilae* l. *Betula pumila*. p. 241. lin. 26. conueniens l. conuenienti. p. 317. lin. 3. hoco l. hoc. p. 334. lin. 28. Goslardii l. Goslarii. p. 341. lin. 1. calci l. calcis. p. 364. lin. 11. a commendat l. commendat. p. 366. lin. 16. codice l. cortice. p. 367. lin. 20. tantam l. tantum. p. 371. lin. 31. 1775. l. 1774. p. 376. lin. 1. *Wiſſenſchatten* l. *Wiſſenſchaften*. lin. 25. *oeconomiſchee* l. *oeconomiſchen*. p. 386. lin. 17. BADE lege BODE. lin. 21. vſeſol l. vſefol. p. 387. lin. 19. FREVILLE l. PREVILLE. p. 390. lin. 7. F. A. S. l. F. R. S. p. 407. lin. 27. Anthraces l. Anthracis. p. 408. lin. 31. AITKIN l. AITKEN. lin. vlt. p. 360. l. p. 358. p. 431. lin. 6. morbum l. morborum. p. 462. lin. 26. paralleis l. parallelis. p. 498. lin. 23. hexaedare l. hexaedrae. p. 516. lin. 1. ſpritus l. ſpiritus. p. 518. lin. 14. fapone l. ſapone. p. 546. lin. 3. notiam l. notitiam. p. 547. lin. vlt. primis l. inprimis. p. 601. lin. 4. ſynheſin l. ſyntheſin. p. 617. lin. 17. vertico l. vertice. p. 625. lin. 24. linica l. finica. p. 627. lin. 23. duo l. duorum. p. 630. lin. 20. alterum l. alterumue. p. 634. lin. 22. qua l. quae. p. 637. lin. 19. iunctam l. iunctum. p. 648. lin. 18. ortum l. ortae. p. 654. lin. 1. reperta l. reperto. p. ib. lin. 8. deſtitutis l. deſtitutus. p. 655. lin. 26. delectus et maior cura l. delectum et maiorem curam. p. 690. lin. vlt. et l. gru— p. 691. lin. 1. mentis *deleatur*. p. 708. lin. 22. huius l. horum. p. 729. lin. 6. 1766. l. 1776.